

יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER FVNDATA MDCCCVII
Ps. CXIX
169.
כדברך
JOH. XVII.
17.
ὁ λόγος
ὁ σὸς
ἀλήθεια
ἐστι
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

AGLAOPHAMUS

SIVE

DE THEOLOGIAE MYSTICAE GRAECORUM CAUSIS

LIBRI TRES

SCRIPSIT

CHR. AUGUSTUS LOBECK

ANTIQQ. LITT. IN ACAD. REGIMONTANA PROFESSOR

IDEMQUE

POETARUM ORPHICORUM DISPERSAS
RELIQUIAS COLLEGIT.

TOMUS PRIMUS.

REGIMONTII PRUSSORUM
SUMTIBUS FRATRUM BORNTRAEGER
MDCCCXXIX.

c

GODOFREDO HERMANNO

PRAECEPTORI SUO

VENERABUNDUS DEDICAVIT

EDITOR.

PRAEFATIO.

Non quia nunc cum maxime rerum mysticarum studia flagrant, ea mihi ad scribendum ratio, sed ipsa rei gravitas ad hoc me impulit consilium, quod ante multos annos susceptum, temporibus intermissum et nuper demum, quum Phrynichi editionem absolvissem, ex integro resumtum et perfectum est; si modo perfectum dicere licet quod ad propositum exemplar tantum deficit, quantum sentio et prae me fero. Etenim quanquam idem hodie de me profiteor quod quum primo in publicum prodirem et quum secundo, parem meam et in suscipiendo opere religionem fuisse et in persequendo constantiam: tamen id minore facio quam antea fiducia tum propter materiae difficultatem per omnes antiquitatis partes latissime fusae, tum quia ad eum progressus sum aetatis gradum in quo constituti et nostra et aliena minus minusque probare solemus. Neque

vero me fallit, si alteros decem annos huic labori adjecissem, si, quae lecta mihi sunt, ea omnia relegissem, si denique doctrinae instrumentis, quibus aegre carui, quocunque modo potitus essem, eventurum fuisse ut haec tota disputatio et copiosior fieret et limatior. Sed et haec potiundi spes valde incerta et illa viae longae replicatio jam deficienti parum tempestiva videbatur; postremo, quum aliorum festinationem viderem et gratam negligentiam, decrevi publica exempla sequi μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

Tribus hisce libris tria principalia mysteriorum genera exposui, diversam in quoque rationem sequutus. Nam de Eleusiniorum ritu et institutione et administris pleraque quae sciri possunt ab aliis collecta sunt et communi notitiae tradita, de doctrinae autem mysticae causis et argumentis adeo perversa invaluit opinio, ut hanc quaestionem praecipua cura dignam judicarem. Alia via et haud paullo operosior ingredienda erat Orphica tractaturo mysteria, de quibus nihil statui poterat nisi collectis antea et dispositis Orphicorum poetarum reliquiis, quorum perpaucas complexus est Gesnerus. Hunc igitur locum usque ab imis fundamentis exaedificavi itaque diligenter instruxi ut primum ingressis et pristinum squalorem recordantibus ad tempus sa-

tisfacturus videatur; insequens aetas caduca stabiliet, orsis adstruet, defecta supplebit. In tertio autem libro, qui est de Samothracum initiis, necessarium duxi omnia, quae de Cabiris antiquitus prodita sunt, et cognatas his Curetum, Corybantum et Dactylorum fabulas quam accuratissime possem enarrare, non ut lectores ad cognitionem veri traducerem sed ut vindicarem a consensu falsi; qua parte lecta si quis a nobis nihil amplius quam nihil scire didicisse se dicet, equidem nescio an de his rebus idem nunc valeat quod olim judicavit Diodorus: *τοὺς τὰ πλεῖστα ἀποφαινομένους ὀλίγιστα εἰδέναι.* Fingendi quidem copia maxima est non solum in hoc loco sed quacunque haec disputatio patet, de opertis Orphicis, de arcanis Eleusiniis, de Pelasgorum mysteriis intimis; eamque ob causam haec Crata Repoa a Damasippis, qui nostra negotia curant, jamdudum sursum deorsum versatur, neque est ulla pars antiquariae doctrinae, in qua fraus, vanitas, libido grassata sit effrenatius. Quo minus quis miretur, si quid stomachosius dictum fuerit; quod interdum difficile fuit non facere sed omnino factum est raro, quoniam constitui, quidquid isto modo lusum est, silentio transmittere; neque ab hoc consilio discedam, nisi quis admodum flagitaverit. Sed saepius et libentius viris

doctis, quum mihi quaedam nimis affirmare viderentur, adversatus sum, sine cujusquam aut insectatione aut assentatione; neque aegre ferent qui a me reprehensi sunt, nisi forte sibi plus reverentiae deberi putant, quam Valckenario praestatur aut Hemsterhusio aut ipsi adeo Bentlejo, quorum ex multis et luculentis conjecturis haud exigua pars cessit melioribus. Hisque mutuis detrimentis quo tardior hoc certior fit artis nostrae progressus, cujus tessera est ἔλεγχ' ἐλέγχου.

Illis autem tribus generibus inclusum est, quidquid mysticae sapientiae e veterum scriptis recinit, neque ullam graviorem partem ejus quaestionis, quam libri inscriptio indicat, plane praeteritam arbitror, nisi quid forte in locis aviis occultisque abditum latuit. Sed omnes partes aequabiliter perfectas esse nequaquam spondeo, non quo noluerim omnia perficere sed quia scribentibus, quum jam aliquantum in via processerint, multa extra ordinem occurrunt, quae neque praeterire sine causae detrimento, neque ita exhaurire possunt, ut si in prima operis institutione comprehensa fuissent. Itaque fit ut quilibet neque pessimus neque optimus liber non dissimilis reperiatur Alcinoi horto, aliis germinantibus, aliis adolescentibus, aliis plenam maturitatem adeptis.

Ceteras meas rationes et quos potissimum duces sequutus sim in fine secundi et tertii libri exposui eoque loco J. H. Vossio, hujus disciplinae conditori, debitum honorem detuli. Praeterea sciri volo haud exiguam partem eorum, quae nunc conjunctim eduntur, jam prius evulgatam esse in dissertationibus academicis, quarum prima fuit de morte Bacchi MDCCCX. publicata, quam insequutae sunt aliae complures de Corybantibus, Telchinibus, de mysteriis Eleusiniis atque Orphicis ceterisque rebus, quae cum hac causa conjunctae sunt. Deinde, quoniam hic liber sub ipsum anni initium imprimi coeptus est, ea quae hoc tempore et paullo ante ab aliis scripta sunt, a me adhiberi non potuisse. Deinde locorum longinquitatem obstitisse, quominus et librariorum menda plurima et quosdam orationis naevos tollerem, qui in autographo multifariam correcto facile delituerunt, in nitido autem chartae corpore apparent vel invito. Utriusque generis quae sunt graviora absoluto opere enotabuntur; paucis, quibus celeri auxilio opus est, hic medebor. P. 85. not. b. v. 2. pro Pluto leg. Puto. P. 87. v. 15. pro mendacio l. mendacis. P. 131. v. 11. pro divinis in mysteriis l. divinis de rebus in mysteriis. P. 145. v. 15. pro alternorum l. aeternorum. P. 159. v. 15. pro dialectorum l. dialecticorum.

P. 234. omissum est Mallii testimonium. v. Addend. P. 272. v. 19. post συνεστιᾶσθαι exciderunt verba Καλλιδάμαντα ἐν πᾶσι τοῖς ἱεροῖς, πλὴν εἴ που αὐτοῖς Πειραιεῦσι νόμιμόν ἐστιν εἰσιέναι.— P. 282. v. 5. pro enumeratio l. enumeratis. P. 304. not. a. v. 4. pro eos l. ceos, et v. 5. ante τῆς μητρὸς adde τοῦ κεστοῦ. P. 394. v. 11. pro solemnibus maximas l. maximis. P. 395. v. 22. pro servabili l. observabili. P. 417. not. g. v. 9. pro exordium l. exodium. P. 436. v. 23. tolle verba Palaephati Γοναὶ Ἀρτέμιδος, quae recte in not. c. oppositae paginae leguntur. P. 469. v. 12. pro tertii l. quarti. P. 477. v. 20. pro possit l. jussit. P. 568. v. 10. pro Orphei — fabulam leg. Orphici contra principalem nostri partem aliquid divini in se habere statuentes illam inficetam — Cetera ὄπισθεν ἀρεσσόμεθ'. Ad extremum, quia eam causam suscepi, quae maximis partium studiis agitatur, id quoque adjicere cogor, quod praeterire mallem, si quid non refellendi sed laedendi causa, ut quondam, adversus me dictum fuerit, repellendae injuriae tam promtum et paratum me fore quam sum ab errore defendendo alienus. Scripsi Regimontii Calendis Juliis.

LIBER PRIMUS.

ELEUSINIA.

P. 234. omissum est Mallii testimonium. v. Addend. P. 272. v. 19. post συνεστιᾶσθαι exciderunt verba Καλλιδάμαντα ἐν πᾶσι τοῖς ἱεροῖς, πλὴν εἴ που αὐτοῖς Πειραιεῦσι νόμιμόν ἐστιν εἰσιέναι.— P. 282. v. 5. pro enumeratio l. enumeratis. P. 304. not. a. v. 4. pro eos l. cos, et v. 5. ante τῆς μητρὸς adde τοῦ κεστοῦ. P. 394. v. 11. pro solemnibus maximas l. maximis. P. 395. v. 22. pro servabili l. observabili. P. 417. not. g. v. 9. pro exordium l. exodium. P. 436. v. 23. tolle verba Palaephati Γοναὶ Ἀρτέμιδος, quae recte in not. c. oppositae paginae leguntur. P. 469. v. 12. pro tertii l. quarti. P. 477. v. 20. pro possit l. jussit. P. 568. v. 10. pro Orphei — fabulam leg. Orphici contra principalem nostri partem aliquid divini in se habere statuentes illam inficetam — Cetera ὄπισθεν ἀρέσσόμεθ᾽. Ad extremum, quia eam causam, suscepi, quae maximis partium studiis agitatur, id quoque adjicere cogor, quod praeterire mallem, si quid non refellendi sed laedendi causa, ut quondam, adversus me dictum fuerit, repellendae injuriae tam promtum et paratum me fore quam sum ab errore defendendo alienus. Scripsi Regimontii Calendis Juliis.

LIBER PRIMUS.

ELEUSINIA.

PROOEMIUM.

De Eleusiniis etsi multa passim docti indoctique scripserunt, illi certa antiquitatis vestigia sequentes, hi Sabinorum similes, quos fama est somniasse quod vellent, tamen, si quis putat totam causam abunde pertractatam esse, procul errat. Nam neque iis, qui primi hunc locum commoverunt, omnia veterum testimonia complecti licuit, et qui coeptam a Meursio telam pertexere conati sunt, aliis potius omnibus, quam antiquitatis studiis imbuti praeter suas sibi conjecturas nihil fere novi attulerunt. Fuit, qui non melius posset facere quam fecit; multos suscepti operis amor et improba cupita credendi libido a vero abstraxit; nonnullis nihil aliud actum et quaesitum est, quam ut lectorem miraculis excitarent, oscitaturum quippe, si per quotidiana duceretur. Interim omnium, quos legerim, nullus est, a quo non aliquanto adjutum me sentiam. Nam et doctorum operâ in hanc unam rem collatâ effectum est, ut labor facilius, quam in rudi incultoque solo fieri solet, procederet, et conjectorum

naufragia maxima et miserrima praetermeantem identidem admonuere, quam facilis sit ad falsum aberratio, quam non facilis ab errore regressus. Verum unde mihi quaerendi occasio nata est, inde scribendi ducetur exordium.

Magna est apud omnes Eleusiniorum auctoritas, inclitum Hierophantarum nomen, praeclara doctrinae mysticae existimatio, nihilque tam arduum cogitatu, tam magnificum dictu reperitur, quod non aliqui in illo augustissimo mystarum consessu tractatum putent. Quam opinionem publicam inveteratamque si tollere conabor, non jam vereor ne temeritatis crimen subeam; adeo graves mihi sunt ad contra dicendum et copiosae rationes, adeo magna est quaestio ipsa. Nam si illa valent, in vanum recident omnia, quae de priscae Graeciae victu et moribus, de initiis artium, imprimisque de philosophiae sero ortu lentoque progressu accepimus, neque hi, qui hactenus crediti sunt, veri investigandi auctores fuere, sed, quos nemo suspicatus erat, sacrificuli popaeque. Hi vero si multis ante Thalem seculis et sub ipsis Pelasgorum tesquis omnium magnarum rerum scientiam consequuti sunt, haud deerunt, qui ritus quoque ab illis institutos et fabulas his connexas non ex specie, quam prae se ferunt, sed ex auctorum sapientia judicari postulent. Unde orientur suspiciones innumerabiles, neque ullus ariolandi finis aut modus erit. Nam quia, quid sacerdotes Pelasgici docuerint, ignotum, illud autem fixum ratumque est, omnia praeclara do-

cuisse, nemo jam retineri poterit, quominus ad summam sacerdotalis doctrinae adscribat, quantum velit, non solum revelatae religionis decreta, sed illa etiam, quae Cabbalistae ab Archangelis cum Adamo communicata et ad ejus posteros derivata tradunt, de mundi Aziluthici, Briathici et Jeziratici contagiis, de lapsu animorum, de seculorum decursibus et rerum omnium regeneratione [a]. Haec non unus vel duo dicent sed, quo causa nequior, eo plures; et quaerentibus nobis, qua via mysterium veritatis ad Graecos defluxerit, haud mora erit, quin veterem suam de Cecrope, Danao, Cadmo cantilenam occinant, aut Dionysum quendam Indicum Protoplastorum oracula secum in Graeciam transtulisse vaticinentur.

Contra ea, si demonstrari poterit, Graecorum mysteria erudiendis hominum ingeniis non instituta, neque a sacris publicis quidquam diversa fuisse, maximum clericalis sapientiae columen excisum erit; cum quo simul fabularum veterum interpretationes mysticas ab ista opinione profectas ruere necesse est; quibus ablatis detersoque allegoriarum et symbolorum fuco, nativus antiquitatis color veraque facies tanquam e palimpsesto enitescet. Itaque, quemcunque exitum haec habitura est disceptatio, in utramque partem haud levi erit momento. Sed priusquam eo

[a] V. le Moyne ad Varia Sacra p. 849. Reuchlinus Cabal. L. II. 698. omnia haec, inquit, ad nos ex Pythagora fluxerunt, quae ipse partim ab Aegyptiis, partim ab Hebraeis et Chaldaeis atque apud Magos didicit. Haec doctrina tam vetus est, ut jam pro nova celebretur.

devenire possimus, tota causa de integro exponenda videtur.

§. 1.

Quanta sit secreti illecebra et quam curiose ab omnibus quaerantur, quae de industria ab aliquibus occultantur, vel hic locus ostendit et multitudo eorum, qui sacrarum penetralia pandere rerum conati sunt. Tribus abhinc seculis Michael Maierus, Spagiricorum doctissimus, solemnibus Eleusiniis, Samothraciis et Olympiis artis Hermeticae praecepta occulte tradita esse statuit [b]. Warburtoni vero, Episcopi Glocestriensis, sententia fuit, Hierophantarum orationem in eo versatam esse, ut deos, quos vulgus veneraretur, homines fuisse demonstrarent, initiatosque a populari superstitione ad summi numinis intelligentiam et religionem traducerent; neque vero id solum, sed etiam de officiis et de moribus disseruisse et quae post hanc vitam virtuti sint constituta praemia [c]. Paullo vehementius inflavit Plessingius nostras, qui omnia quae Pythagoras docuit quaeque Plato auguratus est de deo, de materia, de ideis, de animorum ortu divino et in corpora terrestria transitu, multis seculis ante in mysteriis exposita esse affirmat, proxime ad Ae-

[b] Symbol. Aureae Mensae L. III. p. 105. et in Hieroglyph. L. IV. p. 183. sq.

[c] De divin. legat. Mosis L. II. Sect. IV. p. 210. vers. Germ. Warburtoniano obsonio mantissam addit Starckius in libro anticatholico Hephaestion p. 39. dogma de resurrectione et judicio supremo.

gyptiorum doctrinam, quibus Graecos philosophos omnia sua debere [d]. Ecce e transverso Boulangerus, architectus Gallicus, sacrorum mysticorum et popularium idem argumentum fuisse putat diluvia, cyclos, calendaria [e], neque alia ratione homo levis historiam sacram interpretatur plaudente Voltario [ee]. Ejusdem causae actor Dupuisius, etsi omnia mysteria damnat [f], pagana tamen christianis infinito praestare dictitat et ad perfectionem generis humani instituta credit [ff]. Meinersius et Villoisonus eadem fere, quae Warburtonus, nisi quod ille subtilem de daemonum natura et generibus, eorumque cum dis hominibusque necessitudine disputationem [g], hic autem Indorum scita, Pantheismum et emanationem accumulat [h]. P. Knightius si vera loquitur, The initiate was admitted into the immost recesses of the temple and made acquainted with the first principles of religion, the knowledge of the God of Nature, the first, the supreme, the intellectual etc. [i]. Heerenius at cetera Graecorum

[d] Memnonium T. II. p. 91. sq.
[e] Antiq. deveilée L. III. ch. 1.
[ee] v. Mingarell. ad Didym. p. 268.
[f] „La verité n'a point de mystères, ils n'appartient qu'à erreur „et à l'imposture.“ Orig. de cult. P. I. T. IV. 328.
[ff] „Les mystères d'Eleusis et en général tous les mystères „avoient un but plus grand, celui d'ameliorer notre espèce, de per- „fectioner les moeurs etc. T. IV. 369. La nature de l'ame humaine, „son origine, sa destination, ses rapports avec toute la nature, tout „cela fut l'objèt des leçons, quel on donnoit à l'initié.“ p. 530.
[g] Vermischte Schriften T. III. p. 299.
[h] De triplic. Theolog. p. 48.
[i] Inquiry into the symb. lang. in Diario Classico T. XXII. p. 4.

mysteria, ita etiam Eleusinia ab exteris invecta veras deorum notiones, physicas et symbolicas, asservasse statuit [k]. Possem commemorare plures, sed nihil opus videtur; nam omnia fere complectitur Creuzeri sententia, quam ut brevissime absolvam, referam iisdem verbis, quibus a docto Gallo Silv. de Sacy exposita est: M. Creuzer pense, qu'après avoir mis sous les yeux des initiés les représentations symboliques de la cosmogonie et de l'origine des choses, les migrations et les purifications de l'âme, l'origine et les progrès de l'agriculture et de la civilisation de la Grèce, on tiroit de ces symboles et de ces scènes, dans les grands mystères, une instruction destinée seulement aux plus parfaits, et que l'on confioit aux époptes les verités de l'existence d'un dieu unique et éternel et de la destination de l'univers et de l'homme en particulier [l]. Magnifica sine dubio res et Graecorum ingenio dignissima, dummodo vera! Sed testimonia, quae a quoque harum sententiarum auctore proferuntur, partim nihil amplius efficiunt nisi, quod nemo dubitat, Eleusiniorum magnam fuisse apud veteres famam et admirationem; pars in conjecturis et suspicionibus posita est, in quas sacrorum spectatores vel sua sponte inciderunt,

[k] Ideen über die Politik etc. T. III. p. 90.

[l] Not. ad Saintecr. T. I. p. 448. Creuzerum, qui in omnibus Sancrucium pedetentim sequitur, in hac causa postea non nominabo.

vel sacerdotum colloquiis inducti sunt; pleraque non de Eleusiniis scripta sunt sed de mysteriis privatis, quorum antistites, quum paucos haberent nec semper eosdem auditores, omnia ad suum arbitrium et ad gustum audientium componere poterant; quod eos saepe fecisse multaque ex philosophorum disputationibus assumta venditasse pro suis, alio loco declarabitur. Quod ad primum genus attinet, inconsiderate faciunt, qui quum admirationis illius multae variaeque reddi possint rationes, unam praeoptant atque propriam et praecipuam mysteriorum laudem in praeceptorum salutarium traditione positam esse quasi suo jure sumunt. Ex ceteris testimoniis ad summam quaestionis nihil proficimus. Nam quid initiati pro se quisque de sacrorum rituum et symbolorum significatione suspicati sint aut quid sacerdotes ante et post peracta solemnia cum hospitibus disseruerint, aut mysteriorum trivialium magistri quas dapes asseclis suis apposuerint, nec sciri potest, nec quaerere vacat. Id enim tam varium, inconstans et mutabile fuit, quam erat ipsa hominum voluntas et temporum ratio et doctrinarum omnium imprimisque philosophiae in quaque aetate habitus et color. Nos enimvero certam et constantem disciplinae arcanae formulam quaerimus sive memoriâ hominum custoditam sive, quod optabilius, ex vetustate librorum sacerdotalium depromtam, certe quidem exemtam ab Hierophantarum arbitrio, publicaque auctoritate sancitam. Sed talis formulae, si omnia per-

vestigiis, nullum indicium extat. Deinde illa ipsa dogmata, in quibus doctrinae mysticae summa ponitur, una et consentiente antiquitatis voce ad philosophos referuntur auctores, nec latet, quid quisque in medium attulerit, a primo inde Thale usque ad Platonem; quos omnes aut furto ad se transtulisse Hierophantarum inventa aut fortuito in eorum similitudinem incurrisse, neque id esse unquam animadversum, quis sibi persuadere potest? Postremo absurdum est dictu, Eumolpidas, hoc est sacerdotes Cereris Liberaeque publicos a communi sacerdotum consuetudine et a disciplinae sacrificalis tenore tantum descivisse, ut non solum docendi munus in se susciperent, sed etiam ea docerent, quibus publicae patriaeque religiones funditus tollerentur. Hoc autem quantum valeat, primo loco exponam, ut si quid deinceps in enumeratione testimoniorum occurrat ambigue dictum, id ex toto quasi causae contextu potius, quam ex libidine interpretantium judicetur.

§. 2.

Principio omnis sacrorum cultus publicus apud Graecos non minus quam apud Romanos et Judaeos quoque, pompis et sacrificiis constabat, nec inter caesa et porrecta quidquam auditum praeter solemne precationis carmen et verba concepta, quibus vota nuncuparent solverentque. Sacerdotum erat dis thure vinoque praefari, exta porricere in altaria, et praeterea, ut Apuleji ver-

bis utar Apol. p. 446. callere leges cerimoniarum, fas religionum, jus sacrorum. Lactantius Institt. IV. c. 3. deorum cultus, inquit, non habet sapientiam, quia nihil ibi discitur, quod proficiat ad mores excolendos vitamque formandam; nec habet inquisitionem aliquam veritatis, sed tantummodo ritum colendi, qui ministerio corporis constat[a]. Cupidum id, ut adversarii, videri posset testimonium, nisi consentirent illi ipsi, contra quos dicitur, quorum nullus est, qui sacerdotibus plus quam vovendi, dedicandi, precandi et sacrificandi scientiam tribuat. Varro in primo antiquitatum divinarum, quum tria fecisset Theologiae genera, unum mythicon, quo maxime utuntur poetae, alterum physicon, quo philosophi, tertium civile, quo populi, hoc tertium genus a secundo plane diversum, maxime, inquit, sacerdotes nosse atque administrare debent, in quo est, quos deos colere, quae sacra et sacrificia facere quenquam par sit. p. 214. Bipont. Iisdem terminis Plato sacerdotum provinciam describit in Polit. p. 290. D. τὸ τῶν ἱερέων γένος παρὰ μὲν ἡμῶν δωρεὰς θεοῖς διὰ θυσιῶν ἐπιστῆ-

[a] Augustin. de Civ. I. 4. Dii illi cultores suos ad bene vivendum quare nullis legibus adjuverunt? etc. et c. 6. Nec nobis nescio quos susurros paucissimorum auribus anhelatos et arcana velut religione jactent, quibus vitae probitas castitasque discatur, sed demonstrentur loca talibus aliquando conventiculis consecrata — ubi populi audirent, quid dii praeceperint de cohibenda avaritia, ambitione frangenda, luxuria refrenanda.

μὸν ἐστι κατὰ νοῦν ἐκείνοις δωρεῖσθαι, παρὰ δὲ ἐκείνων εὐχαῖς κτῆσιν ἀγαθῶν κτήσασθαι [b]. Et Stoici, ut efficiant sapientem eundem sacerdotem esse, hujus officia ita definiunt: *τὸν ἱερέα δεῖν ἔμπειρον εἶναι νόμων τῶν περὶ θυσίας καὶ ἱδρύσεις καὶ τὰ τοιαῦτα* Stob. Ecl. VII. 12. quarum rerum rationes cognitione deorum contineri, hoc est studio philosophiae [c]. Eosque sequens Porphyrius de Abst. II. 49. p. 192. philosophum omnia sacerdotum munia complecti contendit, utpote *ἔμπειρον τῆς ἱδρύσεως τῶν ἀγαλμάτων τῶν τε ὀργιασμῶν καὶ τελετῶν, τῶν καθάρσεών τε* [d]. Hi igitur quum non sacerdotibus philosophorum scientiam sed his rerum sacrificalium intellectum tribuunt, hoc ipso, quam aliena illis fuerint sapientiae studia, testatum faciunt. Non abnuerim interim, unum alterumve eorum animum ad philosophiam applicuisse [e] sententiasque doctorum hominum et cognitas habuisse et in sacrorum rituum interpretatione esse sequutum; sed id sua

[b] Vox quasi solemnis; *εὐχομένου τοῦ ἱερέως διδόναι τοῖς Αἰγείδαις τοὺς θεοὺς τἀγαθά.* Schol. Pind. Isthm. VII. 20. (correcta a Villoisono in Beckii Act. Semin. Phil. T. I. 258.) et Schol. Pyth. V. 101. ubi *τοῦ κήρυκος εὐχομένου* etc. legitur ut Herodot. VI. 111. Schol. Arist. Avv. 880. Spartanorum *εὐχὴ διδόναι τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς* Plut. Inst. Laconn. p. 253. T. 8.

[c] v. Menag. ad Diog. VII. 119. Gatacker. ad M. Anton. III. 4. 69. Orell. ad Opusc. Sentent. T. I. p. 462.

[d] Haec ille subdole causae suae praestruit; melius Damascius: *φιλοσοφοῦντος οὐκ ἔστι μαντικὴν ἐπαγγέλλεσθαι οὐδὲ τὴν ἄλλην ἱερατικὴν ἐπιστήμην, χωρὶς γὰρ τὰ τῶν φιλοσόφων καὶ ἱερέων ὁρίσματα* ap. Suid. s. *χωρὶς τὰ Μυσῶν.*

[e] Saepe factum est et fieri potest ut philosophus aliquis deorum suscipiat sacerdotium. Lactant. IV. 3. id quod Stilponem fecisse constat Plutarch. Profect. virt. sent. p. 262. T. VII. aliosque multos infra nominandos.

quadam propria facultate non communi sacerdotum consequuti sunt. Hi periti cultus [f] et religionum [g] ut vocabantur, sic erant, hoc est scire et nosse debebant, quibus diebus ad quas aras sacrificandum, quove ritu, quae cuique divo decorae grataeque sint hostiae, ceteraque juris pontificii praecepta. Quae autem nostri Theologi profitentur

> Magni primordia mundi
> et rerum causas, et quid natura, docentes,
> quid deus —

et porro, quae vera bona, quid mitiget metus, coerceat cupiditates, quid diffidentes saluti suae excitet erigatque afflictos; tum illa, quae maxime mortalium mentes inter spem metumque suspensas tenent

> sub terris si jura deum et tormenta nocentum,
> an ficta in miseras descendat fabula gentes;

haec igitur et quae his connexa sunt, veteres sacerdotes scientia complexos et in orationibus sacris tractare solitos esse, contrarium est omnibus, quae de deorum cultu et disciplinae sacerdotalis ratione memoriae prodita sunt [h]. Hoc vero in-

[f] Valer. Max. I. 8. 2. quem locum Boettigerus in Sprengelii Beiträge z. Gesch. d. Med. I. 2. 183. perverse de peritis rei medicae interpretatur.

[g] Liv. XLI. 18.

[h] Vossius Antisymb. T. I. 220. Mancher gutmätige Priester hat gewiss an der Göttlichkeit solcher Moral gezweifelt, und in stiller Seelsorge zu gemeingültiger Menschentugend ermahnt. Doch hören wir nicht dass Priester mit Jugendbildung, mit Erbauungsreden, mit Besserung der Gemeine, sich beschäftigt. Maligne haec

tellecto quis credere potest, Eumolpidas fecisse, quod nullus illorum fecit, doctorum publicorum ut personas induerent et ad populum orationes haberent de rebus divinis?

§. 3.

Verum si hoc parum credibile, illud portenti simile est, Hierophantas communes de deorum natura ac mente opiniones sustulisse, veras inseruisse. Quonam loco et tempore? Sacro Cereris et Liberae Eleusinio multis millibus coram, stultis et sapientibus. Nam ex quo Graeci in unam nominis et sermonis societatem coaluerunt, nemo graece loquentium exclusus est, cujuscunque generis, ordinis, sexus esset, ne cerdo quidem, dummodo justo tempore adiret, dum nihil inexpiabile ausus, dum legitimis cerimoniis perfunctus [a], id quod

vellicat Hoeckius in Creta Praef. p. 34. T. II. Während Voss das Schändlichste den Priestern beylegt, spricht er ihnen so ziemlich alles Verdienstliche ab. Voss hat nicht gehört, dass Priester sich mit Jugendbildung, Erbauungsreden etc. beschäftigten. Erinnerte er sich nicht der priesterlichen Sänger Thaletas und Epimenides? Las er nie wie ersterer Sparta beruhigte? Prüfte er je die Nachrichten von Epimenides? Has triviales fabulas Vossius, qui totam vitam in his studiis exegit, certe non ignoravit, sed illud fortasse nunquam cogitavit se multis suis et praeclaris laboribus hanc gratiam consequuturum esse, ut non solum a Papistarum parasitis et cetera imperitorum turba sed etiam ab hominibus liberaliter eruditis puerilis inscitiae insimularetur. Ceterum Thaletas sacerdos non fuit; Epimenides (si sacerdotum nomen cum omnibus sacrificulis communicare volumus) fuit sacerdos sed talis, qualis Apollonius Tyanites olim et hodie sunt Schamani; re vera autem huc non magis pertinet quam Empedocles aut Abaris aut Pythagoras.

[a] Herodo. VIII. 65. τὴν ὁρτὴν ἄγουσι ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ καὶ αὐτέων ὁ βουλόμενος καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μυεῖται. Lysias c. Andoc. p. 198. τίνα γνώμην οἴεσθε ἕξειν τοὺς μύστας, ἐπειδὰν ἴδωσι τὸν βασιλέα ὅστις ἐστίν — ἢ τοὺς ἄλλους Ἑλλη-

ex ipsa solemnis edicti formula apparet, quae solos barbaros arcet: Εὐμολπίδαι καὶ Κήρυκες ἐν τῇ τελετῇ τῶν μυστηρίων τοῖς βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν ὥςπερ τοῖς ἀνδροφόνοις προαγορεύουσι Isocr. Paneg. c. 42. et e Libanii Or. Corinth. p. 356. T. IV. qui de mystagogis loquens, οὗτοι γάρ, inquit, τά τ' ἄλλα καθαροῖς εἶναι τοῖς μύσταις ἐν κοινῷ προαγορεύουσιν, οἷον τὰς χεῖρας, τὴν ψυχήν, τὴν φωνὴν Ἕλληνας εἶναι, id est, natu Graecos neque capitali fraude obligatos. Celsus ap. Origenem L. III. p. 147. ed. Spenc. c. 49. p. 436. Ruae. οἱ μὲν ἐς τὰς ἄλλας τελετὰς καλοῦντες προκηρύττουσι τάδε, Ὅςτις χεῖρας καθαρὸς καὶ φωνὴν συνετός· καὶ αὖθις ἕτεροι Ὅςτις ἁγνὸς ἀπὸ παντὸς μύσους καὶ ὅτῳ ἡ ψυχὴ οὐδὲν σύνοιδε κακόν· Καί, Ὅτῳ εὖ καὶ δικαίως βεβίωται: cujus verba συνετὸς φωνήν, non illud significant quod interpres posuit lingua seu voce sapiens, nec quod Sancrucius T. I. p. 273. reservé dans le discours, sed ingenuum Graecum, quem Libanius τὴν φωνὴν Ἕλληνα vocat, et eodem modo Xenophon Cyneg. II. 4. Τὸ γὰρ βαρβαρικόν, Maximus ait Tyrius XIV. 267. τοῦ Ἑλληνικοῦ διῄρηται φωνῆς συνέσει [b]. Barba-

νας, οἳ ἕνεκα ταύτης τῆς ἑορτῆς ἔρχονται ἢ θύειν εἰς ταύτην τὴν πανήγυριν βουλόμενοι ἢ θεωρεῖν. Schol. in Dion. Hierarch. p. 25. D. θεωροὶ λέγονται οἱ τῶν μυστηρίων ἐπόπται. Themistius Or. XXVIII. 342. A. antiquos Socraticos praedicat, quod docendi causa conventus et solemnia frequentaverint: ἐφοίτων δὲ ὑπὸ φιλανθρωπίας καὶ Ὀλυμπίαζε καὶ Ἰσθμοῖ καὶ εἰς Αἴγιναν καὶ εἰς Ἐλευσῖνα καὶ ἐτέλουν δὲ καὶ αὐτοὶ Μητρὶ τῶν θεῶν * * τοῖς πολλοῖς. Harduinus emendat τοὺς πολλούς, lacunam non explet; quod facta facile: ἐτελοῦντο — ὅμοια τοῖς πολλοῖς.

[b] Aristides Or. Plat. III. p. 317. Jebb. ἥ τε γὰρ ἡμῶν φωνὴ

ros Graeci a mysteriis et a ludis publicis [c] exterminabant internecino quodam universi generis odio, quod testantur multi. Plato Rep. V. 470. D. Demost. C. Mid. p. 530. Apollon. Tyan. Epist. XXI. 391. Olear. Liban. Decl. T. IV. p. 68. sed gravissime Macedonum legati ap. Liv. XXXI. 29. Aetolos, Acarnanas, Macedonas, ejusdem linguae homines, leves ad tempus ortae caussae disjungunt conjunguntque; cum alienigenis, cum barbaris aeternum omnibus Graecis bellum est, eritque; natura enim, quae perpetua est, non mutabilibus in dies causis hostes sunt; quo testimonio jugulantur, quotquot Graecos rerum maxi-

οὐχὶ κώλυμα τὸ μηδὲν ἂν ἐκείνου (Platonis) δέχεσθαι δύνασθαι, οὐδέ τις ἡμᾶς ἀπελαύνει πρόῤῥησις εἲ καὶ μυστηρίων, καὶ τὸν βίον οὐ παντάπασιν ἀπᾴδειν φασὶ τῆς ἐκείνου γνώμης οἱ πεπειραμένοι· quae male reddit interpres Nam nec eloquentiae studium vetat nos ab ipso quidquam accipere, neque ullum oraculum a mysteriis abigit, nec recte Canterus pro εἲ καὶ corrigit ἑκάς. Scribendum est ἢ καὶ, i. e. οὐδέ τις τοιαύτη ἡμᾶς ἀπελαύνει πρόῤῥησις ἢ καὶ μυστηρίων τοὺς φωνὴν ἀσυνέτους, Aristides dicit se neque sermonis inscitia neque vitae pravitate a Platonicae doctrinae sacris prohiberi, translata a mysteriis imagine, quibus lingua barbari, moribus impuri interdicebantur. Libanius l. c. τὸ κήρυγμα τοῦτο κηρύττεται· Ὅςτις τὰς χεῖρας μὴ καθαρὸς, ὅςτις σφῶν ἀξύνετος leg. ὅςτις φωνῆς ἀξύνετος i. e. barbarus, ut interpretatur Lucianus Demon. §. 34. p. 246. T. V. ἐτόλμησε καὶ Ἀθηναίους ἐρωτῆσαι, τῆς προῤῥήσεως ἀκούσας, διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους. Ex perversa autem hujus interdicti interpretatione natum est putidum Pythagoreorum recentiorum commentum, Pythagoram a sectatoribus suis linguae patriae usum exegisse; φωνῇ χρῆσθαι τῇ πατρῴᾳ ἑκάστους ὅσοι τῶν Ἑλλήνων προσῆλθον πρὸς τὴν κοινωνίαν ταύτην Jamblich. V. Pyth. XXXIV. 194. quod Bentlejum de Epist. Phal. c. XII. p. 26. et Sturzium de Empedocl. p. 95. pro vero habuisse miror. Quis enim unquam Graecorum in quotidiani sermonis commerciis alia est dialecto usus quam vernacula? De librorum autem compositione vix ille quidquam praescripsit, qui nihil ipse scripsit; nec id observarunt veteres Pythagorei, quorum multi Iones nati dorice scripserunt.

[c] v. P. Fabri Agonist. III. 12. 529.

marum cognitionem ab Aegyptiis, Persis, Indis accepisse et memoriam acceptorum religiose servasse putant. Sed de hoc alius erit dicendi locus. Altera pars interdicti proprie de homicidis valebat, postea autem latius accepta est, ut nemo ingrederetur, nisi qui se innocentem nosset Lamprid. Sever. c. XVIII. qua praeconis voce impii et scelerati initiatione submovebantur Sueton. Ner. c. XXXIV. Verum ne hoc quidem Eleusiniorum proprium dici potest, quum omnis praefatio sacrorum eos, quibus non sint purae manus, sacris arceat Liv. XLV. 5. idque adeo templorum vestibulis inscriptum fuerit, *μὴ παριέναι εἴσω τῶν περιῤῥαντηρίων, ὅςτις μὴ καθαρός ἐστι τὰς χεῖρας* Lucian. de Sacrif. §. 13. [d] Sed fortasse haec libertas tacitis quibusdam exceptionibus circumscripta fuit, neque hoc solum sancitum, ut a scelere puri sed etiam ut cives Attici essent, qui Eleusinia accipere vellent? Id quidem Julianus affirmat verbis minime obscuris Or. VII. 238. *σὺ δ' ὅπως ἡμῖν μὴ τὸν Διογένη προβαλὼν ὥςπερ τι μορμολυκεῖον ἐκφοβήσῃς. Οὐ γὰρ ἐμυήθη, φησίν,*

[d] Egregium epigramma [*Αδεσπ.* CCXXXIII. b.]

Ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἔνδον ἐόντα
ἔμμεναι· ἁγνείη δ' ἐστὶ φρονεῖν ὅσια.

templo Epidaurio inscriptum fuit. Porphyrius A. N. c. 15. *τοῖς τὰ Λεοντικὰ μυουμένοις παραγγέλλουσι καθαρὰς ἔχειν τὰς χεῖρας ἀπὸ παντὸς λυπηροῦ καὶ βλαπτικοῦ καὶ μυσαροῦ.* Quod autem Casaubonus ad Capitol. p. 78. et plurimi hunc sequuti affirmant, praeconem in sacris Eleusiniis proclamasse *Ἑκὰς, ἑκὰς ὅςτις ἀλιτρός*, nemo veterum testatur, neque haec formula praeconi Attico convenit. Tertulliani verba Apol. II. 7. semper impiae initiationes arcent profanos et ab arbitris cavent, ad mysteria privata spectant.

ἀλλὰ πρὸς τὸν προτρεπόμενον μυηθῆναι, γελοῖον, εἶπεν, ὦ νεανίσκε, εἰ τοὺς τελώνας οἴει ταύτης ἕνεκα τῆς τελετῆς κοινώσειν[c] τοῖς θεοῖς τῶν ἐν ᾅδου καλῶν, Ἀγησίλαον δὲ καὶ Ἐπαμεινώνδαν ἐν βορβόρῳ κεῖσθαι. Τοῦτο δεόμενον ἐξηγήσεως· φαίνεται γὰρ ὁ Διογένης, οὐχ ὥςπερ ὑμεῖς ἀξιοῦτε, ἀλλὰ συνεὶς ὅτι τὸν μυούμενον ἐχρῆν πολιτογραφῆναι (scr. πολιτογραφηθῆναι) πρότερον καὶ Ἀθηναῖον, εἰ καὶ μὴ φύσει, τῷ νόμῳ δὲ γενέσθαι. Τοῦτο δ' ἔφυγεν, οὐ τὸ μυηθῆναι, νομίζων αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου πολίτην. Quem locum praetermittens Erasmus Muellerus multis modis mystarum numerum circumscribere studet in Comment. de Hierarch. p. 142. Primum ex peregrinis paucos tantummodo, qui itineris sumtus tolerare possent, initiatos esse statuit, servorum nullum; feminae an spectatum admissae fuerint, dubitat; clarissimum Aristidis testimonium Or. Eleus. p. 256. T. I. ὅσα μὲν δὴ θέας ἐχόμενα, εἶδον γενεαὶ παμπλήθεις εὐδαιμόνων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, non de Eleusiniis accipit, de quibus tota oratio et scripta et inscripta est, sed de Thesmophoriis, ad quorum adspectum mares (ἀνδρῶν γενεαί) nunquam admissi sunt. Quid vero aget mystarum chorus orcinus, quem Aristophanes inducit in Ranis, ex utroque sexu mixtus?

De servorum exclusione Muellerus non Isaeo, quem nominat, credidisse videtur sed Sancrucio

[c] Pro κοινωνήσειν, et hoc vicissim pro κοινοῦν Philostr. Apoll. III. 26. 116. Heroicc. II. 2. 673. Artemid. L. V. Prooem. p. 253. Epist. Socr. XXVIII. p. 32. et Latini communicare pro participare Quintil. Decl. VIII. 6. 161. Burm.

T. I. p. 277. quem non nominat, Sanctrucius autem Spanhemio credidit ad Callim. H. in Ap. v. 2. vel Salmasio idem affirmanti in Exercitt. Solin. p. 752. qui si rem intentis oculis contemplati essent, Isaeum de Philoct. Her. p. 148. non de Eleusiniis loqui sed de Thesmophoriis animadvertissent. Quum sacra publica (ἱερὰ δημοτελῆ) servis adire licuerit [Demosth. c. Neaer. p. 1374.] equidem non pro certo negabo civibus Atticis permissum fuisse ut servorum suorum quem vellent in templum Eleusinium introducerent; idque de suo domino praedicare videtur vernula Atticus apud Theophilum

τὸν τροφέα, τὸν σωτῆρα, δι' ὃν εἶδον νόμους
Ἕλληνας, ἔμαθον γράμματ', ἐμυήθην θεοῖς·

in Schol. ad Dion. Gramm. p. 724. Verum haec omittimus ut ambigua et in neutram partem valitura. Sed de Juliani testimonio multa in mentem veniunt, quae fidem ejus magnopere labefactent. Primum Diogenis responsum referunt Plutarchus quoque de Aud. Poet. IV. p. 18. et Diogenes Laertius VI. 39. quorum uterque Eleusinia significare videtur, rationem autem, cur ille initiari noluerit, nullam afferunt, praeter quam ipse planissimis verbis indicat. Eaque tam gravis et aperta est, ut interpretatione non egeat. Secundo non potest sumi, Athenienses, quamvis largiendae civitatis prodigos [f], usque eo processisse, ut omnes illos, qui quotannis e cuncta Graecia ad

[f] v. Jacobs ad Anthol. T. IV. p. 182. Saintecroix sur les Metoeques p. 268. in Mem. Acad. Inscript. T. XLVIII.

concelebranda Eleusinia confluebant, in aequum suum jus reciperent. Quis porro nescit, Romanos, quorum plurimi Eleusinia acceperunt, alienam civitatem adsciscere non potuisse, quin suam amitterent? His omnibus evincitur, Julianum sectae cynicae addictum eundemque coelestium cerimoniarum reverentissimum, illam defensionis rationem, qua magistrum crimine contemtae religionis liberaret, suopte reperisse ingenio sive potius veterem fabulam eorum, qui Herculem et Dioscuros, quum initiari vellent, a civibus Atticis adoptatos ferunt [ff], ad Diogenis tempora transtulisse. Ceterum non necessariam esse istam excusationem declarant Zenonis, Cleanthis et Panaetii exempla [g] civitatem Atticam recusantium ἵνα μὴ δόξωσι τὰς αὑτῶν πατρίδας ἀδικεῖν. v. infr. L. II. c. III. §. 3. not. p. Si vero quilibet unus Graecorum his sacris interesse potuit, si cives, exteri, viri, foeminae, noti, ignoti, principes vulgusque admissi sunt, quot, quaeso, illius arcani conscios fuisse necesse est! E cunctis Graeciae solemnibus nullum fuit pari religione praeditum; Athenae ipsae hoc festo tempore multitudine peregrinorum refertae erant [gg], omnesque, qui quum possent initiari, non initiati essent, vulgi certe judicio

[ff] v. Orell. ad Epist. Socr. p. 263. Hoc a ludis publicis traductum videtur; Philammon ad agonem non admissus priusquam ab Aristotele adoptatus esset Themist. Or. XXI. 249. D.

[g] Plutarch. Stoic. Repugn. IV. 340. T. XIII. Procl. ad Hesiod. Opp. 705.

[gg] Philostr. V. Apoll. I. 18, 155. περὶ μυστηρίων ὥραν, ὅτε Ἀθηναῖοι πολυανθρωπότατοι. Aristides Panath. p. 191. δέχεσθε τῷ Ἐλευσινίῳ πλείους ἢ οἱ ἕτεροι τῇ πάσῃ πόλει.

impietatis damnabantur et contemtus deorum [h]. Et in hoc maximo hominum omnis generis, sexus, aetatis, conventu Hierophantas contra communes receptasque de deorum cultu et natura opiniones dedita opera disputasse credamus? Id, puto, nemo a nobis non dicam impetrabit sed ne exposcet quidem. Quid igitur disciplinae arcanae adsertores adversus haec proferunt? Vetus est opinio, antiquos philosophos duplici genere docendi usos esse, uno ad populum, altero familiares inter; hanc esotericam vocari et arcanam doctrinam, illam popularem [i]. Hinc jam sumitur, universos quidem in templum receptos, sed non omnes ad intima arcanorum admissos esse; plebeculam minimum veluti gustum hausisse doctrinae sublimioris, eoque modo cavisse Hierophantas, ne excluderent quenquam aditu, neve adeuntibus plus praeberent quam concoquere possent. Haec igitur ratio an accurate fundata sit, ante omnia expendendum.

[h] Lucian. Demon. IX. 237. *καί τινες ἐπ' αὐτῷ συνέστησαν Ἄνυτοι καὶ Μέλητοι τὰ αὐτὰ κατηγοροῦντες ὥςπερ κἀκεῖνοι τότε, ὅτι οὔτε θύων ὤφθη πώποτ' οὔτε ἐμυήθη μόνος ἁπάντων ταῖς Ἐλευσινίαις* (sc. *θεαῖς* non, ut Guietus, *τελεταῖς*). Ex hoc loco colligunt, Socratem non initiatum fuisse et rationem quoque qualemcunque comminiscuntur; hunc enim sapientissimum virum de rebus divinis omnia eadem sensisse quae mysteriorum antistites, et propterea noluisse nomen suum apud illos profiteri, ne prohiberetur ea palam omnibus docere, quae illi paucis nota esse vellent. Verum Socratem sacrorum Eleusiniorum expertem fuisse neque dixit quisquam, neque id sequitur ex eo quod cum Demonacte comparatur. Utrique commune fuit impietatis crimen sed causa dispar; nam neque Demonax nova daemonia induxisse dicebatur, neque Socrates contemsisse mysteria.

[i] Warburton. III. Sect. II. 481. unde ceteri pendent.

§. 4.

Illa, inquiunt, promiscua turba extra sindonem et quasi in vestibulo sacrae doctrinae constitit, pompae spectatrix, secreti ignara et expers; caput coenae et quidquid non plebeji saporis esset, probatissimis quibusque reservatum, qui omnes jam gradus a capite ad calcem permensi essent. Hi veritatem in clara luce collocatam, illi symbola quaedam et glaucomata adspexere, quae neque obessent cuiquam neque prodessent, id quod de emplastris quibusdam dicitur. Arbitrium autem intromittendi quem vellent penes sacerdotes erat, qui candidatos diuturna probatione explorarent, exploratos ab uno gradu ad alterum promoverent. O rem praeclaram omniumque, quae ab hominibus ingenii prodigis noctu diuque excogitata sunt, multo saluberrimam! Qua una re quis non intelligit tum istum scrupulum de initiatorum multitudine exemtum, tum etiam hoc perfectum esse longe fructuosissimum, ut de mysteriorum vi et indole deque doctrinae arcanae causis et argumentis quicunque velit quod velit, quomodo velit, statuere et decernere possit, et id quidem septus undique et munitus, dummodo, quaecunque opponantur sibi contraria testimonia, ab iis profecta dicat auctoribus, qui in infimo initiatorum gradu constituti neque omnium participes fuerint.

Ergo, si Eumolpidae patronorum more turbam suam segregarunt atque alios in secretum receperunt, alios cum pluribus, alios cum universis, consequens est ut in ipso limine sacrarii et

ad omnes introitus scrutatores dispositos fuisse credamus, qui introeuntes diligenter excuterent, ne quis profanus simulata conscientia surreperet, et ii ipsi, qui jam initiati sed nondum consummati essent, ne qua altius penetrarent quam fas et jus esset. Id qua ratione cautum fuerit, hi, qui de mysteriis scripsere haud prius audita, non nesciunt; tesseras et symbola narrant, solis initiatis nota, quibus se invicem agnoscerent. Sancrucio adeo in mentem venit, initiatos in introitu omnes breviter interrogatos respondisse aliquid, quod pro documento initiationis esset; verbi causa interrogante aliquo Sind Sie Meister, responsi loco dixisse Ich kenne die Acacie [a]. Est hoc exempli instar a me positum sed prorsus ex praescripto Sancrucii, qui formulam quaestionum responsionumque in Eleusiniis eandem fuisse putat, quae nunc in Latomorum conventibus obtinet, continetur que in Catechismis eorum nomine inscriptis [b]. Lepidum videtur; sed quis spondet? Julius Firmicus de Err. Prof. Rel. p. 36. (p. 440. Gronov.) „Libet nunc," inquit, „explanare, quibus se signis vel quibus symbolis in ipsis superstitionibus miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim propria signa, propria responsa, quae illis in istis sacrilegiorum coeti-

[a] v. Signatstern. T. I. p. 67.

[b] Recherch. T. I. p. 302. Fabulam repetunt Hermannus ὁ ἕτερος in: Feste von Hellas T. I. 386. auctor libri: Eleusis oder über den Ursprung und die Zwecke der alten Mysterien. Gotha 1819. p. 166. et ceteri.

„bus diaboli tradidit disciplina. In quo„dam templo, ut in interiores partes ho„mo moriturus (oraturus) possit admitti, „dicit, *de tympano manducavi, de cymba„lo bibi et religionis sacra perdidici;* „Quod graeco sermone dicitur *ἐκ τυμπάνου „βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μυστι„κός*“ [bb]. De postremis, quae ab aliena manu addita videntur, dissentit Clemens, unde illa sumta sunt: *Δηοῦς μυστήρια καὶ* (leg. *αἱ*) *Διὸς πρὸς μητέρα Δήμητρα ἀφροδίσιοι συμπλοκαὶ καὶ μῆνις τῆς Δηοῦς καὶ Διὸς ἱκετηρίαι· ταῦτα τελίσκουσιν οἱ Φρύγες Ἄττιδι καὶ Κυβέλῃ καὶ Κορύβασι — τὰ σύμβολα τῆς μυήσεως ταύτης Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον, ἐκερνοφόρησα, ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυον* Cohort. I. 2. 13. [c] Jam admirari libeat interpretum verecundiam. Quod Firmicus dicit in quodam templo factum esse, quodque Cle-

[bb] Idem p. 43. Invenimus etiam dici *Ελελίκερες διμόρφει*, ubi Wowerus emendat *Ἑλιξόκερως δίμορφε*. Praefero *Ἐλελεῦ κόρε*.

[c] Pater Lafiteau, Symbolicus ante Symbolicam, illud de tympano manducare, symbolum esse putat paupertatis clericalis eleemosynam poscentis, de aris viventis (imo helluantis) et renunciantis voluptatibus mundialibus, Moeurs des Sauvag. T. I. 272. Eschenbachius, vir ingeniosissimus, quem si nostra aetas tulisset, tanquam primipilarem venerarentur spiritualia castra, singula verba explicat in Epig. p. 14. hoc modo: „Interrogatus mystes novus „ab Hierophanta an edisset, respondebat animae nomine *ἐνήστευσα* „i. e. a terrenis quidem voluptatibus abstinui, *ἀλλ' ἔπιον τὸν κυκεῶ„να* nihilominus allabentis materiae potum hausi; *ἐργασάμενος ἀπε„θέμην*, hoc facto, hoc est, materiali potu in corpus condita sum, „*καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην* ex corpore nunc illuc, unde descendi, sal„tem contemplatione revertor.“ Sancrucius T. I. 320. postrema *ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδ.* vertit Je me suis glisé dans le lit nuptial, et illustrat e Plutarcho Phoc. c. XXVIII. ubi Eleusiniorum *μυστικαὶ κοῖται* commemorantur, hoc est cistae mysticae non lecti, ut ille opinatur; quae de Heraclide philosopho addit, Heracliti sunt verba, ab hoc loco alienissima.

mens nominatim de sacris Phrygiacis, omnium turpissimis, narrat, id illi sua fiducia ad Eleusinia transferunt. His hic quidem aliam formulam adscribit p. 18. *ἔστι τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων Ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος* (leg. *ἐγγευσάμενος*) *ἀπεθέμην εἰς κάλαθον καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην·* quae repetens Arnobius V. c. 26. haec symbola esse affirmat, quae rogati sacrorum in acceptionibus respondeant. Sed introeuntes hoc pronunciasse consecraneos, ut possent a profanis dignosci, neuter dicit, neque id ex nominibus *σύμβολον* et *σύνθημα* colligi potest. Quomodo in vetere ecclesia baptizandi symbolum apostolicum recitare, *ἀπαγγέλλειν τὸ σύμβολον* jubebantur, sic illa formula in mysteriorum acceptione, ut clare dicit Arnobius, recitata est, eaque sacrorum istorum nota et symbolum dicitur eodem sensu quo aliae *ἐπιῤῥήσεις* et solemnia verba Sabaziorum, Mithriacorum, Carpocratianorum sui quaeque generis symbola dici possunt, neque non illa, quae Islamiticorum sacrorum cultores vulgo decantant: Non est deus nisi deus ille, Muhammed nuntius dei illius. Verum non solum nullo testimonio probari potest, eos, qui sacrum Eleusinium inirent, isto modo exploratos esse, sed contrarium intelligitur e Livii narratione L. XXXI. 14. Acarnanes duo juvenes per initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit absurde quae-

dam percunctantes, deductique ad antistites templi, quum palam esset per errorem ingressos, tanquam ob infandum scelus interfecti sunt. Apparet igitur cum cetera turba intromissum qui vellet; qui taceret, tutum fuisse; de tesseris interrogatum neminem.

Ceterum his, quae Clemens tradit de Eleusiniis, non firmissime assentiar, et quia a nullo veterum memoriae prodita, et quia in hac tota doctissimi Apologetae disputatione longe diversa genera sacrorum permixta et confusa sunt; de quo in extrema hujus libri parte dicentur plura. Quam intuta autem sit in hac causa scriptorum Christianorum fides, uno exemplo ex re ipsa sumto apertius faciam. Scholiasta Platonis p. 123. Ruhnk. adversus Eleusinia mysteria ex professo disputans de his ea narrat, quae apud Clementem de sacris Magnae Matris relata legerat: *ἐν οἷς (Ἐλευσινίοις) πολλὰ μὲν ἐπράττετο αἰσχρὰ, ἐλέγετο δὲ πρὸς τῶν μυουμένων ταῦτα· Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον, ἐκερνοφόρησα (κέρνος δὲ τὸ λίκνον, ἤγουν τὸ πτύον) ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυον.* Hic nisi suo se indicio Christianum esse proderet, nisi Clementis locus nobis ante oculos esset quo ille falsi arguitur, haud facile quisquam tam manifesto testimonio resistere auderet. Quanquam ipsa thalami [cc] cymbali, tympani et maxime *κέρνους* [d] mentio cogitationem

[cc] Cubiculum deae Apulej. Met. XI. 250. *θάλαμος* Lucian. Dea Syr. §. 31. p. 116. unde *θαλαμηπόλοι* Phrygii. v. Reisk. ad Cephal. Anthol. p. 36.

[d] *Κέρνος* erat lanx ampla, marginata, multis intus cavernulis,

ab Eleusiniis ad sacra deae Phrygiae traducit. His enim proprium fuisse hujus vasis usum e Nicandr. Alex. 217. et Alexandri Aetoli epigrammate in Alcmanem scripto apparet:

Σάρδιες, ἀρχαῖος πατέρων νομός, εἰ μὲν ἐν ὑμῖν
ἐτρεφόμαν, κέρνας ἦν τις ἂν ἢ βακέλας
χρυσοφόρος ῥήσσων καλὰ τύμπανα — —[e]

T. I. p. 204. Et in horum sacrorum aditu tesseras redditas esse ab introeuntibus, quibus conscientiae suae fidem facerent, e Plauti loco colligi potest Mil. Glor. IV. 2. 25. Cedo signum, si harunccе Baccharum una es, et ex his quae de Bacchanalibus dicit Statius Achill. I. 592.

stat fine dato metuenda sacerdos
exploratque aditus, ne quis temerator oberret.

Sed de Cereris sacris nihil ejusmodi traditum est.

in quibus modo lucernae modo patellae inserebantur. *Κερνοφόρος ἡ τοὺς μυστικοὺς κρατῆρας φέρουσα ἱέρεια· κέρνους φασὶ τοὺς μυστικοὺς κρατῆρας, ἐφ' ὧν λύχνους τιθέασι* Schol. Nicand. Alex. 217. Athenaeus XI. 476. E. dicit *ἄγγος κεραμεοῦν ἔχον ἐν αὐτῷ πολλοὺς κοτυλίσκους, ἐν οἷς εἰσὶ μήκωνες, πυροὶ, κριθαὶ, φακοὶ* etc. *ὁ δὲ βαστάσας αὐτὸ οἷον λικνοφορήσας τούτων γεύεται.* unde in Clementis loco pro *ἐργασάμενος*, non *θεασάμενος*, quod Reinesius probat Varr. Lectt. p. 102. sed *ἐγγευσάμενος* substituimus. De saltatione Cernophoro v. ad Pitt. di Ercol. T. III. p. 154.

[e] Sic Statius Theb. X. 644. tympana rumpere dextra. Male Jacobsius pro *κέρνας* seu *κερνᾶς* substituit *χέρνας*, nomen a Cybelae sacris alienum; illud significat idem quod *κερνοφόρος* seu *κερνίτης*, unde contractum est, ut *Βακχᾶς* pro *βακχευτής*, *βήσσας* pro *βηχίας*, Onesas, Dosas. v. Reines. Epp. ad Hofmann. p. 461. aliaque ad Phrynichum p. 434. exposita. In Proverb. Vatic. I. 26. *Βησᾶς ἔστηκας, οἷον ἀχανὴς, παταγώδης καὶ ὑπόμωρος* scribendum *βησσᾶς* i. q. *βηχώδης*, *βηχικός*, tussiculosus, gravedinosus, quod ut *κορυζώδης*, *μυξώδης*, *βλεννός* et latinum pituita ad stuporem refertur. Nomen proprium Besas non ignotum quidem, ut proverbii interpres putat, v. Antiochi Epigr. I. p. 18. T. III. Casaub. ad Spartian. p. 29. Vales. ad Ammian. XIX. p. 349. sed alienum ab hoc loco. *Παταγώδης* vero non tonitru perculsum significat, sed tussicum, a tundo *πατάσσω*, unde etiam morbus patagus apud Plautum, quo nonnulli apoplexiam significatam esse putant.

Si igitur non admodum ariolari neque nostro periculo, quidquid unquam de ullo genere mysteriorum narratur, id propter nominis societatem ad Eleusinia transferre volumus, tota illa tesserarum et symbolorum inventio explodenda, potiusque sic statuendum est, adytum Eleusinium sua magis religione quam custodiis et excubiis circitorum tectum fuisse. Et quae tandem causa erat, cur quis clam et furtim surreperet periculumque adiret minime necessarium, quum unusquisque, ut demonstravimus, sacra illa suscipere posset tempore et loco legitimo? quum ipsi peregrini ab hospitibus quique suis nemine prohibente initiarentur? Credo id insperatum accidere iis, qui nescio quos Theologiae esotericae thesauros sub istis claustris latuisse sibi persuaserunt. Sed res, si qua alia, testata est. Lysias amicam suam Athenas invitavit *καὶ αὐτὸς ὑπέσχετο μυήσειν* Demosth. c. Neaer. 1352. [f] cf. Taylor. Lys. Vit. p. 151. T. VI. Andocides vero, qui Cerycum familiam cognatione attingebat, plures initiavit: *τρία μὲν ἔτη ἐπιδημῶν οὐκ ἀσεβεῖν αὐτοῖς ἐδόκουν μυῶν μὲν τὸν ἀδελφὸν* [ff] *ἔτι δὲ ἄλλους ξένους ἐμαυτοῦ καὶ εἰςιὼν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον* de Myst. p. 64. M. Aurelius in Epistola quadam ad Herodem Atticum ap. Philostr. Vit. Soph. II. 12. *ηὐξάμην μυηθῆναι· εἴη δὲ σοῦ μυσταγωγοῦντος*, ubi Olearius

[f] Midias Anagyrasius meretriculam quandam *εἰς μυστήρια ἄγει* Dem. c. Mid. 565. 24. Aristippus Epp. Socr. XXVII. Myrtus et Xanthippae rogatu filiam *ἐπὶ τὰ μυστήρια ἄγειν* constituit. Quid hoc a verbo *μυεῖν* differat, parum constat.

[ff] v. Sluiter. Lectt. Andocid. p. 158.

nimis liberaliter facit Herodi, qui genus ab Aeaco ducebat, Hierophantae officium impertiens. Nimirum is vulgaris error est, hoc initiandi munus neminem praeter Hierophantam obiisse; quod refellitur Platonis testimonio mystagogiam inter vulgaria hospitalitatis officia numerantis Epist. VII. 333. *κατιὼν οἴκαδε Δίων ἀδελφὼ δύο προςλαμβάνει Ἀθήνηθεν, οὐκ ἐκ φιλοσοφίας γεγονότε φίλω ἀλλ᾽ ἐκ τῆς περιτρεχούσης ἑταιρείας ταύτης* [g] *τῆς τῶν πλείστων φίλων, ἣν ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν καὶ ἐποπτεύειν πραγματεύονται.* Horum hospitum alterum eundemque Dionis interfectorem mystagogi titulo ornat Plutarchus V. Dion. c. LVI. 322. *ἔσφαττε τὸν μύστην αὐτῆς* (Proserpinae) *ὁ μυσταγωγός*, quod nomen delendum censet Reiskius propterea quod ille Callippus sive Callicrates [gg] omnino sacerdos non fuerit. Sed mystagogi dicebantur quicunque Atheniensium hospitem ad mysteria visenda introducerent, quos interdum etiam *μύστας* vocant. Hesychius: *Μύστης ὁ εἰςηγητής.* Suidas: *ὁ τὰ μυστήρια διδάσκων.* Zonaras: *ὁ τῶν μυστηρίων ἐξηγητής·* quo ex usu *μύστης* dicitur Himer. Or. VII. 512. et in Epigr. *Ἀδεσπ.* DXVII. p. 266. *ἢν δέ σε μύστης εἰςαγάγῃ*, id est, doctus interpres. Plerique tamen utrumque nomen distinguunt ut Moschopulus praecipit in Sched. p. 140. *μύστης ὁ μαθητής, μυσταγωγὸς ὁ διδάσκαλος* [h]. cf. Cyrill. Lex. in Aretin.

[g] Maximus Tyr. XXXV. 4. 171. *εὐδαιμονίας ἐραστὴς οὐ ταπεινῆς μὰ Δία οὐδὲ τῆς περιτρεχούσης.*

[gg] Aristot. Rhet. I. 12. 137. Interpr. ad Cornel. Dion. c. VIII.

[h] *Μυσταγωγὸς τῆς ἀφθέγκτου οἰκονομίας* Didymus de Trinit. II. 8. 222. *μυσταγωγεῖν* docere African. Cest. p. 311.

Beiträg. z. Gesch. u. Litt. T. IX. p. 1269. et hoc modo Himerius Or. XV. 674. ἀγαθοὶ μυσταγωγοὶ μύσταις ἀνδράσιν, ὅσοι τελετῆς ἐμπείρως ἔχουσι. De Atheniensibus universe Aristides Panath. p. 182. τῇ τῶν Ἐλευσινίων τελετῇ τοῖς εἰςαφικνουμένοις ἐξηγηταὶ τῶν ἱερῶν καὶ μυσταγωγοὶ κέκλησθε διὰ παντός [i], sicut eosdem Appianus Civ. II. 70. ἱερεῖς τῶν Θεσμοφόρων vocat et Ennenses Cicero Verr. IV. 50. sacerdotes Cereris. Quid? quod mystagogi iidem dicebantur qui periegetae? Cicero Verr. IV. 59. Hi qui hospites ad ea quae visenda sunt ducere solent et unumquodque ostendere; quos illi mystagogos vocant. cf. Vales. ad Sozom. I. 20. p. 103. ad Ammian. XXI. 144. [k] Strabo XVII. 812. ὁ ἡμέτερος ξένος αὐτόθι μυσταγωγῶν ἡμᾶς. Quorum hominum officiosam sedulitatem describit Ambrosius Hexaem. L. VI. c. 1. si is, qui explorans novorum adventus hospitum toto eos circumducit urbis ambitu praestantiora quaeque opera demonstrans, non mediocrem habet gratiam etc. Prae ceteris autem templa a philotheoris adita esse tum res ipsa subjicit, tum Drepanius docet in Panegyrico c. XXI. p. 391. Quod

[i] Nicolaus in oratione a Diodoro ficta XIII. 27. qua Syracusanos a caede Atheniensium captivorum dehortatur: ὅσοι τῶν ἁγνοτάτων μυστηρίων μετειλήφατε, σώσατε τοὺς μυήσαντας. Similiter Athenienses Potidaeatae μυσταγωγοὺς suos vocant Liban. Decl. T. IV. 367.

[k] Diversi ab his οἱ ἐξηγηταὶ τοῖς ξένοις τῶν περὶ τὰ ἱερά. Strab. XVII. 806. et qui commemorantur a Porphyr. ad Horat. II. Epist. I. 230. Aeditui templorum et numinum quibus inserviunt, sacrorum originem advenis et ignorantibus enarrant. Nec tamen dubito quin saepe unus aliquis haec in se susceperit negotia omnia.

facere magnas urbes ingressi solemus, ut primum sacras aedes et dicata numini summo delubra visamus, tum fora atque gymnasia et ambulacra miremur. Eaque ratio fuisse videtur, cur mystagogorum nomen a sacrorum monstratoribus transferretur ad periegetas vulgares, verbumque *μυσταγωγεῖν* eodem modo ut *ξεναγεῖν* ap. Lucian. Contempl. §. 1. p. 30. T. 3. de iis diceretur, quorum ductu advenae quidquid in urbe aut vetustate inclitum aut magnificentia adspectabile esset, lustrabant et circumspiciebant [1].

Quid ex his sequitur? Hoc, opinor; unicuique Atheniensium licuisse, quum Cereris Liberaeque dies festus ageretur, non solum ipsum adire templum sed etiam hospites suos introducere iisque spectaculi cupide expetiti copiam facere.

§. 5.

Haec supergressi de mysteriorum gradibus quae afferuntur testimonia excutiamus. Tertullianus in exordio dicacissimi adversus Valentinianos libelli hos et ceteros arcanorum simulatores nihil aliud quod celent habere dicit, nisi hoc ipsum nihil; in quo totam constare mysticae disciplinae sapientiam. Valentiniani, inquit, nihil magis curant, quam occultare quod praedicant; si tamen praedicant, qui occultant. Custodiae officium conscientiae

[1] Sic Alciphr. III. Ep. 31. ubi male initiare redditur.

nium instituunt h. e. quando eos, qui epoptae fieri cupiunt (quos per prolepsin epoptas vocat) quinque ante consignationem annis in disciplinam recipiunt. Verum hoc quinquennium maximas Criticorum turbas excitavit. Primum hinc Scaligeri error natus est, mysteria majuscula anno quoque quinto celebrata esse Conj. in Tib. III. p. 169. sq. ubi momenta sic dispungit „Initiandi „per totum quadriennium *μύσται* dicebantur, in „quo praeceptis superstitionis Eleusiniae informa„bantur ipso mense Anthesterione minusculis my„steriis, quinto autem anno ad ipsa sacra admissi „dicebantur *ἐπόπται*." Sed quum Petavius interim ad Themist. p. 411. Hard. certissimis argumentis demonstrasset majuscula Eleusinia fuisse annua [c], hanc rationem sequutus Salmasius aliam interpretandi viam ingrediendam putavit. „Parva, „inquit, et magna mysteria intra eundem annum „et quotannis, parva Anthesterione, magna Boe„dromione. Qui parva accipiebat, non fiebat epopta „in magnis sed illis tantum initiabatur; deinde „anno post *ἐπώπτευε* in iisdem mysteriis. Sic „magna mysteria erant tam *μυστικά* quam *ἐποπ*-„*τικά*; nam necesse erat iis primum initiari, deinde „interjecto anno ut minimum, in sacrarium ad-

[c] Veterem de quinquennio errorem repetunt Palmer. Exerc. p. 358. Valckenarius et Monckius ad Hippol. v. 25. Heindorf. ad Phaedrum p. 262. Ceteris assentitur Tollius ad Formul. Recept. Manich. p. 151. imitati sunt Christiani in his ritibus gentiles Eleusinia tractantes, ubi qui mystae minoribus sacris ad *ἐποπτείαν* praeparabantur, in vestibulo consistebant, quum majoribus initiati intra adytum reciperentur.

„mitti et ἐποπτεύειν licebat. Parva erant tantum „praeparatio. Inter μύησιν et ἐποπτείαν, quae „utraque in magnis mysteriis, non minus quam „annus intererat, sed multorum expectatio longio„ribus lineis suspendebatur et plerique totum an„num instituebantur epoptae. Quod autem putant „quinquennium interfuisse, male intelligunt Ter„tullianum: Aditu prius cruciant et diutius initiant „quam os signant, quum epoptas ante quin„quennium instituunt. Initiatio et institutio „est προκάθαρσις in parvis mysteriis, inter quae „et magna intererat quinquennium; oris signatio „μύησις τῶν μεγάλων. Ab initiatione seu a parvis „Mysteriis ad oris signationem seu μύησιν in ma„gnis quinquennium totum, ab signatione oris vero „(silentii officio) ad ἐποπτείαν tantum annum.“ ad Spart. l. c. conf. Exerc. Solin. p. 8. A. Non potuit vir summus pravam causam callidius defendere. Statuit eos qui in numerum initiandorum recepti fuissent parvis mysteriis, non ad majuscula ejusdem anni admissos sed quinto demum anno in his μύστας, denique altero anno post in iisdem ἐπόπτας factos esse. Itaque et quinquennium Tertulliani tuitus neque testes gravissimos, qui mysteria annua fuisse tradunt, rejicere coactus est, ternos gradus constituendo, quos in mysteriis servari oporteret, primum προκάθαρσιν quandam in minusculis susceptam, secundum μύησιν s. oris signationem, tertium ἐποπτείαν. Sed illa oris signatio res commenticia est, extrinsecus in textum illata; Tertullianus nihil amplius dicit, quam pri-

mam epoptarum institutionem quinto ante consummationem anno coeptam, consummatis, hoc est iis qui omnibus cerimoniis perfuncti et in conscientiam sacrorum asciti essent, silentii officium [d], quo in perpetuum adstricti tenerentur, impositum esse, quum ante hoc tempus ne habuissent quidem quod aliis proderent, quippe nullius rei conscii facti. Haec est Tertulliani sententia clara et evidens sed falsa. Namque illa ipsa per quinque annos continuata praeparatio tum ab omnium sacrorum consuetudine abhorrens tum a nullo veterum auctorum memoriae prodita, tum testimoniis notis et illustribus contraria est. Plutarchus V. Dem. XXVI. ei qui vellet *τὴν τελετὴν ἅπασαν ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄχρι τῶν ἐποπτικῶν παραλαβεῖν*, minimum decem et octo menses insumendos esse

[d] Idem signaculum vocat i. e. *σφραγῖδα* ut Gregor. Naz. Or. XL. 678. A. *ἔχεις τῶν μυστηρίων τὰ ἐκφορὰ, τὰ δὲ ἄλλα εἴσω μαθήσῃ ἃ καὶ κρύψει παρὰ σαυτῷ σφραγῖδι κρατούμενος.* Tertullianus ipse Apolog. VIII. 12. Herald. talia initiatus et consignatus. *Σφράγιζε τὸν λόγον σιγῇ* Solon Stob. Serm. III. p. 45. 23. ubi melius cod. *σφραγίζου*, ut Heliod. VI. 15. 296. *Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπικείσθω* Lucian. Epigr. XXXV. p. 28. T. III. et Aeschylus Fragm. CCCII. 218. *ἀλλ' ἔστι κἀμοὶ κλεὶς ἐπὶ γλώσσῃ φύλαξ*, quam clavem Sophocles ipsorum Eumolpidarum ori imponit Oed. C. 1050. *σεμνὰ τέλη ὧν καὶ χρυσέα κλὴς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακεν*, i. e. *σεμναὶ καὶ ἄῤῥητοι τελεταί.* Alii *κλεῖθρον* et *χαλινὸν* linguae vocant et *βοῦν ἐπὶ γλώσσῃ*, quod varie interpretantur veteres. v. Mingarell. ad Didym. II. 6. 157. Blomfield. ad Agam. 35. plerique de aere tacendi causa accepto. Sed de bovis signo atticis numis impresso fabula est. v. Eckhel. Doctr. T. II. 207. Fortasse boja significatur, quod nomen vulgo quidem de collari seu *λαιμοπέδη* dicitur, sed *γλωττοπέδη* quoque sive camo convenit, qualis damnatorum ori applicabatur; Chrysost. Hom. III. de Incompr. dei nat. p. 470. B. T. I. *σπαρτίον ἐπὶ τοῦ στόματος λαβὼν ἐξήγετο τὴν ἐπὶ θάνατον ὁδόν.* cf. Cresoll. Theatr. Rhet. V. c. 7. Vales. ad Ammian. XXIX. 1. 44. at camus quoque modo colli vinculum denotat modo oris frenum sive oram; unde *εὐκαμία* Dores dixerunt pro *ἡσυχία* Etym. M. Illius Sophocleae clavis simulacrum praebet fibula lunata Angeronae os ambiens, nisi errat Saxius de Anger. p. 61.

docet, sex mensibus inter mysteria τὰ πρὸς Ἄγραν et illa quae majora vocantur, interjectis. Schol. ad Aristoph. Rann. 745. simpliciter μύησιν et ἐποπτείαν anni interjectione distincta fuisse affirmat. De quinquennio nemo loquitur, neque id convenit cum eorum rationibus, quos post brevem commorationem Athenis initiatos esse scimus, velut Sulla Plut. c. XXVI. Antonius Id. c. XXIII. Philippus rex Liv. XXXI. 47. aliique multi. Cicero, qui de Eleusiniis ita loquitur, ut initiatum esse appareat, semel sex menses Athenis commoratus est (674.) et multis annis post (702.) quum pro consule in Ciliciam proficisceretur, decem dies in hac urbe fuit, paulo diutius in reditu apud Aristonem diversatus. Octavianus tempore illo, quod post Actiacam victoriam constituendis Graeciae rebus impendit, sacra Cereris suscepit (723.). cf. Jacobs ad Crinagor. Ep. XXX. 404. T. VIII. nec ante huc reversus est quam firmato jam imperio in Orientem tenderet, unde reducem Zarmarus Indus sequutus est secundae legationis a Pandione et Poro missae princeps, quem Athenienses quamvis alieno tempore sacris initiarunt. Dio LIV. 9. Similiterque Apollonius, quum peragrato Oriente sub ipsum auctumnum anni post Chr. n. quinquagesimi primi Athenas venisset non antea visas, statim ab hierophanta petiit ut sibi sacris interesse liceret sed rejectus est propter magiae suspicionem, circumacto autem anno quarto voti compos factus Philostr. IV. 18. Iisdem religionibus sese obstrinxerunt Adrianus quum Athenis hiemem

transigeret [e] et M. Aurelius compressa Cassii seditione. Dio LXXI. 31. Quibus omnibus quinquennium illud remissum, remissionem autem ipsam silentio praeteritam esse, quis sibi persuadeat? Erravit ergo Presbyter Carthaginensis de re fando audita, vel potius, quum Valentinianos comparatione Ethnicorum deprimere vellet, rhetorico quodam acumine id quod de mysteriorum cerimoniis per intervallum consummatis acceperat, in quinquennium vertit, propterea quod Gnostici quidam doctores Pythagorae exemplo tantum temporis in praeparandis et explorandis catechumenis consumebant, sicut Basilides discipulis suis πενταετῆ σιωπὴν praescripsit πυθαγορικῶς, ut Eusebius ait Hist. Eccl. IV. 7. 148.

Non alienum putavi locum difficilem paullo uberius enarrare, quo mysteriographi tanquam tibicine doctrinae esotericae praesumtionem suffulciunt, nec unquam reputant, quid momenti ad causam suam afferat. Num Tertullianus delectum quendam initiatorum fuisse dicit? num gradus pro dignitate competitorum distinctos? num alios probatos, alios rejectos, alios in limine retentos, alios in ipsum quasi sacrae doctrinae meditullium introductos memorat?

Veniamus ad alterum testem. Theo Smyrnaeus Mathem. I. p. 18. ed. Bull. καὶ γὰρ αὐτὴν φιλο-

[e] In primo itinere Graeco — an in secundo rursus initiatus fuerit, dubitat Schewius Chart. Pap. p. 80. cf. Dallaeus de libr. suppos. Dion. et Ignat. I. 13. p. 83. Dodwell. Dissert. de aet. peripl. Euxin. p. 116. Buttmann. Nachtrag zu Ideler histor. Untersuch. der astron. Beobacht. p. 395.

σοφίαν μύησιν φαίη τις ἂν ἀληθοῦς τελετῆς καὶ τῶν ὄντων ὡς ἀληθῶς μυστηρίων παράδοσιν. Μυήσεως δὲ μέρη πέντε. Τὸ μὲν προηγούμενον καθαρμός· οὐδὲ γὰρ ἅπασι τοῖς βουλομένοις μετουσία τῶν μυστηρίων ἐστὶν, ἀλλ' εἰσὶν οὓς αὐτῶν εἴργεσθαι προαγορεύεται, οἷον τοὺς χεῖρας μὴ καθαρὰς καὶ φωνὴν ἀξύνετον ἔχοντας, καὶ αὐτοὺς τοὺς μὴ εἰργομένους ἀνάγκη καθαρμοῦ τινος πρότερον τυχεῖν. Μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν δευτέρα ἐστὶν ἡ τῆς τελετῆς παράδοσις [f]. *Τρίτη δὲ ἡ ἐπονομαζομένη ἐποπτεία. Τετάρτη δὲ, ὃ δὴ καὶ τέλος τῆς ἐποπτείας, ἀνάδεσις καὶ στεμμάτων ἐπίθεσις, ὥςτε καὶ ἑτέροις ἅς τις παρέλαβε τελετὰς παραδοῦναι δύνασθαι, δᾳδουχίας τυχόντα ἢ ἱεροφαντίας ἤ τινος ἄλλης ἱερωσύνης. Ἡ δὲ πέμπτη ἡ ἐξ αὐτῶν περιγενομένη κατὰ τὸ θεοφιλὲς καὶ θεοῖς συνδιαιτον εὐδαιμονία.* Hoc igitur loco probare volunt, Hierophantas Eleusinios quibus vellent quem vellent gradum assignasse. Quaeritur quo jure. De Eleusiniis illa dici, quae modo retulimus, quum Theo ipse nullo verbo significet, sic demum credi posset, si illorum sacrorum quaedam propria nota apposita esset. Quod non est ita. Nam impios et sceleratos aditu excludi, rite adeuntes lustrari,

[f] Nomen hoc solemne est sed ex re ipsa natum. Diod. V. 49. *τὰ ἐν ἀποῤῥήτοις τελούμενα μόνοις παραδίδοται τοῖς μυηθεῖσιν.* Idem II. 54. *ἐν ἀποῤῥήτῳ κατὰ τελετὴν παραδιδόμενον.* Eumolpus *τελετὰς* scripsit *καὶ τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν τὴν ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ γενομένην* Suid. s. v. traditio sacrorum Apulej. Met. XI. 384. *οἱ τὰ τοῦ Μίθρα μυστήρια παραδιδόντες* Justin. Dial. c. Tryph. p. 299. C. *ὁ τὰ Λεοντικὰ παραλαμβάνων* Porph. l. c. *παραλαμβάνειν τὰ μυστήρια* Schol. Arist. Rann. 745. *τελετὴ λέγεται ἡ τῶν μυστηρίων μετάδοσις* Schol. in Dionys. Hierarch. Coel. p. 8. et iisdem verbis Niceph. in Synes. p. 366. C. Acceptio in Inscriptionibus Mithriacis v. Walch. ad Inscr. Grut. in Act. Soc. Jenens. T. IV. p. 115.

communis mos sacrorum erat. Quae autem quarto loco commemoratur coronae impositio et sacrorum cum aliis communicatio, ea vero certissimum argumentum praebet Theonem non de Eleusiniis sed de privatis loqui mysteriis, quorum antistites titulum et munia Hierophantarum et Daduchorum conferre poterant quibus commodum videretur, sicut hodie Superiores qui dicuntur in mysteriis neotericis ad dignitates clericales et saeculares promovent quos volunt. Ac si vel maxime de Eleusiniis scripsisset ista Theo, quaererem tamen eadem quae supra; unde intelligi potest, ex initiatorum turba duntaxat aliquos secretorum omnium conscios factos esse, reliquos in secundis tertiisque constitisse? Gradatim sacra percipi dicit et ex intervallo. Quid ad rem? Nemo non eo, quo intendit, per gradus pervenit. Hoc enimvero quaeritur, utrum vulgus initiatorum et quicunque diviniori doctrinae inhabiles reperti essent, rudimentis quibusdam leviter imbuti circa initia substiterint an (quod etiam atque etiam confirmo) omnino omnibus, qui quidem nihil gravius commisissent, sapientiae istius penetralia reserata et popularis religionis vanitates detectae fuerint. Id nisi probaverint mysteriorum admiratores, quod probari prorsus non potest, paucis expertae virtutis et prudentiae viris veram dei colendi scientiam traditam esse, totam istam doctrinae mysticae jactationem ad nihilum recidere necesse est.

Superest unus Olympiodori locus (Sainte-croix p. 393.) quem primus Casaubonus in noti-

tiam publicam protulit, post Forsterus et Fischerus in commentariis ad Phaedonem c. XIII. repetiverunt et novissime Sancrucius in Comment. de Zosimo (Mem. Acad. Paris. T. XLIX. 475.) pro inedito edidit. Testis ipse non admodum luculentus, ut qui diu post Eleusiniorum interitum vixerit, testimonium hujusmodi est: *ἐν τοῖς ἱεροῖς ἡγοῦντο μὲν αἱ πάνδημοι καθάρσεις, εἶτα ἐπὶ ταύταις αἱ ἀποῤῥητότεραι· μετὰ ταύτας συστάσεις καὶ ἐπὶ ταύταις μυήσεις, ἐν τέλει δ' ἐποπτεῖαι. Ἀναλογοῦσιν αἱ ἠθικαὶ καὶ πολιτικαὶ ἀρεταὶ τοῖς ἐμφανέσι καθαρμοῖς, αἱ δὲ καθαρτικαὶ, ὅσαι ἀποσκευάζουσι πάντα τὰ ἐκτὸς, τοῖς ἀποῤῥητοτέροις* etc. Adversus quae idem mihi dicendum, quod modo de Theone dixi, incertum esse de quonam genere mysteriorum sermocinetur Olympiodorus, neque initiatorum ab eo discrimen ullum tradi sed sacrorum partes describi, sicut fabularum scenicarum actus distincti sunt, spectatores iidem. Praeterea non praetereundum est, plerosque duas facere mysteriorum partes, *μύησιν* et *ἐποπτείαν*, nonnullos tres, *τελετὴν, μύησιν, ἐποπτείαν*. Herm. in Phaedr. p. 158. Olympiodorum et Theonem quinque numerare sed non easdem. Ille *κάθαρσιν, παράδοσιν, ἀνάδεσιν, ἐποπτείαν* et quintum quiddam quod cum Anagoge Platonicorum conjunctum est, hic *κάθαρσιν* duplicem, *σύστασιν, μύησιν, ἐποπτείαν*. Quae sententiarum diversitas ostentui est, hoc mysticum quinquertium excogitatum esse ad eam rem, ut philosophia ipsa cum mysteriis comparari posset, quo tota tendit Theonis disputatio.

Ejusmodi autem comparationes manifestum est non exiliter ad calculos vocandas sed ex scribentium consilio aestimandas esse. Num quis ex eo quod Aristophanes poetam gubernatori comparat et hunc dicit

> ἐρέτην χρῆναι πρῶτα γενέσθαι πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν,
> κᾆτ' ἐντεῦθεν πρῳρατεῦσαι καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι,
> κᾆτα κυβερνᾶν αὐτὸν ἑαυτῷ —

argumentum ducat Graecos tres constituisse poeticae consequendae gradus? Hujusmodi sunt igitur illa testimonia, quae pro Eleusiniorum variis gradibus et ordinibus afferuntur, ἑλικτὰ κοὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ πᾶν πέριξ.

At fortasse res ita comparata est, ut etiamsi nullo idoneo auctore confirmari possit, tamen per se habeat aliquam probabilitatem? Primum mirum videtur, in tanta Eleusiniorum celebritate rei tam singularis indicium extare nullum. Deinde omnem fidem excedit, Athenienses pannis sacerdotibus tantum potestatis fecisse, ut deorum immortalium augustissima munera in commune tradita arbitratu suo impertirent, quibus vellent, hos ad interiora sacra vocarent, plebem excluderent; quod nescio an nusquam, certe in illa suspicacissima et aequissima civitate nullo modo fieri poterat. Et quinam tandem illi erant hujus delectus arbitri? Callias aliquis aut Archias aut Eurymedon aut Theodorus, quorum nonnulla facta crudeliter et flagitiose novimus, sapientiam autem nemo unquam praedicavit. Postremo, quod quidam dicant magna et parva mysteria non aliam

ob causam nominata esse, quam quod haec res minoris momenti et quasi prima elementa continerent, illa autem in explicatione rerum graviorum versarentur, non meminisse videntur, etiam Quinquatrus minusculas dici, et Daedala, Olympia, Panathenaea quaedam minora alia autem majora, aut quia prius instituta essent aut quia a pluribus et cum majore apparatu celebrarentur.

§. 6.

Sublato esotericae et exotericae doctrinae discrimine omnis spes tuendae mysteriorum dignitatis abjicienda est. Qui enim fieri potuit, ut quotannis multa millia hominum illa audirent, quae Sancrucius et ceteri Hierophantas tradidisse putant, quin aut veritate eorum perspecta vulgaribus superstitionibus in perpetuum renunciarent atque non nomine sed re Christiani fierent, aut non perspecta sacerdotes execrarentur deorum patriorum cultum et honorem, religionesque a majoribus traditas abolere ausos? Praeterea non in Attica solum sed etiam Spartae Pausan. III. 20. Megalopoli VIII. 31. apud Pheneatas VIII. 14. et Phliasios II. 14. Eleusinia celebrabantur, eodem quo illa ritu, neque fuit facile urbs paullo amplior, quae non vel Cereris ac Liberae vel aliorum deorum mysteria haberet. v. Dupuis. P. I. T. IV. p. 35. sq. Meiners in Comm. Goetting. T. XVI. 236. Saintecroix T. II. p. 20—50. Est igitur fatendum, aut haec omnia docendis hominibus et ad veritatem

traducendis instituta esse, aut ne Eleusinia quidem. Illud adeo fidei absonum, ut, quamvis multa a mysteriosophis nostris dicta sint, quae homines festiviores ridere nunquam desinent, tamen nemo adhuc affirmare sustinuerit, in singulis fere Graeciae urbibus quotquot annis veram dei colendi rationem a sacerdotibus traditam esse. Sed quia casus tulit, ut Eleusinia et Samothracia magnam prae ceteris famam consequuta sint, haec velut seminaria quaedam divinae sapientiae in ore ferunt fanatici antiquitatis cultores. Sine ulla quidem idonea ratione. Nam neque discrimen ullum mysteriorum a veteribus traditur, neque credi potest, inter ea sacra, quae eodem nomine appellata et iisdem numinibus inscripta fuere, tantum interfuisse, ut alia consuetas receptasque de deorum natura opiniones confirmarent, alia tollerent.

Sed ne quis hanc ipsam Eleusiniorum celebritatem singularis cujusdam institutionis et a ceteris diversae argumentum esse ducat, demonstrabo quam multae hujus rei, quamque probabiles causae partim fingi, partim excogitari possint. Prima causa fuit civitatis ipsius, cujus hoc sacrum erat, splendor et amplitudo domi bellique parta, quae omnibus hujus gentis factis inventisque gratiam et auctoritatem circumdabat. Secunda domesticorum scriptorum multitudo et claritas, res patrias praeconio suo nobilitantium. v. Sallust. Cat. VIII. 2. Tertia loci, ubi dea beneficentissima olim a longis erroribus requiesse credebatur, re-

ligio, et munerum, quae ab ea in universum genus humanum profecta sunt, magnitudo. Quarta spectaculorum, quae in templo Eleusinio edebantur, magnificentia, quam amplissimis verbis describit Aristides in Eleus. p. 256. T. I. *κοινόν τι γῆς τέμενος ἡ Ἐλευσὶς καὶ πάντων ὅσα θεῖα ἀνθρώποις, ταὐτὸ φρικωδέστατον καὶ φαιδρότατον· τίνι δ᾽ ἄλλῳ χωρίων ἢ μύθων φῆμαι θαυμαστότεραι ἐφυμνήθησαν ἢ τὰ δρώμενα μείζω τὴν ἔκπληξιν ἔσχεν ἢ μᾶλλον εἰς ἐφάμιλλον κατέστη ταῖς ἀκοαῖς τὰ ὁρώμενα, ὅσα μὲν δὴ θέας ἐχόμενα εἶδον γενεαὶ παμπλήθεις εὐδαιμόνων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐν τοῖς ἀῤῥήτοις φάσμασι.* Possum plures enumerare causas, sed nemo requiret. Jam quantum ponderis singulae apud veteres habuerint, ipsis eorum verbis explanabo. Plinius Maximo suo scribens VIII. 24. his eum verbis admonet: In Achaeam proficiscêre illam veram et meram Graeciam, in qua primum humanitas, literae, etiam fruges inventae esse creduntur — Reverere deos conditores — sit apud te honor antiquitati, sit ingentibus factis, sit fabulis quoque! Hinc pro se quisque conjecturam capiat, quo sensu Graeci, quibus vegetum semper ingenium animusque ad omnia mobilis, templi augustissimi sacrarium ingressi fuerint. Simulque etiam illud consideret, quod Pythagoras dixit[a], tum maxime pietatem et religionem ver-

[a] Plutarchus de Superst. c. VIII. 74. *βέλτιστοι ἑαυτῶν γίνονται ἄνθρωποι, ὅταν πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζωσι.* Plura contulit Wyttenbach. Animadv. p. 1026.

sari in animis, quum rebus divinis operam daremus, et quod Apulejus Met. VIII. p. 172. deûm praesentia homines sui meliores fieri solere. Quod si ita more veterum comparatum fuit, et si nos quoque locis sacris et religiosis mirifice erigimur et altiores nobis fieri videmur, deoque propiores[b], quanto magis illos pompae sacrificalis splendore, adorantium frequentia, majestate loci, numinum praesentia commotos et excitatos esse oportet? Hinc omnis mysteriorum religio fluxit [bb], hinc illae admirantium voces et communis opinio, haec sacra qui caste adirent, rerum coelestium intelligentiores, dis cariores, omnisque virtutis capaciores fieri; id quod de Samothraciis praedicat Diodorus V. 48. *γίνεσθαί φασι καὶ εὐσεβεστέρους καὶ δικαιοτέρους καὶ κατὰ πᾶν βελτίονας ἑαυτῶν τοὺς τῶν μυστηρίων κοινωνήσαντας.* Cujusmodi testimonia in transitu arrepta lectores supini ex suo sensu et ex ecclesiae Christianae institutis interpretantur, longas nobis narrantes Hierophantarum orationes et philosophemata, ex omni genere disciplinarum delibata. Quibus quam facile careant homines vividiores, docere nos potest illa magnifica Mortimeri oratio

[b] Hoc de ipsa Scripturae S. lectione affirmat Chrysostomus de Lazaro III. 2. 739. B. *εἰ δὲ ἀνάγνωσις προςγένοιτο (εὐαγγελίου) καθάπερ ἐν ἱεροῖς ἀδύτοις ἡ ψυχὴ τελουμένη οὕτως ἐκκαθαίρεται καὶ βελτίων γίνεται, τοῦ θεοῦ ὁμιλοῦντος αὐτῇ διὰ τῶν γραμμάτων.*

[bb] *Τὸ πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβεῖς εἶναι καὶ μεμυῆσθαι πάντα τὰ μυστήρια καὶ τετελέσθαι τὰς ἁγιωτάτας τελετὰς, τοῖς εἴσω τοῦ περιπάτου προηγορεύετο* Julian. Or. VII. 237. D. Sacrorum pleraque initia in Graecia participavi — multijuga sacra et plurimos ritus, varias cerimonias studio veritatis et officio erga deos didici Apulej. Apol. p. 494.

Hierophantiam non Eleusiniam sed Eleusinide simillimam, et qui tum fuerit animi affectus, enarrantis:

Es war die Zeit des grossen Kirchenfest's,
Von Pilgerschaaren wimmelten die Wege,
Bekränzt war jedes Gottesbild; mich selbst
Ergriff der Strom der glaubensvollen Menge —
— — — — — — —
Wie wurde mir, als ich in's Innre nun
Der Kirchen trat, und die Musik der Himmel
Herunterstieg, und der Gestalten Fülle
Verschwenderisch aus Wand und Decke quoll,
Das Herrlichste, das Höchste gegenwärtig
Vor den entzückten Sinnen sich bewegte!
Als ich sie selbst nun sah, die Göttlichen,
Den Gruss des Engels, die Geburth des Herrn,
Die heilge Mutter, die herabgestiegne
Dreifaltigkeit, die leuchtende Verklärung —
Als ich den Pabst drauf sah in seiner Pracht
Das Hochamt halten und die Völker segnen —

Pro romano pontifice si quis Hierophantam substituerit illa canora et venerabili praecentione [c] deas invocantem et tanquam praesentibus supplicantem, si idem caetera istius sacrae noctis illustramenta animo proposuerit, choreas, odores, symphoniarum cantus ex longinquo leniter resonantes, adyti crebris luminibus collucentis prospectum pulcherrimum, haec omnia si quis cogitatione comprehenderit, haud negabit, opinor, in ipso harum rerum spectaculo satis fuisse momenti

[c] Epigr. *Αδεσπ.* DCCL,
Μνῆμα τόδ' ὑψιφανὲς Δηοῦς ταμίαο δέδορκας,
ὃς τελετὰς ἀνέφηνε καὶ ὄργια πάννυχα μύσταις
Εὐμόλπου προχέων ἱμερόεσσαν ὄπα.

ad homines percellendos et rursum recreandos, etiamsi Hierophanta nullum verbum de iis rebus dixerit, quas vulgo sermonibus sacris explicatas fuisse putant.

§. 7.

Posteaquam, quid in Eleusiniis mysteriis praesentium oculis animisque subjectum fuisse putemus, breviter et summatim ostendimus, sequitur ut sententiam nostram ipsis confirmemus veterum testimoniis.

Commodum videtur a clarissimo sacrarum antiquitatum monimento et ab ea ordiri causa, qua nulla ad tuendam mysteriorum dignitatem accommodatior, nulla rei publicae damnosior fuit. Illam dico, quae per nomen vindicandarum religionum adversus Alcibiadem ejusque sodales instituta est. Summam actionis verbis ipsis, quibus scripta est, asservavit Plutarchus V. Alcib. c. XXII. *Θεσσαλὸς Κίμωνος — Ἀλκιβιάδην εἰςήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὼ θεὼ* [a], *ἀπομιμούμενον τὰ μυστήρια καὶ δεικνύοντα τοῖς αὑτοῦ ἑταίροις, ἔχοντα στολὴν οἵανπερ ἱεροφάντης ἔχων δεικνύει τὰ ἱερά, καὶ ὀνομάζοντα αὑτὸν μὲν ἱεροφάντην, Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον.* Qui a Plutarcho plurimum dissidet in hac causa, Lysias, ejusdem facti Andocidem arguit *ὅτι ἐνδὺς στολὴν* [aa] *μι-*

[a] Addita a glossatore formulae legitimae interpretatio: *τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην.*

[aa] *Καλλίας ὁ Ἱππονίκου* (daduchus) *τὴν σκευὴν ἔχων* Andocid.

μούμενος τὰ ἱερὰ ἐπεδείκνυε τοῖς ἀμυήτοις καὶ εἶπε τῇ φωνῇ τὰ ἀπόῤῥητα p. 107. unde manifesto intelligitur illam δεῖξιν τῶν ἱερῶν Hierophantae munus maxime proprium omniumque quae ei agenda essent, partem fuisse principalem. Sed quid ille fecerit, quum sacra ostenderet, res est longae deliberationis. Illud δεῖξαι τὰ ἱερά primum dicitur de primis sacri cujusque conditoribus, qui ordinem et modum omnium, quae ad religionem pertinent, constituunt, ritusque praemonstrant. Eustathius p. 1528. 4. Ἀῤῥιανὸς ἱστορεῖ ὅτι Ἰασίων ἀδελφὸς Ἀετίωνος [b] καὶ Δαρδάνου ἐκ Δήμητρος καὶ Κόρης κάτοχος γενόμενος εἴς τε Σικελίαν ἦλθε καὶ ἐπὶ [c] πολλὴν ἄλλην γῆν ἐπλανήθη τὰ ἐκείνης ὄργια δεικνύων. Diodor. V. 49. Ζεὺς Ἰασίωνι παρέδειξε τὴν τῶν μυστηρίων τελετὴν τότε πως παραδοθεῖσαν [d]. Aphareo ejusque filiis Lycus τὰ ὄργια τῶν μεγάλων θεῶν παρέδειξε Pausan. IV. 2. Postremo Ceres ipsa Triptolemo et Eumolpo sacra sua δεῖξαι dicitur. v. Epimetr. I. Latini hac in re verbis ostendere et docere utantur. Hyginus Fab. CCXXV. Eleuther simulacrum Liberi Patris constituit et quemadmodum coli de-

Myst. 15, 9. i. e. τὴν ἱερὰν στολήν. v. Palmer. ad h. l. quam Lysias στολὴν dicit.

[b] Hic clare distinguuntur Iasion et Eetion, ille ab ἰᾶσθαι dictus alternante quantitate, de quo v. ad Phryn. 642., alter ab ἀετός. v. Etym. M. 420. Buttmanno (Comment. Acad. Berol. anni 1818. p. 229.) Iasion et Eetion idem nomen videtur.

[c] Praepositionem omittit Eudocia p. 234. Sic πλανηθεὶς τὸν κόσμον Philo de VII. Miracc. init. πολλὴν γῆν ἀληθείς Heliodor. X. 34. 438.

[d] Παραλυθεῖσαν requiritur aut παροφθεῖσαν aut παραλειφθεῖσαν.

beret ostendit. Servius ad Aen. I. 430. Apud Isthmum anus quaedam nomine Melissa[e] fuit; hanc Ceres sacrorum suorum quum secreta docuisset, interminata est, ne cui ea aperiret. Sicut Dionysius L. I. c. 40. Herculem dicit Pinarium et Potitium διδάξαι τὰς θυσίας ἵνα κεχαρισμένως αὐτῷ θύοιεν, ita Aurelius Victor Origg. c. VIII. et Festus p. 361. Recaranum docuisse[f] eos sacra certo ritu administranda, Servius autem Aen. VIII. 269. eundem ostendisse ait, qualiter se coli vellet, scilicet ut mane et vespere ei sacrificarent[g], scriptor Epigrammatis XXXIX. in L. I. Anth. Lat. tradidisse sacrum. Num igitur statuendum est, Hierophantam tum quum aliis praeiret et ostenderet rationem sacri perpetrandi, δεῖξαι τὰ ἱερά dictum esse? A munere quidem sacerdotali id nequaquam alienum, neque aliter Cicero verbo monstrare usus est p. Corn. Balb. c. XXIV. sacra Cereris assumta de Graecia et curata per Graecos sacerdotes; sed quum illam quae sacrum illud monstraret et faceret, ex Graecia deligerent etc.

[e] Notae sunt Melissae Cereris sacerdotes.

[f] Διδάσκειν τὰ ἱερά Theocr. XXVI. 9. Lucian. D. Syr. XV. 97, T. IX. διδαχθῆναι τὴν ἱερουργίαν Paus. IX. 40. sacra docere Ovid. Fast. V. 99. idemque vulgatum Tibull. III. 5. 8. et probatum Huschkio. Verum dubito an verbum illud, quod semper solemnem et legitimam sacrorum traditionem denotat, ad profanandi significationem transferri possit.

[g] Fortasse propter hanc operosam observationem cura sacri servis delegata dicitur, quos interdum aris et sacellis praepositos fuisse legimus. v. P. Fabri Semestr. L. II. p. 526. Oudendorp. ad Apul. Met. p. 528. Gori de Libert. Columb. CCXCV. neque ignoti sunt servi sacrorum causa manumissi.

Sed parum convenit Atheniensibus, qui quum ipsi *τὰ ἱερὰ δεικνύναι* dicuntur [h], non licet aliud quid intelligere quam aditum ad sacra dare, visendi copiam facere. Sacrorum autem nomine tam Graeci [i] quam Romani [k] praecipue signa et imagines deorum, omnemque sacram supellectilem dignari solent. Quae res animum illuc potius inclinat, ut putem Hierophantas ejusmodi *ἱερά* in conspectum hominum protulisse, sive deorum simulacra sive vasa sacra et instrumenta aliave priscae religionis monimenta, qualia in sacrario Eleusinio asservata fuisse, etsi nullo testimonio affirmare possumus, tamen probabilitatis speciem habet testimonii similem. Namque non solum in templis fere omnibus cimelia venerandae antiquitatis condita erant [l], sed in mysteriis ipsis talium rerum

[h] *Ἡρακλεῖ καὶ Διοσκούροις πρώτοις ξένων ἡ πόλις δείκνυσι τὰ ἱερὰ* Aristid. T. I. 251. *Λέγεται Τριπτόλεμος τὰ Δήμητρος καὶ Κόρης ἄῤῥητα ἱερὰ δεῖξαι Ἡρακλεῖ τε καὶ Διοσκούροις* Xenoph. Hell. VI. 3. 6. *τὰ (Ἐλευσίνια) ἱερὰ καὶ νῦν δείκνυμεν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν* Isocr. Paneg. c. VI. Hinc dicitur *Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱερὴ ὄψ* Antimach. Schellenberg. p. 94. *σεμνῶν ὄψις καὶ τέλη μυστηρίων* Eur. Hipp. 25.

[i] Philostr. V. Ap. V. 27. 210. *τῷ αὐτοκράτορι τὰ ἱερὰ πρὸ πυλοῖν ἀπήντα.* Clarius Justinus V. 4. Athenienses Alcibiadi deos gratulantes tulere obviam. Alexandrinos Antonino Caracallae *μεθ' ἱερῶν τινων ἀποῤῥήτων* ante urbem obviam ivisse narrat Dio Cass. LXXVII. 22. 1306. Omnes proceres ac sacerdotes una cum diis et religionibus suis obviam processere Julius Valer. Res gest. Alex. L. III. c. 91. et similiter L. I. c. 36. Senatus Romanus pacem oraturus mittit pontifices *ἔχοντας ἅμα αὐτοῖς τῶν θεῶν τὰ σύμβολα.* Dion. Hal. VII. 38. 1598. Sacerdotes cum insignibus suis ac dii prope ipsi exciti sedibus suis intrantem exceperunt Liv. XXXI. 14. Adventu (Constantini) exornavimus vias paupere quidem supellectile sed omnia signa collegiorum, omnium deorum nostrorum simulacra protulimus Eumenius Grat. Act. Const. c. VIII.

[k] v. Brouckhus. ad Tibull. II. 5. 40.

[l] Quod Pontificii in quibusdam locis pennas aliquot Gabrielis angeli et ossiculum unius Cherubinorum atque etiam stellae illius, quae Magis praefulsit, radios forte elapsos ostentant (v. Fabric. ad Cod.

mentio occurrit, quas initiati summa cum veneratione adspicerent, non initiatis ne adspicere quidem liceret. De statuis luculentum habemus Themistii testimonium, qui Or. XX. 235. B. patrem suum difficillimos quosque Aristotelicae doctrinae locos illustrantem sacerdoti comparat signorum mysticorum involucra tollenti: οὐ γνωματεύων τοὺς ἐπαξίους περιῄρει τε αὐτοῖς τὸν ζόφον καὶ ἐγύμνου τὰ ἀγάλματα, ὥςτε ὁ μὲν ἄρτι προσιὼν τοῖς ἀδύτοις φρίκης τε ἐνεπίμπλατο καὶ ἰλίγγου — ὁπότε δὲ ὁ προφήτης ἐκεῖνος ἀναπετάσας τὰ προπύλαια τοῦ νεὼ καὶ τοὺς χιτῶνας περιστείλας τοῦ ἀγάλματος ἐπεδείκνυ τῷ μυουμένῳ μαρμαρύσσον τε ἤδη καὶ αὐγῇ καταλαμπόμενον θεσπεσίᾳ — ἅπαντα δὲ ἀνεῴγνυτο τῶν σοφῶν τὰ ἀνάκτορα καὶ συνεσκήνουν ἂν τὰ ἱερὰ καὶ ὅσα Πυθαγόρας ἐκόμισεν ἐξ Αἰγύπτου

Pseudepigr. V. T. p. 93. T. II. cf. Christophori carmen ap. Boisson. ad Eunap. p. 277. sq.) est sane admiratione dignissimum sed haud minoris aestimo veterum templorum miracula: ovum Ledae (nisi forte struthocameli fuit) Pausan. III. 16. dentes suis Erymanthii VIII. 24. 2. cujus exuviae a Tegeatis ostentabantur Lucian. adv. Ind. 13. p. 16. T. VIII. item Calydoniae suis dentes Beneventi asservati Procop. Bell. Goth. I. 15. 349. C. Memnonis gladius Paus. III. 3. 6. Epei ferramenta Iustin. XX. 1. Olla aenea in qua Pelias coctus una cum Teucri sagittis et Ulixis chlamyde in aede Apollinis Sicyone Ampel. Mem. VIII. 68. cf. Beckmann. Gesch. d. Erfind. T. II. p. 364. S c r o f a e A e n e a e (illius quae triginta porcellos enixa augurium dedit Albae condendae) a sacerdotibus quod in salsura foret, demonstratur Varro R. R. II. 4. 18. quod illustrat Tatianus c. Graec. c. XXXIV. mulierem foecundissimam comparans τῇ κατὰ Ῥωμαίους συΐ, ἥτις καὶ αὐτὴ μυστικωτέρας, ὥς φασιν, ἠξίωται τιμῆς. Incudes, quas Jupiter Junonis pedibus appenderat, a periegetis in Troade monstrari refert Eustathius p. 15. 30. ubi etiam Paridis citharam videre unicuique licuit Plutarch. Alex. c. 15. Neque illos puduit rem eandem pluribus asserere locis; Isidis crinem Coptitis. v. Etym. s. Κόπτος 522. 12. sed eosdem etiam Memphitis. v. Lucian. l. c. Proinde minus mirum si Eucti Romani Sisyphi pollubro (Horat. II. Sat. 3. 21.) et Laomedontis aut Didus poculis (Martial. VIII. 6.) gavisi sunt, sed illi miserandi, qui harum fabularum auctoribus et subscriptoribus plus auctoritatis tribuunt, quam certissimis argumentis quae ex historia geographiae, astronomiae ceterarumque artium ducuntur.

εἰς Ἑλλάδα· καὶ ὅσα ὕστερον Ζήνων. quo loco in antecessum enotari velim verba *ἀνάκτορα* et *ἐποπτεύειν* conjuncte posita; nam ad haec ipsa infra recurrendum erit. Cetera mysteriorum genera obscurius cognita sunt, sed patet plura fuisse. Aelianus in Fragm. p. 354. coll. 324. narrat quemadmodum hominem improbae curiositatis Proserpinae sacra rimantem deluserint astutulae antistites: *Ἀνὴρ λίχνον ὄμμα πιαίνων κακῇ ἑστιάσει τὰ τῆς Φεῤῥεφάττης ὄργια ἐδίψησε θεάσασθαι ἀτέλεστος ὤν. Τὰ μὲν πρῶτα αἱ ἱέρειαι ἐπειρῶντο αὐτὸν πραΰνειν, βιαίως δὲ ἐγκειμένου τῶν μὲν ἀποῤῥήτων καὶ ἃ μὴ ἰδεῖν λῷον ἦν, τούτων οὐκ ἐκοινώνουν οἱ, τῶν δὲ πρώτων καὶ ἐξ ὧν οὔτε τοῖς θεασαμένοις οὔτε τοῖς δείξασιν ἔμελλέ τι ἀπαντήσεσθαι δεινὸν, παρεῖχόν οἱ βλέπειν ταῦτα.* Cui persimile factum Elagabali narrat Lampridius c. VI. Et penetrale sacrum est auferre conatus, quumque seriam quasi veram rapuisset quam ei virgo maxima falsam monstraverat, atque in ea nihil reperisset, applosam fregit nec tamen quidquam religioni demsit, quia plures similes factae dicuntur esse, ne quis veram unquam possit auferre[m]. Unde perspicitur in veterum ci-

[m] Recurrit hic fabula vetus de Palladiis et Ancilibus. Religiosa quaedam Vestalium in doliolis defossa saepius memorant rerum romanarum scriptores, Plutarchus Camill. c. XX. Varro, Florus. v. Drackenborch. ad Liv. VI. c. 40. Marini Arval. Monum. Tom. II. 541. Hesychius: *Καδίσκοι, σιπύα, εἰς ἃ τὰ ἱερὰ ἐτίθεσαν.* Idem *Πιθάκναι σιπύαι.* Casaubonus ad Athen. XI. 478. ubi *καδίσκον* i. e. *ἀγγεῖον ἐν ᾧ τοὺς Κτησίους Δίας ἐγκαθιδρύουσι*, de aediculis parieti inclusis interpretatur, locum Sap. XIII. 15. *οἴκημα ἐν τοίχῳ* etc. respexisse videtur. Sed illo loco doliola significari videntur.

meliarchiis sacris copiam talium rerum fuisse, quarum aliae primum adeuntibus, aliae initiatis et jam ad summa producendis ostenderentur, sive id iisdem solemnibus sive post intervallum factum est. Illae dicebantur *τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν*, quo nomine utitur una feminarum in Aristoph. Thesm. 629. alteram simulatae conscientiae suspectam percontans his verbis: *τί πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐπεδείκνυτο;* Hinc transferri solet tam ad alias res gradatim percipiendas quam ad artes et literas, quarum rudimenta illis sacrorum primordiis assimilari solent [n], perfectio autem Epoptiae. Puerilis doctrinae elementa *τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν* vocat Libanius Or. in Julian. T. I. p. 375. similiterque Aristides divinis Aesculapii monitis edoctus se *τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν ὑπὸ τῷ τελεωτάτῳ δᾳδούχῳ καὶ μυσταγωγῷ τελεσθῆναι* dicit de Concord. T. I. p. 520. Aristophanes autem Vesp. 831. ipsis tribunalium septis hoc nomen confert; de quo genere translationum alius nobis est constitutus ad dicendum locus. Nunc de rebus ipsis, unde hae similitudines ductae sunt. Macrobius Sat. I. 6. 229. Verrius Flaccus ait, quum populus Romanus pestilentia laboraret, essetque responsum, id accidere, quod dii despicerentur, anxiam urbem fuisse, quia non intelligeretur oraculum evenisseque, ut Circensium die puer de coenaculo su-

[n] Galen. de Vict. Acut. XI. p. 196. T. XI. *ψυχαὶ μὴ προτετελεσμέναι τοῖς ἐν τῇ ἐγκυκλοπαιδείᾳ ὅροις.* Synes. Dion. p. 43. D. *οὐ προετελέσθη τῷ κύκλῳ.* Epicurus *τῆς ἐγκυκλίου παιδείας ἀμύητος* dicitur Athen. XIII. 588. quem *ἀκύκλιον* vocare possis ex Hesychio.

perne despiceret et patri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti composita vidisset, quorsum spectat illa Callimachi admonitio in H. in Cer. v. 4.

Τὸν κάλαθον κατιόντα χαμαὶ θασεῖσθε βέβαλοι
μηδ' ἀπὸ τῶ τέγεος [o],

quo caveri voluit, ne quis profanorum sicut puer ille fecerat, ex alto prospectans illa secreta sacrorum in calatho recondita curiosis oculis contrectaret. Eandem calathorum cistarumque religionem testatur Aristid. Or. Plat. III. 320. *πότερον ταῦτα ὀρθῶς καὶ ἀναγκαίως ἔχει ἐνεγκεῖν ἐς μέσον ἢ καὶ τοῦτο ἀδικοῦμεν καὶ περιεργαζόμεθα, εἰ μὴ προσκυνοῦμεθα ὥσπερ οἱ κίστιν ἀπόῤῥητα κρύπτουσαν; ἐγὼ δ' οὐ τοῦτο ᾤμην εἶναι τὸ τὰ ἀπόῤῥητα ἐκφέρειν* [p]. Haec autem mysticarum cistarum fercula, quum mysteria celebrarentur, in lucem prolata et initiatorum in conspectu locata esse docet Plutarchi narratio in V. Caes. X. 369. T. IV. ubi Clodium narrat sub Psaltriae habitu ad sacra Bonae Deae subrepsisse; quo animadverso Aurelia damia-

[o] Blomfieldio, qui praeceptum de pompa e terra spectanda non tantum ad profanos sed ad universam turbam pertinere putat, ipsa Callimachi verba adversantur. Initiatos nihil opus erat super hoc admonere, adspectu harum rerum jam dudum imbutos exsatiatosque et mox iterum perfructuros. Nec tolerari potest Spanhemii interpretatio, Cereris nomine Terram matrem significari, quam desuper adspici nefas esse, quia omnia in se sustineat etc.

[p] *Ἐκφέρειν τὰ μυστήρια* Themist. Or. IV. 55. B. *τὰ ἀπόῤῥητα* Eunap. V. Proaer. p. 152. *τὰ ἱερὰ εἰς βεβήλους* Liban. Progymn. p. 234. T. IV. Plotinus Enn. VI. Lib. IX. 11. 770. A. *τοῦτο δὴ ἐθέλει δηλοῦν τὸ τῶν μυστηρίων ἐπίταγμα τὸ μὴ ἐκφέρειν εἰς μὴ μεμυημένους.* Eustathius p. 1788. 10. inter ceteras verbi *φέρειν* propagines affert *τὸ ἐκφέρειν μυστήριον ὅπερ ἐχρῆν ἀνέκφορον.* cujus formulae usum ab Ecclesiasticis quoque scriptoribus perceptum exemplis hinc sumtis illustrarunt Casaubonus in Exercc. Antib. et Suicerus. v. Epimetr. II.

trix τὰ ὄργια τῆς θεοῦ κατέπαυσε καὶ συνεκάλυψε, cujus contrarium sed translate dixit Dionysius Hal. Ep. de Praecc. Hist. c. VI. 785. T. VI. τὰ μυστήρια (τῆς κακίας) ἐκκαλύπτειν. Propert. IV. 9. 26. sacra retegere. Nec difficile ad suspicandum, quod genus rerum fuerint illa orgia. Namque Theocritus XXVI. 7. Maenadum sacrificium enarrans et ut Agave conspecto Pentheo prosiluerit

Σὺν δ' ἐτάραξε ποσὶν μανιώδεος ὄργια Βάκχου
ἐξαπίνας ἐπιοῖσα· τὰ δ' οὐχ ὁρόωσι βέβαλοι

hoc nomine illa ἱερὰ significat πεπονημένα, quae sacrificaturae paullo ante de cista in aram transtulerant, Agaue autem exsultabunda projicit et disturbat; liborum genera varia, quae Clemens in cistis mysticis recondi tradit una cum malis punicis, ferulisque et papaveribus. Haec igitur et talia scruta quum passim ἀπόῤῥητα, ἱερά, μυστήρια[q] et secreta sacrorum dicantur, quumque eadem velis involucrisque ne qua profanis paterent, circumdata[r], coram sacratis vero retecta fuisse constet, vix potest dubium haberi, quin in Eleu-

[q] In Statii Achill. II. 138. sunt virgines Bacchea ferentes orgia. Pollux X. ult. ἐλένη πλεκτὸν ἀγγεῖον, ἐν ᾧ φέρουσιν ἱερὰ ἄῤῥητα τοῖς Ἐλενηφορίοις. Suidas: Ἀῤῥηφόροι αἱ τὰ ἄῤῥητα φέρουσαι μυστήρια. Gentilium asinorum sine dubio coryphaeus est ille ὄνος ἄγων μυστήρια, cujus dignitati egregie consuluerunt illi qui participium ἄγων non pro φέρων sed pro ὀπιών (ad visenda mysteria scilicet) acceperunt, Orion in Anecd. Bekk. T. I. 332. et Eustath. p. 640. Sed longe magis huic mystico asello patrocinatur Sancrucius T. I. p. 283. Typhonis id symbolum fuisse contendens. Equidem, qui nunquam in bicipiti somniavi Parnasso, Athenienses putabam non aliam ob causam sacras sarcinulas asino clitellario imposuisse, quam quia nollent bajulare ipsi.

[r] Simplicius in Categ. A. 4. a. τῶν παλαιῶν νομιζόντων μὴ δεῖν καὶ τοῖς σκυτοτόμοις τὴν ἑαυτῶν σοφίαν προτιθέναι, οἱ μὲν μύθοις, οἱ δὲ συμβόλοις αὐτὴν ἀπέκρυψαν, ὡς ἐν τοῖς παραπετάσμασι

siniis quoque mysteriis vel dearum simulacra religione antiqua praedita vel donaria antiquitus consecrata vel quaedam divina utensilia ad venerandum proposita fuerint. Equidem certe nullam rationem video, cur, quae de omnibus mysteriis generatim praedicantur, ab illis auferamus. Sed de statuarum interpositione res prope certa est. Etenim Plato in Phaedr. p. 250. quum docere vellet, quantum oblectationis habeat inquisitio et investigatio veri (ἡ τῶν ὄντως ὄντων θέα), exemplum sumit a mysteriis, contenditque animos e rerum superarum immutabiliumque cognitione plus voluptatis capere, quam divinae species initiatis afferant: εἶδον (animi a corporibus secreti et liberi) καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν, ἣν θέμις λέγειν, μακαριωτάτην, ἣν ὠργιάζομεν ὁλόκληροι μὲν αὐτοὶ ὄντες καὶ ἀπαθεῖς κακῶν, ὁλόκληρα δὲ καὶ ἀτρεμῆ καὶ εὐδαίμονα φάσματα μυούμενοί τε καὶ ἐποπτεύοντες· quae ab Eleusiniis translata esse recte judicat Hermias. Easdem species Himerius Ecl. X. 186. XXII. 304. ἀγάλματα et θεῖα φάσματα vocat, Theosophi autem Platoniani in teletis theurgicis repraesentari asseverant. Proculus in Polit. p. 372. τὰ μυστήρια καὶ αἱ τελεταὶ τὸ δραστήριον ἐν τούτοις (τοῖς συμβόλοις) ἔχουσι καὶ ὁλόκληρα καὶ ἀτρεμῆ καὶ ἁπλᾶ θεάματα διὰ τούτων προξενοῦσι τοῖς μύσταις καθορᾷν, quae ru-

τὰ ἀποῤῥητότερα τῶν ἱερῶν. Praetensa statuis vela memorat Porphyrius A. N. c. 26. ἱσταμένης μεσημβρίας ἐν τοῖς ναοῖς τῶν θεῶν τα περιπετάσματα ἕλκουσι. Pausanias V. 12. vela Jovis Olympii et Dianae Ephesiae praetensa memorat; Aegyptiorum ἄδυτα πέπλοις ἐπισκιάζονται χρυσοπάστοις Clemens Paedag. III. 252.

minator ille decies reponit in Theol. IV. 9. 193. c. 26. 225. I. 19. 53. etc. Jamblichus autem in Myst. II. 10. 53. ubi has Schroepferianas artes attingit, ἀγάλματα nominat: ἡνίκ' ἂν ἁμάρτημά τι συμβαίνῃ περὶ τὴν θεουργικὴν τέχνην καὶ μὴ, οἷα δεῖ, τὰ αὐτοπτικὰ ἀγάλματα ἀπαντήσῃ (puta, si pro Gabriele Atramelechus occurrat [*]). His inter se collatis efficitur in Eleusiniis ἀγάλματα quaedam initiatis ob oculos constituta fuisse, quae eadem dicuntur, τὰ θεῖα, τὰ ἱερὰ φάσματα. Nec ambiguum est, quorumnam deorum simulacra fuerint. Nam Aristides divinas species, quas Herodotus Atheniensium signa sequutas narrat, tribus locis a Valckenario indicatis τὰ ἱερὰ φάσματα, τὰ ἀπ' Ἐλευσῖνος φάσματα vocat, Plutarchus V. Phocion. XXVIII. 30. τὰς μυστικὰς ὄψεις, Maximus autem Tyrius XXXVI. 6. 212. recta deas (συνεπήχουν Θεμιστοκλεῖ αἱ θεαὶ τῷ χορῷ Ἐλευσίνοθεν) et Libanius in Demosth. T. IV. p. 279. Cererem Liberamque et Iacchum, quem solum agnoscit Aristides (μόνος τῶν ἱερῶν φασμάτων ἐξεφοίτησεν). Horum igitur deorum simulacra et symbola credibile est initiatis ad intuendum proposita esse; quod quum fieret, quumque repente [**] reductis velis prospectus

[*] „Magi suis accitionibus memorant antitheos saepius obrepere pro accitis, esse autem hos quosdam materiis ex crassioribus spiritus, qui deos se fingant nesciosque mendaciis ludant." Arnob. IV. c. 12. Δαίμονας πονηροὺς ἀντὶ τῶν θεῶν εἰςκρίνοντα, οὓς δὴ καλοῦσιν ἀντιθέους Jamblich. Myst. III. 31. p. 103.

[**] In mysteriis deos vel superos vel inferos repentino quasi ex machina apparuisse colligimus e Themist. Or. XVI. 199. C. ἐπειδὴ τῆς ἡμέρας ἐκείνης αὐτόπτης κατέστην, ἐν ᾗ τὴν εἰρήνην εἰςῆγεν ὥςπερ ἐν τελετῇ ἀφοφητὶ καὶ ἀπραγμόνως.

in ultimum penetrale pateret, tum vero illud, de quo quaerimus, vere proprieque dici potuit, *τὰ ἱερὰ δείκνυσθαι.* Paulo ante protulimus Themistii locum, velorum reductionem [†] adyti apertionem et adspectum sacrarum imaginum sic consociantis, ut pateat haec non solum uno tempore facta sed etiam epoptiae summam complexa esse. Quod ipsum in Eleusiniis quoque obtinuisse, facile, si cuncta testimonia in unum conferimus, intelligi potest. Primum Himerius Or. XXII. 7. 762. *ὅςτις ἀκούει ὑμῶν καὶ πείθεται, πολὺν ἠχήσει τὸν Ἴακχον, τῷ δὲ ἀπειθοῦντι κρύψω τὸ πῦρ καὶ κλείσω λόγου ἀνάκτορα,* indicium praebet, templi Eleusinii sacrarium quum aperiretur, ingens effulsisse lumen. *Ἀνάκτορον* autem Themistius Or. V. 71. A. mysteriorum nomina ad rerum civilium administrationem transferens, sicut propriam teletae sedem designat: *ἔξω τοῦ νεὼ τὰ προτέλεια μυήσας εἰς τὰ ἀνάκτορα τὴν τελετὴν καταθήσεται* [*]. cf. Max. Tyr. II. 245. idque recludi seu aulaeis seu

[†] Rei per se credibili sufficit vel mediocris auctor Psellus ap. Van Dal. Diss. Agon. VIII. 609. *ἐπὶ τῶν λεγομένων τελετῶν τὰ μὲν ἄδυτα ἦν, τὰ δὲ παραπετάσματα παραβέβληνται — ἐν δὲ τοῖς Ἐλευσινίοις ἀνεμίγνυντο (sc. ἀνεώγνυντο) καὶ ἀνεγυμνοῦντο τὰ ἀποκεκρυμμένα.*

[*] Obscure Hesychius, *Ἀνάκτορον τὸ τῆς Δήμητρος, ὃ καὶ μέγαρον καλοῦσιν, ὅπου τὰ ἀνάκτορα τίθεται·* ubi Toupius *ἀνακτόρια* corrigit, quod quomodo ab *ἀνάκτορα* differat, non explicat, neque discitur ex Anecd. Bekk. p. 202. *ἀνακτορίου τὸ ἅγιον ἱερὸν τῶν ἀνακτόρων,* aut Hermiae Schol. in Phaedr. p. 157. *ἱεροῖς καὶ ἀνακτορίοις καὶ ἀδύτοις.* Photius: *Μάγαρον εἰς ὃ τὰ μυστικὰ ἱερὰ τίθεται·* Ammonius *τὰ μυστικὰ τῆς Δήμητρος·* unde colligas utroque nomine significari cellam, ubi dei statua colitur, sive sacrarium. Servius Aen. XII. 198. et Isidor. XV. c. 5. sacrarium proprie locus in quo sacra reponuntur (*ὅπου τὰ ἱερὰ τίθεται*). Glossae: *Ἱεροθήκη* sacrarium. Hic locus, qui in nonnullis templis adyti instar habebatur Aelian. Fragm. p. 342. in aliis patebat adoraturis, *ἀνάκτορον* dici-

valvis testatur etiam Synesius Dion. p. 44. C. ὃν ὁ θεὸς κινεῖ, τούτῳ καὶ παρ' ἡμῶν ἀνεῴξεται τὰ ἀνάκτορα. Aristophanes Nubb. 302. Atticam praedicans

οὗ σέβας ἀῤῥήτων ἱερῶν, ἵνα μυστοδόκος δόμος
ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται.

Id quo artificio effectum et quae reclusi penetralis species fuerit, ex his, quae de Carani convivio narrat Athenaeus IV. 130. A. suspicari possumus: τῆς ὥρας ὑποσκιαζούσης, ἀναπετάννυσι τὸν οἶκον, ἐν ᾧ κύκλῳ ὀθόναις περιείληπτο πάντα λευκαῖς· καὶ ἀναπετασθεισῶν, δᾷδες ἐφάνησαν, λάθρα κατὰ μηχανὰς σχασθέντων τῶν φραγμάτων καὶ Ἔρωτες καὶ Ἀρτέμιδες καὶ Πᾶνες καὶ Ἑρμαῖ καὶ τοιαῦτα πολλὰ εἴδωλα ἀργυροῖς δᾳδουχοῦντα λαμπτῆρσι. Quibus similis sine dubio fuit scenae mysticae instructus, deorum signis luciferis in medio positis vel etiam solemni pompa circumductis. Iacchum certe tali sub specie repraesentatum esse ex Aristoph. Rann. 340. non inepte colligunt, idemque significat Libanius T. IV. 189. τὸν μυστικὸν θεὸν βακχεύοντα καὶ δᾳδουχοῦντα καὶ τὰς ἐξ ἀνακτόρων λαμπάδας αἰωροῦντα Atheniensibus suppetias ivisse narrans, quae tota fabula ficta est ad pompae Eleusiniae exemplum. Postremo Plu-

tur Plut. Sull. XII. 195. Heliod. VII. 8. 268. et μέγαρον Herodo. II. 141. cf. I. 65. quae nomina nonnunquam latius accipiuntur. Schol. ad Dion. L. de divin. nomin. p. 111. D. Ἕλληνες ἀνάκτορα ἐκάλουν τὰ τῶν παρ' αὐτοῖς θεῶν τεμένη eoque modo μέγαρον dicitur a Dion. Cass. LIV. 19. Plut. Marcell. c. XX. Sed de Cereris adyto ἀνάκτορον Antagor. Ep. LVI. p. 70. Herodo. IX. 65. Athen. IV. 168. F. Hinc nescio an suspicari possimus, τὰ μυστικὰ τῆς Δήμητρος esse signa mystica, quae in Inscript. Rom. cum aliis ornamentis dedicantur.

tarchi locum de Profect. Virt. sent. p. 258. T. VII. ὡς οἱ τελούμενοι κατ' ἀρχὰς ἐν θορύβῳ καὶ βοῇ πρὸς ἀλλήλους συνίασι, δρωμένων δὲ καὶ δεικνυμένων τῶν ἱερῶν [u] προσέχουσιν ἤδη μετὰ φρίκης καὶ σιωπῆς, οὕτω καὶ φιλοσοφίας ἐν ἀρχῇ — πολὺν θόρυβον ὄψει — ὁ δὲ ἐντὸς γενόμενος καὶ φῶς μέγα ἰδὼν, οἷον ἀνακτόρων ἀνοιγομένων etc. componere juvat cum simillima Themistii sententia (nisi ejusdem Plutarchi est) ap. Stob. CXIX. 604. animos corporis vinculis recens solutos aurasque coelestis afflatu contactos similes fore initiatis, quos principio tenebris et horrore circumfundi, deinde vero eos excipere φῶς θαυμάσιον καὶ σεμνότητας ἀκουσμάτων ἱερῶν καὶ φαντασμάτων ἁγίων. Ex his igitur testimoniis, quibus partim Eleusiniorum nomen adscriptum, partim communes omnium mysteriorum notae insignitae sunt, tantum efficitur, quantum ad hanc causam judicandam satis est, sacra, quae Hierophanta ostendit, illa ipsa fuisse ἅγια φάσματα sive simulacra deorum, eorumque adspectum qui praebeant δεῖξαι τὰ ἱερὰ vel παρέχειν [v] vel φαίνειν [w] dici et ab hoc quasi primario Hierophantae actu tum Eleusiniorum sacerdotum principem nomen accepisse, tum totum negotium esse nuncupatum. Illud vix opus est admonitione, Alcibiadem convivis suis non cimelia

[u] Iisdem verbis utitur de Is. c. 3. 105. T. IX. τὰ δεικνύμενα καὶ δρώμενα περὶ τοὺς θεοὺς τούτους.

[v] Apollonia ὁ ἱεροφάντης οὐκ ἐβούλετο παρέχειν τὰ ἱερὰ — μηδὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἀνοῖξαι. Philostr. IV. 18. 156.

[w] Himer. Or. XX. 766. φαίνειν μύσταις τὰ ἱερά. Hesychius: Ἱεροφάντης ὁ τὰ μυστήρια δεικνύων.

sacra ostendisse sed ostendentis habitum gestumque imitatum esse.

§. 8.

De altera accusationis parte: *καὶ εἶπε τῇ φωνῇ τὰ ἀπόῤῥητα*, perpauca dici possunt. Nomine hoc postremo verba concepta significari videntur, quibus Hierophanta vel deas invocaret earumque beneficia commemoraret, vel praesentes de religione templi et ordine sacrorum admoneret. Ad primum genus fortasse pertinent illae *κλήσεις ἱεραί*, de quibus Cleanthes loquitur (v. §. 16. not. o.) et *αἱ ἐκ τῶν ἀνακτόρων φωναί* [a]. Hierophanta ipse *λέγει τοῖς ἀμυήτοις* seu *διηγεῖται τὰ μυστήρια* Diog. La. II. 101. [b] VII. 186. quod tum in precantem

[a] Philostr. Soph. II. 20. 600. quo loco ambigitur, utrum *ἀνάκτορα* adytum Eleusinium an palatium significet, quod ipsum propter majestatem inhabitantium sanctuarium dicitur et *ἀνάκτορον* Tzetz. Chil. I. III. 40. cf. Wernsdorf. ad Licent. v. 6. T. IV. P. II. Similiter *μέγαρον* dici *τὸ παλάτιον* adnotat Schol. Pind. VI. 30. Ol. et *μέγαρα καὶ ἀνάκτορα* jungit Plutarch. de Superst. VIII. 74. Eumenius p. Restaur. Schol. c. VI. p. 68. Vocem meam — ab arcanis sacrorum penetralium ad privata Musarum transtulit, hoc est, e magistro memoriae fecit scholae doctorem. *Τὰ μυστήρια τοῦ παλατίου* Macar. Homil. XVII. 8. p. 73. T. VII. Gall. *μυστικοὶ* vocantur secretioris consilii senatores, cubicularii etc. Philostratum tamen de Hierophantae voce loqui et Cuperus contendit Ep. ad Vandal. Lettres Crit. p. 519. et mihi credibilius videtur. *Μαθεῖν τὰ ἐκ τῶν ἀνακτόρων εἴσω* idem est quod *μυεῖσθαι* Julian. Or. VII. 239.

[b] Hoc loco Theodorus atheus Euryclidem Hierophantam suo nomine compellat *λέγε μοι Εὐρυκλείδη*, sive Diogenes erravit, sive mos ille nomen sacerdotum silentio transeundi (v. Vales. ad Euseb. IV. 15, 96. de Constant. p. 272.) posterior est, sive tantummodo ad initiatos pertinuit. Honoris causa id primo institutum fuisse ex aliis exemplis cognoscitur. Pseudo-Ignatius in Ep. ad Antioch. p. 158. *αἱ γυναῖκες τιμάτωσαν τοὺς ἄνδρας ὡς σάρκα ἰδίαν, μηδὲ ἐξ ὀνόματος τολμάτωσαν εἰπεῖν.* Similis fortasse causa Carinis fuit, etsi multo aliter existimat Herodotus I. 146. *διὰ τοῦτον τὸν φόνον αἱ γυναῖκες νόμον ἔθεντο μήποτε ὁμοσιτῆσαι τοῖς ἀνδράσι, μηδὲ οὐνόματι βῶσαι τὸν ἑωυτῆς ἄνδρα.*

deosque praefantem convenit tum in praemonentem, quid observandum sit rite sacrificaturis. Accuratius haec explicari nequeunt. Rerum vero, quae auditione perciperentur, duo facio genera, Pausaniam sequens V. 15. 6. ὁπόσα ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς λέγειν καθέστηκεν ἢ καὶ ὕμνους ὁποίους ᾄδουσιν etc. quorum generum uno Hierophantae diis libantis preces supplices continentur, altero canticum illud, cui nomen Iacchi. Hoc enim non solum quum pompa Eleusinem deduceretur sed etiam ex adyto auditum esse, colligitur ex Athen. V. 213. D. τὴν ἱερὰν τοῦ Ἰάκχου φωνὴν σεσιγασμένην, τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τοῖν θεοῖν κεκλειμένον, et ex Himerii verbis paullo ante allatis. Utrumque autem genus Aristides uno nomine τῶν φωνῶν complecti videtur. His vero canticis argumentosis, ut credi par est, gravibusque, et ipsius Hierophantae oratione et opertorum magnificae religionis adspectu homines deorum colentes graviter commotos et ab omni alia cogitatione ad summi numinis venerationem traductos esse, sanequam consentaneum est. Sed idcirco non credimus Hierophantam de dei natura deque rerum omnium caussis et principiis disseruisse. Neque hoc Galenus ipse permittit, qui rerum divinarum intelligentiam accipi quidem e mysteriis concedit, sed haud minus utilitatis praebere naturae contemplationem de Usu Part. L. VII. c. 14. p. 469. T. VII. πρόσεχε τοίνυν μοι τὸν νοῦν μᾶλλον ἢ εἴ ποτε μυούμενος Ἐλευσίνια καὶ Σαμοθρᾴκια καὶ ἄλλην τινὰ τελετὴν ἁγίαν ὅλος ἦσθα πρὸς τοῖς δρω-

μένοις τε καὶ λεγομένοις ὑπὸ τῶν ἱεροφαντῶν, μηδέν τι χείρω νομίσῃς ταύτην ἐκείνων τελετήν (naturae cognitionem)· μηδ' ἧττον ἐνδείξασθαι δυναμένην ἢ σοφίαν ἢ πρόνοιαν ἢ δύναμιν τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ· quin ex mirabili corporis humani fabrica et omnium membrorum conformatione tam ad usum apta quam ad speciem decora naturae rationem intelligentis multo clarius apparere: ἅπαντες γάρ, ὡς οἶμαι, καὶ κατ' ἔθνος καὶ κατ' ἀριθμὸν ἄνθρωποι, ὅσοι τιμῶσι θεούς, οὐδὲν ὅμοιον ἔχουσιν Ἐλευσινίοις τε καὶ Σαμοθρᾳκίοις ὀργίοις. Ἀμυδρὰ μέν γε ἐκεῖνα πρὸς ἔνδειξιν ὧν σπεύδει διδάσκειν, ἐναργῆ δὲ τὰ τῆς φύσεώς ἐστι πάντα. L. XVII. I. 702. E. Quod Galenus nullo modo affirmare potuisset, si Hierophantae de summa divinae mentis in condendo hoc mundo sapientia et in conservando constantia loquuti et rationibus ad persuadendum accommodatis usi fuissent.

§. 9.

Sed fortasse aliquis subjiciat, haec in quibus mysteriorum summam ponimus, precationes, hymnos, pompas, non Eleusiniorum propria fuisse condimenta, sed cum omnibus sacris communia; neque illa tantum celebritatis consequi potuisse, nisi quadam praecipua et singulari dote instructa fuissent. Hoc vero duabus solvitur rationibus. Primum quae de Eleusiniis percrebuit fama, poetarum et panegyristarum excitata est praeconiis, quibus licet et familiare est, laudando omnia ex-

tollere in majus, Pindari videlicet, Sophoclis, Isocratis aliorumque, qui suo quique loco producentur. Deinde secretum ipsum, ut quotidie experimur, incredibili quadam vi ad allicienda et retinenda hominum studia praeditum est pluresque ille arcanus horror sanctaque ignorantia amatores habet quam nuda simplexque veritas; quod vulgo est, vile est; quidquid latet, extat honorum, Corippus ait de Laud. Just. IV. 86. et de mysteriis ipsis Synesius de Prov. II. 124. B. *ἀγνωσία σεμνότης ἐπὶ τελετῶν καὶ νύξ. διὰ τοῦτο πιστεύεται τὰ μυστήρια καὶ ἄβατα σπήλαια διὰ τοῦτο ὀρύττεται, καιροὶ καὶ τόποι κρύπτειν εἰδότες ἀῤῥητουργίαν ἔνθεον.* — Esto, inquit; sed cur occuluerunt omnino quae scire omnes liceret? Nonne hoc magnum documentum est, populares superstitiones ab Hierophantis rejectas et refutatas esse? Equidem haec multo aliter interpretor. Nam sicut nulla fere urbs fuit, quae non haberet domestica quaedam sacra in operto culta, alia indigenis duntaxat nota, alia ne his quidem omnibus, sed sacerdotibus solis conscia (v. L. II. c. III. §. 3.) ita veteres Eleusinios contendo deos patrios secretius et sine arbitro propitiasse propter eas causas, quas in secunda horum sermonum parte explicabo, postea vero, quum, Eleusine ab Atheniensibus in ditionem recepta, primum Atticae civibus omnibus, deinde Graecis universis copia facta esset haec sacra obeundi, tum vero retenta est quaedam secreti species ad tuendam sanctitatis opinionem necessaria et omnibus, quae

quondam occulta fuissent vel dicis et honoris causa reservari solita et debita. Quam modeste Cicero de juris auguralis mysteriis dudum evulgatis loquitur eo loco et tempore, quo scientiam suam impune jactare posset! Venio, inquit, ad augures, quorum ego libros, si qui sunt reconditi, non scrutor; non sum in exquirendo jure augurum curiosus p. Dom. XV. — Quid est tam stultum, quam si quis quid in libris vestris invenerit, id narrare vobis, vel tam curiosum, quam ea scire velle, de quibus majores nostri vos solos et consuli et scire voluerunt c. XIV. — Non dissimulo me nescire, quae etiamsi scirem[a] dissimularem, ne aliis molestus, vobis etiam curiosus viderer, etsi effluunt multa ex vestra disciplina c. XLVI. quem locum contra Marclandi cavillationes praeclare defendit Gesnerus in Comment. Goetting. T. III. 266. Quam verecunde item Plutarchi convivae, quum forte Lucio Pythagoreo praesente de piscium abstinentia mentio facta esset, inceptum sermonem continuo abrumpunt: *Λεύκιος εἰ μὲν ἄχθεται τοῖς λεγομένοις, ὥρα πεπαῦσθαι καὶ ἡμᾶς, εἴγε ταῦτα τῶν ὑπὸ τὴν ἐχεμυθίαν ἐστί* Symp. VIII. 1. 374. T. XI. Si igitur de iis rebus, quae jam notiores neque apud omnes sanctae essent, adeo religiose loquuti sunt veteres nihilque in quo vel umbra quaedam arcani resi-

[a] De Augurum disciplina Ciceronem ipsum scripsisse constat. v. Schulting. Jurisprud. Cicer. p. 266.

deret, in publico jactarunt, quantam reverentiam vetustis civitatum arcanis adhibitam putemus, quae a diis ipsis in fidem perennis tutelae condita credebantur? Dionysius Hal. II. c. 66. quum varias hominum de Vestae penetralibus percurrisset conjecturas, *τίνα δὲ*, inquit, *ταῦτα ἐστιν, οὐκ ἀξιῶ πολυπραγμονεῖν οὔτε ἐμαυτὸν οὔτε ἄλλον οὐδένα τῶν βουλομένων τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια τηρεῖν*. Haec est illa *μυστικὴ σιωπή* Clement. Protr. I. 9. sive silentii fides, quae, ut Tertullianus ait adv. Nation. I. 51. Apol. p. 8. vel ex forma et lege omnibus mysteriis debetur, atque ita proprie ad hujusmodi solemnia pertinet, ut nonnulli sacra opertanea non ob aliam causam instituta putent, quam ut homines silentii virtutem [b] insuescerent Plutarch. de Educ. c. XIV. p. 40. T. VII. Jamblich. V. P. c. XVII. 152. tum ad ea, quae in mysteriis dicerentur, tacite attendentes [c], tum autem audita intra conscientiam retinentes [d]. Itaque argumentum illud a silentio

[b] Hanc veteres fere cardinalibus aequiparant. v. Pindari Fragm. LXIX. 649. et Aeschyli CCCII. 218. Simonidis sententiam *ἔστι καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας*, Horatius verbis prope iisdem reddidit et plurimi imitati sunt. v. Jacobs. Anthol. T. IX. 433. Meineke ad Menandr. p. 37. et Inscript. ap. Ignarram de Phratr. p. 249. Hinc derivatum illud *δειλίας ἀκίνδυνον γέρας*, quod Scholiastes Aristidis perperam Sophoclis Ajaci Lorario adscribit. v. Not. ad v. 125. ubi nullus ei locus esse potest, quidquid obloquatur Osannus Ueber Sophokles Aias p. 132. De Silentio sacro laudatur Chr. Kortholdi dissertatio Kiel. 1609. suntque ad Virgilii et Horatii locos multa ab interpretibus collecta.

[c] *Ὥσπερ ἐν μυστηρίοις ἐσιώπων* Philostr. V. Ap. I. 15. 17. *σιωπᾷ ὡς ἐν μυστηρίοις* Achill. Tat. I. 11. 16. *μυστηρίων τιμὴν εἶχε — τοσαύτη αἰδὼς, σιωπὴ, ἡσυχία ἦν* Liban. de Plethr. T. I. p. 263.

[d] Alciphr. III. 62. *μυστήριον ἐν αὐταῖς στρέφεται ταῖν θεαῖν ταῖν Ἐλευσινίαιν ἀσφαλέστερον*. De aliis Gregorius Naz. Or. XXXIII.

ductum, ut in omnibus causis ambiguum, ita in hac adeo invalidum est, ut ab Ecclesiasticis scriptoribus in contrariam partem trahatur. Hi enim mysteria ideo a promiscuo usu secreta fuisse affirmant, ne turpitudo eorum patesceret.

§. 10.

Priusquam ulterius progrediamur, omnia quae hactenus disputavimus, in brevem summam conferamus. Vulgo creditum sacrorum initia a viris quibusdam prudentibus ad conservandam rerum divinarum scientiam, posterisque tradendam, salubriter utiliterque constituta esse quasi quaedam sapientiae receptacula. Eam opinionem elevare conati sumus, tribus, ut nobis videtur, gravissimis argumentis; uno, quod nullum idoneum testem habeat, altero, quod a consuetudine veterum abhorreat, tertio, quod cum publicis Graecorum religionibus constare non possit; quumque praevideremus fore, qui esotericam doctrinam perpaucis notam excusaret, hunc praetextum, ut ex vano haustum, rejecimus simulque ostendimus, neque reverentiae officium, neque silentii religionem, qua Eleusiniorum cultores se obstrictos putarunt, doctrinae ejusmodi fidem afferre. Sed quod primo loco diximus, nullos extare testes, id ac-

582. C. *μὴ σεμνοτέρους ἀποφαίνωμεν τοὺς προςκυνοῦντας τοῖς δαιμονίοις, οἳ θᾶττον ἂν τοῦ αἵματος ἢ λόγων ἐστὶν ὧν μεταδιδοῖεν τοῖς ἀμυήτοις.* Paroemiographi et Suidas s. *Στεγανόν — παροιμία Βάκχης τρόπον, ἐπὶ τῶν στεγανῶν καὶ σιωπηλῶν· αἱ γὰρ Βάκχαι ἐσίγων.*

curatius explicandum est; nam et producuntur multi et subornari possunt plures.

§. 11.

Agmen ducit Pindarus, magna loquuturus, ut assolet

Ὄλβιος ὅςτις ἰδὼν ἐκεῖνα κοίλαν εἶσιν ὑπὸ χθόνα·
οἶδεν μὲν βιότου τελευτάν,
οἶδεν δὲ διόσδοτον ἀρχάν [a]

Fragm. CXVI. 128. H. p. 625. B. Cui succinit Sophocles

Ὦ τριςόλβιοι
κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη
μόλωσ᾽ ἐς ᾅδου· τοῖςδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
ζῆν ἐστί, τοῖς δ᾽ ἄλλοισι πάντ᾽ ἐκεῖ κακά.

nec leviore sono usus Crinagoras Ep. XXX. amicum admonet

— Κεκροπίης ἐπιβήμεναι, ὄφρ᾽ ἂν ἐκείνας
Δήμητρος μεγάλων νύκτας ἴδῃς ἱερῶν,
τῶν ἀπὸ κῆν ζωοῖσιν ἀκηδέα, κ᾽ εὖτ᾽ ἂν ἵκηαι
ἐς πλεόνων, ἕξεις θυμὸν ἐλαφρότερον.

et qui huic exemplum praebuit Isocrates Paneg. VI. p. 59. bina Cereris munera praedicans, fruges et teletam, *ἧς οἱ μετέχοντες περί τε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἡδίους τὰς ἐλπίδας* [b] *ἔχουσι.* Splendida vero testimonia! nemo

[a] Segaar. ad Clement. Quis div. salut. p. 226. *διόςδοτον αἴγλαν* emendat et vulgatum *κοινὰν* pro *κοίλαν* tuetur; de hoc suum quisque sensum consulat, *ἀρχάν* necessarium est; Pindarus de metempsychosi loquitur.

[b] Segaar. in Diatrib. Acad. p. 58. illa formula loquendi

dicet secus. Sed meherculе doctrinae, qualem illi in Eleusiniis propositam esse volunt, nullum video vestigium. Isocratis locum explicans Spohnius Demonstratum est, inquit, initiatis animum esse immortalem et esse futuram sortem beatam miseramve. Id quidem non dicitur ab Isocrate, sed tantummodo hoc, sacri illius cultores ad spem magnae felicitatis adduci; quae spes profecta est a communi hominum opinione, deorum favorem et gratiam maximi esse ad omnem vitae prosperitatem emolumenti, illa autem pio sacrorum cultu obtineri, eorum praesertim, quae ab ipsis constituta aut in illustri quodam ad venerandum momento posita crederentur [*]. Quod Isocrates ipse confirmat in Symmach. XII. 266. illa initiatorum praemia omnibus juste pieque agentibus in commune tribuens: *δρῶ γὰρ τοὺς μετ᾽ εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ζῶντας ἔν τε τοῖς παροῦσι χρόνοις ἀσφαλῶς διάγοντας καὶ περὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἡδίους τὰς ἐλπίδας*

potissimum trita de initiatis; Hemsterhusius adeo, ut Creuzerus narrat Symb. IV. 507. e mysteriis ductam putat, quasi dicas hoc nostrum gute Hoffnung haben, e libris sacris fluxisse. *Ὁ Ποπλικόλας ταῖς ἐλπίσι πρὸς τὸ θεῖον ἡδίονα κατέστησε τὴν πόλιν* Plutarch. Publ. c. XXI. *τὰς βελτίονας ἐλπίδας ἔχειν* Liban. T. II. 208. *μετὰ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος ἐντεῦθεν ἀπιέναι* Julian. Caes. in fin. sed eodem modo de rebus quotidianis loquuntur: *χρηστὰς ἐλπίδας ἔχειν* Zosim. Hist. IV. 44. Lucian. Ver. Hist. II. 31. *σὺν χρηστῇ ἐλπίδι* Appian. Pun. VIII. 20. 327. *καλὰς ἐλπίδας ἔχειν* Polyb. X. 37. *ἀγαθαὶ ἐλπίδες* Arrian. Alex. VII. 28. 476. Jamblich. V. Pyth. XVIII. 154. *τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα προβάλλεσθαι* Demosth. Cor. 258. 23. Heliod. VI. 4. 229. *προτείνεσθαι* Polyb. X. 36. *ἐλπίσιν ἀγαθαῖς τρέφειν τὴν ψυχὴν* Porphyr. Ep. ad Marcell. c. XXIV. *ἐν ἀγαθαῖς ἐλπίσι διάγειν* Plato Legg. IV. 718. A.

[*] Lucian. Patr. Encom. §. 5. p. 183. *ἱερὰ κεχαρισμένα ταῦτα νομίζεται τοῖς θεοῖς, ἐπειδὰν εἰς τοὺς οἰκείους ἕκαστος ἀφικόμενος ἱερουργῇ τόπους.*

ἔχοντας. Et suscepit hoc vita communis estque in ore omnium

> Οἱ γὰρ θεὸν σέβοντες ἐλπίδας καλὰς
> ἔχουσιν εἰς σωτηρίαν —

Philem. Fragm. XC. 424. Jam si Virgilius in Ciri v. 29. beatos praedicat, quibus contigit, ut Panathenaea concelebrarent:

> Felix ille dies, felix et dicitur annus,
> felices, qui talem ánnum videre diemque!

quanto id magis de Eleusiniis dici meruit, splendore summo, augustissimo loco celebratis? quorum simulacra sibi in Orcum profecto summam laetitiam attulisse profitetur Hercules Euripideus Herc. v. 613. τὰ μυστῶν ὄργι' εὐτύχησ' ἰδών. Nescio an haec satis superque probent, vim et dignitatem horum solemnium non in Hierophantae oratione sed in ipso sacrorum adspectu et perceptione positam fuisse. Sed si quis adhuc haesitet, ánimum advertat ad illàs innumerabiles devotorum catervas, qui sanctam casam Lauretanam aut Compostellam aut Patmon aut alia loca divinis miraculis et virorum sanctorum natalibus consecrata visitant, et ipsam Kaabam qui praesentes venerantur, nullo doctrinae reconditioris desiderio ducti sed spe potiundae salutis. Hoc vero quid aliud est, quam quod Isocrates dicit, initiatos et cum laetitia vivendi et cum spe meliore moriendi rationem accipere? quodque etiam de Martyrum conditoriis[b] et Christianorum mysteriis dici sòlet, qui-

[b] Prudentius Perist. H. XI. 175. de S. Hippolyti Pass.
> Mira loci pietas et promta precantibus ara
> spes hominum placida prosperitate juvat.

bus nulla doctrina adjuncta est? De sacro lavacro loquens Theodoretus in Compend. Haer. Fab. V. 18. 441. Baptisma, inquit, non solum priorum veniam peccatorum affert ἀλλὰ καὶ ἐλπίδα τῶν ἐπηγγελμένων ἐντίθησιν ἀγαθῶν. Atque ad hanc spem neophyti non longa argumentatione adducuntur, sed nomine et auctoritate dei compelluntur. Ad summum, si quis me obnixe roget, concedam Hierophantam, quum Dearum Eleusiniarum vim et potestatem praedicaret, dixisse aliquid de praemiis religiosissimo cuique earum cultori propositis et de contemtorum suppliciis [bb], sed vicissim petam, ut ne plus se accepisse putet, quam dare voluerim. Nam quum Eleusinia iis essent consecrata numinibus, quorum vis ad inferos pertineret [c], quumque vulgari interpretatione Proserpinae raptus et restitutio ad animorum in vitam reditum referretur, non dubium est, quin ex hymnis, fabulis et ex toto cerimoniarum tenore multae de vitae alterius conjecturae duci potuerint, etiamsi Hierophanta verbum emitteret nullum. Et si quid super his rebus disseruit, id a vulgaribus fabulis minime disjunctum fuisse, apparet ex Aeschinis aliorumque testimoniis. Ille in

[bb] Huc spectat quodammodo Hierophantae oratio ap. Lys. c. Andoc. p. 103. 21.

[c] Χθόνιοι vocantur Ceres et Libera Schol. Aristoph. Nub. 305. Plutarch. Symp. III. 1. 565. Artemid. II. 35. Herodo. VI. 134. et saepius. Inscriptio apud Muratorium Anecd. T. XXII. p. 4. et Thesaur. T. III. Cl. XIX. 98. 5. παραδίδωμι τοῖς καταχθονίοις θεοῖς τοῦτο τὸ ἡρῷον φυλάσσειν Πλούτωνι καὶ Δήμητρι καὶ Περσεφόνῃ καὶ Ἐριννύσι. Iidem fortasse sunt θεοὶ λύσιοι, quibus sepulcri tutela committitur in monimento Chyndonactis. v. Hagenbuch. Epist. Epigr. p. 247. cf. infr. L. II. C. 1. n. VII.

Axioch. p. 371. D. initiatis promittit, quae poetae decantant, amoenissimas in Orco sedes, cantus, convivia et cetera beata. Schol. Aristid. p. 101. Ἔλεγον οἱ Ἕλληνες ὡς οἱ τὰ μυστήρια μυηθέντες εὐμενοῦς καὶ ἵλεω τῆς Περσεφόνης ἐτύγχανον etc. Denique, ut liberaliter agam, sacerdotes interdum aliquid de metempsychosi dixisse largiar, tum quia Clemens illa Pindari verba Pythagoricae sententiae subnectit, tum ob Platonis locum in Men. p. 86. B. ἀκήκοα ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν σοφῶν περὶ τὰ θεῖα πράγματα ἱερέων τε καὶ ἱερειῶν, ὅσοις μεμέληκε περὶ ὧν μεταχειρίζονται λόγον οἵοις τ᾽ εἶναι διδόναι — τὴν μὲν ψυχὴν τότε μὲν τελευτᾷν, τότε δὲ πάλιν γενέσθαι, quanquam neutrum magnam vim habet; nam et illud fortuitum esse potest et haec Platonis verba de alio quodam genere sacrorum dicta videntur, quod in secundo libro tractabitur.

His fundamentis jactis sequitur ut reliqua testimonia percenseamus; quorum maxima pars ex eodem genere sunt laudativo. Cicero in dialogo de legibus Quinto fratri, quem cum Attico colloquentem facit, hanc orationem tribuit; Athenae tuae tum multa eximia videntur peperisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus, initiaque ut appellantur ita revera principia vitae cognovimus [d], neque solum

[d] Haec rhetorica est non grammatica interpretatio. Initia praecipue dicuntur sacra vel communiter sicut omnia quae ineuntur, unde initia pacis, initia nuptiarum Varro R. R. II. 4. 9. vel quasi

cum laetitia vivendi rationem accepimus sed etiam cum spe meliore moriendi II. 14. quae eum magis Attici in gratiam dixisse et ornandae urbis causa quam ut suam de mysteriis opinionem proferret, totus orationis color ostendit[e]. Idem p. Flacc. c. XXVI. quum ad rem pertinere putaret, Graecos legatos clientis sui laudatores verbis illustrioribus commendare, hinc initium sumit: Adsunt Athenienses unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortae atque in omnes terras distributae putantur; quae eadem omnia Verris deprimendi causa in deas ipsas transfert Verr. V. c. 141. a quibus initia, vitae atque victus, legum, morum, humanitatis hominibus et civitatibus data dicit. Nec secus faciunt

εἰςιτήρια in templi interiora; Festus p. 334. penetrale sacrum, quod interiore parte sacri conficitur. Glossae veteres: Initia, ἐνηλύσια, bidental, quod ipsum est Abaton sive impenetrale. Apud Tacitum Germ. XXX. caeso homine celebrant barbari ritus primordia, Ernestius interpretatur initia μυστήρια. In Eurip. Bacch. 459. Pentheo interroganti: πόθεν δὲ τελετὰς τάςδ' ἄγεις εἰς Ἑλλάδα, id est, a quonam accepisti has teletas, quas in Graeciam infers? deus respondet Διόνυσος ἡμᾶς εἰςέβησεν, i. e. initiavit. Orph. Arg. 470. ἔνθα καὶ ὄργια φρικτὰ θεῶν — ἄσμενοι εἰςεπέρησαν. Ammianus XVI. 3. 365. filium venefico arcanis piacularibus tradidit inducendum i. e. initiandum. Aliter Ampelius c. VIII. 77. Olympiae templum Jovis, ubi Athletae initiantur i. e. sacramento adiguntur. v. Paus. V. 24. 2. Easdem fere notiones Graeci verbis ἐνάρχεσθαι, κατάρχεσθαι etc. subjiciunt, unde ἄρκτοι fortasse dicebantur puellae Dianae initiatae, κατηργμέναι, adjectivo in substantivum verso, ut φόρτος. ἄρτος. Denique Scaliger ad Cat. p. 67. elegantissimo galliambo Tympanum, tubam, Cybelle, tua, mater, initia, assimilat Pindaricum Dith. V. 48. σοὶ μὲν καταρχαὶ, μᾶτερ, πάρα, ῥόμβοι κυμβάλων etc. quibus compares Epigr. Ἀδεσπ. CCLI. de Pallade: τῇ γὰρ ἄκοντες καὶ πόλεμοι πάρα.

[e] Goerenzius h. l. miratur Ciceronem de his initiis multo honorificentius judicasse Platone putatque sacerdotes, ut Romanis satisfacerent, multa immutasse. Sed Plato damnat mysteria privata, hic laudat publica.

Graeci declamatores modo divinos horum munerum auctores Cererem Liberamque [f] modo eorum sequestres Athenienses [g] extollentes. Demetrius Phalereus ap. Rutil. Lup. de Fig. p. 53. Caperonn. nobis primum dii immortales fruges dederunt, nos per omnes terras distribuimus [h]. Has autem laudationes si quis tantum valere putat, quantum quae a juratis pro testimonio dicuntur, postremo eo redigetur, ut juris scientiam, antiquitatis notitiam, agri colendi rationem, vitae beatae disciplinam, denique omnium artium, quibus humanitas constat, viam et praecepta per illos paucos initiorum dies tradita esse concedat.

Arriani et Praetextati de Eleusiniis judicia luculenta quidem sunt et perhonorifica sed praesumtam doctrinae mysticae opinionem nihil adjuvant. Ille Epict. III. 21. 422. docere vult sapientiae studium non inconsulto impetu nec subito arripiendum esse sed diligenter et ex longinquo praeparandum; qui secus faciant, similes esse his qui mysteria rudes, imparati, tempore alieno, loco non suo capessere velint: *παρὰ τόπον ταῦτα*

[f] Stob. Serm. I. 18. Himer. Or. II. 5. 376. *Δημήτηρ τοῖς τὴν πλάνην λύσασι καρποὺς χαρίζεται καὶ μυστήρια, ὧν τοῖς μὲν τὴν τροφὴν, ταῖς δὲ τὴν γνώμην ἡμέρωσε· τοὺς δ' ἐφεξῆς πῶς νόμους οὐκ ᾔδεσαν οἱ ἄνθρωποι· τούτων ἡ πόλις διδάσκαλος.* scrib. *τὸ δ' ἐφεξῆς πῶς; νόμους —*

[g] Himer. VII. 546. Liban. T. IV. 952. Diod. XIII. 26.

[h] Schol. Aristid. Panath. p. 91. (p. 8. Fromm.) *ὁ μῦθος αὐτοὺς πρώτους λέγει παρὰ θεῶν δεξαμένους τὰ σπέρματα δι' Ἅιδου καὶ διὰ Κελεοῦ καὶ διὰ Τριπτολέμου.* Ruhnkenius ad H. in Cer. p. 450. pro *δι' Ἅιδου* emendat *διὰ Ῥάρου*, quae ipsi certissima conjectura videtur. Vera emendatio est *διαδοῦναι* ex *δι' Ἅιδου καὶ*, una litterula mutata: *δεξαμένους τὰ σπέρματα διαδοῦναι* (distribuisse) *διὰ Κελέου καὶ Τριπτολέμου.* Plato Legg. VI. 782. B. *Δήμητρός τε καὶ Κόρης δῶρα, Τριπτόλεμόν τέ τινα τῶν τοιούτων διάκονον.*

ὠφελεῖ καὶ παρὰ καιρὸν καὶ μετὰ θυσίας δὲ καὶ μετ' εὐχῶν καὶ προηγνευκότα καὶ προδιακείμενον τῇ γνώμῃ, ὅτι ἱεροῖς προςελεύσεται καὶ ἱεροῖς παλαιοῖς· οὕτως ὠφέλιμα γίνεται τὰ μυστήρια, οὕτως εἰς φαντασίαν ἐρχόμεθα, ὅτι ἐπὶ παιδείᾳ καὶ ἐπανορθώσει τοῦ βίου κατεστάθη. Itaque, quo quis animo ad haec sacra accedat, multo plus refert, quam quid ab Hierophanta audiat. — Quum Valentinianus sacra nocturna sustulisset, pro Graecorum cerimoniis deprecatus est Praetextatus proconsul: *τοῦτον ἔφη τὸν νόμον ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι καταστήσειν τὸν βίον, εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια κατὰ θεσμὸν ἐκτελεῖν* Zosim. IV. 3. Eleusinia sine dubio significans, quae etiam Cicero Legg. II. 14. in ipsa lege, quae est de nocturnis, excipit nominatim.

Haec fere sunt potiora argumenta, quibus mysteriorum buccinatores uti solent ad comprobandum, Hierophantas concionabundos omnis divinae religionis et humani officii rationem explicuisse. Cetera, quae afferunt, versantur in similitudinibus et translationibus, quarum quid quaeque ad probationem conferat, expendere constituimus, initio sumto ab Aeschyli causa, de qua primum exposui in Dissert. de Myster. Argum. MDCCCXX.

§. 12.

Aeschylus, quum forte aliqua in fabula dixisset aliquid vel spectandum exhibuisset, quod cum

Eleusiniis haud fortuito congruere videretur, profanatae religionis reus factus hac excusatione usus est, ut se nescire diceret, quid in mysteriis fieri soleret. Quo exemplo Aristoteles in Eth. Nicom. III. 2. illustrat, quid sit per imprudentiam peccare: *Ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα* (quid quis fecerit et quo consilio et qua ratione) *οὐδεὶς ἂν ἀγνοήσειε· δῆλον δὲ, ὡς οὐδὲ τὸν πράττοντα· πῶς γὰρ ἑαυτόν γε; ὃ δὲ πράττει, ἀγνοήσειεν ἄν τις, οἷον λέγοντες φασὶν ἐκπεσεῖν αὐτοῖς, ἢ οὐκ εἰδέναι, ὅτι ἀπόῤῥητα ἦν, ὥςπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά.* Quem ad locum haec adnotat Eustratius p. 40. A. quae etsi jam ab aliis prolata sunt, tamen ita arcte cum hac causa cohaerent, ut omitti non possint: *Δοκεῖ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἔν τε ταῖς Τοξοτίσι καὶ Ἱερείαις καὶ ἐν Σισύφῳ καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ ἐν Οἰδίποδι· ἐν γὰρ τούτοις πᾶσι περὶ Δήμητρος λέγων τῶν μυστικωτέρων περιεργότερον ἅπτεσθαι δοκεῖ. Λέγει δὲ περὶ Αἰσχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὡς κινδυνεύοντος ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεθῆναι ἐπὶ τῷ τῶν μυστικῶν προφέρειν τινὰ δοκεῖν, εἰ μὴ προαισθόμενος ἐπὶ τὸν τοῦ Διονύσου κατέφυγε βωμὸν, καὶ Ἀρειοπαγιτῶν αὐτὸν παραιτησαμένων, ὡς ὀφείλοντα κριθῆναι πρῶτον, ἐδόκει ὑπαχθῆναι εἰς δικαστήριον,* quam rem multi in transcursu attigerunt, Meursius Eleus. c. XX. Fabricius Bibl. Gr. T. II. p. 171. docti Itali in Le Pitture di Ercolan. T. II. p. 151. Petitus Legg. Att. L. I. p. 103. Hemsterhusius ad Lucian. T. III. p. 332. omnesque ii, qui de mysteriis scripserunt. Si Starckium sequimur in Hephaest. p. 50., Aeschylus

idem publice dixit, quod Hierophantae privatim, Jovem, Apollinem et ceteros, qui pro diis haberentur, homines fuisse; idque professus est in Prometheo vincto — eo scilicet, quem Starckius legit. Freretius Sur le culte de Bacchus in Mem. Acad. Inscr. T. XXIII. p. 266. Aeschylum putat in illam suspicionem adductum esse eo quod Dianam Cereris filiam dixisset; id enim dogma Eleusinium fuisse et propterea ab Herodoto II. 156. et Pausania Aegyptiacum nominari, quod nollent Eleusiniae doctrinae mysterium prodere. Videamus hoc quo proserpat. Si Aeschylus, quum ad Dianam transferret, quod vulgo de Proserpina creditum, mysteria evulgavit, fere pro explorato haberi potest, in his illam Theocrasiae rationem traditam esse, qua deorum popularium nomenclatura ad unius naturalis dei vim et naturam revocatur. Idque mirifice confirmare videtur Heraclides Alleg. VI. p. 21. *ὅτι τοίνυν ὁ αὐτὸς Ἀπόλλων ἡλίῳ καὶ θεὸς εἷς δυσὶν ὀνόμασι κοσμεῖται, σαφὲς ἡμῖν ἔκ τε τῶν μυστικῶν λόγων, οἷς αἱ ἀπόῤῥητοι τελεταὶ θεολογοῦσιν.* Nam si Hierophantae Dianam eandem Proserpinam esse docuerunt et Apollinem eundem Solem, id proxime convenit cum Stoicorum ratione; Stoici autem dicunt non esse nisi deum unum et unam potestatem, quae pro ratione officiorum nostrorum variis nominibus appellatur; unde eundem Liberum eundem Apollinem appellant, item Lunam eandem Proserpinam dicunt etc. Serv. ad Georg. V. 1. Verum

illa sive Freretii sive Perizonii (ad Aelian. V. 19.) conjectura a veritate longe aberrat. Nam si Aeschylo crimini datum est, quod deorum nominibus res naturales significasset, haud intelligi potest, cur Sophoclem Euripidemque paria ausos, inultos impunitosque dimiserint. *Καὶ Σοφοκλῆς Δία τὸν ἥλιον καλεῖ λέγων Ἥλιος οἰκτείρειέ με, ὃν οἱ σοφοὶ λέγουσι γεννητὴν θεῶν καὶ πατέρα πάντων* Vit. Arat. p. 274 [a]. Euripides autem aperte Apollinem eundem Solem esse declarat in Phaeth. Fr. II. 11.

Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι᾽ ὥς μ᾽ ἀπώλεσας
καὶ τόνδ᾽. Ἀπόλλων δ᾽ ἐν βροτοῖς σ᾽ ὀρθῶς καλεῖ
ὅστις τὰ σιγῶντ᾽ ὀνόματ᾽ οἶδε δαιμόνων [b].

Idemque vim terrenam omnia generantem modo Cererem Bacch. 275. modo Vestam Fr. CLXXVIII. cf. Valcken. Diatr. V. 34. tum in Dianam transfert Lunae partes Iph. A. 1570. et eidem Hecates nomen tribuit Ion. 1049. [c] Macrobius autem Sat. I. 18. ut Liberi et Apollinis nominibus unum eundemque deum significari ostenderet, primum Aeschyli versum profert *Ὦ κισσεὺς Ἄπολλον Καβαῖος ὁ μάντις* [d] tum Euripidis *Δέσποτα φιλό-*

[a] Wakefieldius etiam *τὸν κατ᾽ ἄστρα Ζῆνα* Trachin. 145. de Sole accipit, quod cum v. 1106. parum convenit. *Ἡ ἐν ἄστροις Ἀφροδίτη* Synes. Enc. Calv. p. 83. D. planeta est.

[b] Paronomasiae exemplum ab Aeschylo sumtum Agam. 1090. v. Liebel ad Archil. p. 65.

[c] Eichstaedius in Quaest. Philol. Specc. c. VIII. p. 78. Hecatea et Proserpinam a Tragicis confundi negat, sed contrarium docent exempla collecta a Sprengelio in Symbol. ad Histor. Medic. P. III. p. 25. aptiora his quae Spanhemius attulit. Copiosius haec nuper tractavit Ed. Mueller in Dissert. Euripides deorum popularium contemtor Vratisl. 1826. p. 40. sq.

[d] Pro *Καβαῖος ὁ μάντις* Nicol. Perottus Corn. Cop. p. 694. et

δαφνε Βάκχε Παιὰν Ἄπολλον εὔλυρε. Verum vana est tota illa argumentatio ab epithetis *κισσεύς* et *φιλόδαφνος* repetita [e], quoniam hedera etiam Apollini et Musis sacra fuit (v. Martian. Cap. L. I. p. 5. Jacobs ad Anthol. T. VI. 381.) et Libero laurus, quem scriptor Hymni Hom. v. 9. *δάφνῃ καὶ κισσῷ πεπυκασμένον* inducit. cf. Tertullian. de Cor. c. XII. Sed superest in Aeschyli reliquiis multo certius hujus confusionis exemplum:

Ὃν οὔτε πέμφιξ ἡλίου προςδέρκεται
οὔτ' ἀστερωπὸν ὄμμα Λητῴας κόρης [f].

quos versus Galenus L. VI. de Morb. Epid. c. 29. 385. T. IX. e Xantriis profert, non ex una illarum fabularum, in quibus Aeschylus res mysticas attigisse dicitur. Quibus omnibus efficitur, Dianae, Lunae, Proserpinaeque nomina sine ulla profanati mysterii suspicione promiscue posita

p. 994. scribit *ὦ Βάκχε ὦ μάντις*, sicut Editt. Basil. et Vesal. ubi vetus lectio *καβαῖος* in marg. notatur. Barnesius ad Bacch. 408. *Σαβαῖος* emendat; Meursius *ὁ καὶ Βάκχος ὁ μάντις*, quod merito rejicit Hermannus in Censura Stephani a Britannis editi p. 20. Si nihil aliud, certe *Ἀβαῖος* emendandum esse dixi in Nott. ad Aj. p. 332. Vulgatam lectionem Welckerus defendit in Trilog. p. 130. literam aeolicam praetexens, cujus usus si tam late patuit, ut Aeschylus urbem notissimam Abas in *Κάβας* mutare et fabula ejus *Κάβειροι*, ut viro docto videtur p. 165. *Κάειροι* dici potuerit, quid reliquum est nisi ut Athenienses se ipsos nonnunquam *Καθηναίους* vocasse putemus? Vocabula *ἄγχαρμος* et *κάγχαρμος*, quae idem pro exemplo affert, tam sibi sunt diversa quam praepositiones unde constant *ἀνά* et *κατά*.

[e] Thesauri editor p. 26. „Nemo dixerit Macrobium „hac una de causa versum attulisse, quod Aeschylus „Apollinem *Κισσέα* appellavit, quo epitheto Bacchus „alibi ornatur." At alia causa non extat, quae autem extat minime abhorret a Macrobii ingenio, qui Liberum eundem Apollinem esse hoc argumento probat, quod Lacedaemonii Hyacinthia celebrantes hedera coronentur p. 309. *Βάκχος* in Aeschyli versu entheum significare videtur.

[f] Corayi correctionem ad Isocr. p. 242. praecepit Bentlejus. v. Naekii Sched. Crit. p. 31.

esse [ff]. Si vero negamus Aeschylo criminosum fuisse, quod ceteri Tragici, quod multo ante Physici, quod paullo post Stoici sine cujusquam offensione fecerunt, non continuo hoc negotii suscipimus, ut causam ipsam criminationis patefaciamus. De qua veteres ipsi praeter Aristotelem ejusque auditorem nihil exploratum habuisse videntur. Is autem liberam nobis relinquit conjecturam, utrum Aeschylum aliquid dixisse in fabula, quod idem in mysteriis diceretur, an actum quendam solemnem in scena assimulasse credamus. Mihi quidem haec ratio ad veritatem propensior videtur, nec inepta ad explicationem alius caussae a rhetoribus decantatae, qua idem poeta, quum Furias doceret, implicatus est. v. Hermann. de Choro Eumen. II. p. 21. Nam quod vulgo narrant de terrore puerulorum [g] et de aucto dearum numero, alterum fabulosum est, alterum non potuit in crimen vocari [h] neque Aeschylus victor pronunciari, si, ut Heraclides narrat, prope factum ut occideretur; quod in ipso fabulae exordio accidisse cum summa totius spectaculi perturbatione sumendum est, si Heraclidae narratio, ut viro praestantissimo visum, ad Eumenides spectat. Si vero illa Areopagitarum pompa faces ardentes praeferentium et Furiarum solemnis deductio Eleu-

[ff] v. Epimetr. III.

[g] Conf. Juven. III. 175. personae pallentis hiatum In gremio matris formidat rusticus infans.

[h] Plures quam tres Furias Euripides inducit Iphig. T. 970. binas consecrarunt Athenienses Schol. Oed. 42. Sine dubio liberum fuit, quot quis vellet Gratias, Horas, Musas introducere; quanquam ternarium numerum poetae et fictores tenuerunt ut colloquio struendo et rebus agendis aptissimum.

siniae daduchiae imaginem praebuit, existimare possumus, quanta multitudinis indignatio, quantus tumultus exortus fuerit, quum sanctissimas cerimonias imitatione scenica profanari videret [i]. Sic de suis temporibus narrat Pinedo in Breviar. Auctor. ad Stephan. p. 753. b. „Poetae Itali „comici et tragici non audent summos „pontifices in suis fabulis introducere, „quum reges et imperatores introducant. „Nam quum id fecisset poeta quidam jus„su pontificio supplicio affectus fuit, ne „dignitas pontificia quodammodo evi„lesceret.“ Neque invidia caruerunt Schillerus et Wernerus, ecclesiasticas cerimonias in scena ostentantes. Quod autem G. Hauptius in Quaest. Aeschyl. p. 59. affirmat, id quod modo diximus Aristotelis omnisque antiquitatis testimoniis adversari, quibus Aeschylum non ritibus mysteriorum sanctitatem sed dictis laesisse constat, id multum abest ut concedam. Aristoteles dicit: Qui inscienter agit — *ὁ δι᾽ ἄγνοιαν πράττων* — potest se purgare, si in loquendo se lapsum dicat, aut si inscitiam excuset: *ἢ οὐκ εἰδέναι ὅτι ἀπόῤῥητα ἦν, ὥσπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά* [k]. Minime ille de excusatione dicti

[i] Seneca Ep. CXV. Quum hi novissimi versus in tragoedia Euripidis (Bellerophonte) pronuntiati essent, totus populus ad ejiciendum et actorem et carmen consurrexit uno impetu.

[k] Ex hoc sane colligi posse videtur, quod Clemens directe tradit, Aeschylum non fuisse initiatum. Nam ut concedam Welckero de Trilog. p. 107. sq. non eadem omnibus spectacula exhibita esse, quo referri potest Senecae testimonium Quaest. Nat. VII. 31. Non semel quaedam sacra traduntur, servat Eleusis, quod osten-

loquitur sed in universum, quomodo aliquis seu dictum seu factum excusare possit; de quo tota disputatio est. Heraclides autem narrat Aeschylum graviter periclitatum esse ἐπὶ τῷ τῶν μυστικῶν τι προφέρειν, unde nemo certior fit, utrum dogmata mystica an cerimonias in lucem protulerit, Aelianus simpliciter Αἰσχύλος ἐκρίνετο ἀσεβείας ἐπί τινι δράματι, Clemens: τὰ μυστήρια ἐπὶ σκηνῆς ἐξειπών· quod verbum ἐξειπών nihil aliud significat quam evulgare, neque incommode de poeta scenico dici potest, sive effatur celanda sive oculis subjicit; ac ne taciti quidem egrediuntur illi Furiarum deductores. Quae Eustratius dicit de quinque fabulis rerum mysticarum memoriam referentibus, certum indicium praebent, aliud huic mysticum visum esse, aliud Atheniensibus, quos unum idemque facinus quater inobservatum inultumque reliquisse prorsus incredibile videtur, nisi forte Aristotelis interpretes christianos in his rebus acutiores fuisse putemus, quam illos ipsos mysteriorum spectatores. Welckero quaerenti quaenam illi Aeschyleae pompae similitudo esse potuerit cum daduchia Eleusinia (de Trilog. p. 109.) nescio an satisfacturus sim si carmen propempticum, si Areopagitarum vestitum et ornatum, si modos musicos aliquam cum Eleusiniis similitudinem habuisse responderim [1]. Ac de ornatu qui-

dat revisentibus, tamen id Atheniensibus ignotum esse non potuit; cognito autem, neminem scire posse quid alii ante se in mysteriis vidissent, Aeschylo non nisi ii succensere poterant, qui cum ipso initiati erant.

[1] Consueverunt etiam Comici choros cum facibus educere, ut

dem suspicionem praebet Athenaeus I. 21. E: *Αἰσχύλος ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα, ἣν ζηλώσαντες οἱ ἱεροφάνται καὶ δᾳδοῦχοι ἀμφιέννυνται.* pro quo sic potius dicendum videtur, Aeschylum, choragii scenici instructorem, sacerdotalem habitum ad scenam transtulisse. Nam diadema et purpura vetera fuerunt sacerdotum insignia, quibus deinde omnes qui in ludis publicis et pompis sacrorum prodirent, usi sunt, histriones, rhapsodi, citharoedi.

Haec fuit nostra de Aeschyli crimine conjectura, si minus vera, certe nulli veterum testimoniorum contraria. De qua utcunque existimabitur, illud quidem nemo amplius impetrabit, ut Aeschylum Hierophantarum decreta de natura deorum evulgasse nobis persuadeat.

§. 13.

Sed instat aliquis et urget intentius: Cur ergo ille Aristotelis interpres Aeschylum dicit de Cerere *μυστικώτερόν τινα εἰπεῖν,* si nihil de hac dea in mysteriis sublimius traditum est? Cur Heraclides Apollinem et Solem eundem esse affirmans, testes adhibet *τοὺς μυστικοὺς λόγους, οἷς αἱ ἀπόῤῥητοι τελεταὶ θεολογοῦσι?* Quibus congruit Sophoclis enarrator ad Antig. 1146. Liberum Patrem *ἄστρων*

Aristophanes in Ranis et Antiphanes Athen. XV. 686. C. qui nunquam in crimen vocati sunt. Neque ego daduchiam Aeschylo criminosam fuisse dixi sed daduchiam Eleusiniae similem. Ceterum hanc similitudinem non admodum expressam fuisse necesse est, quando a nemine animadversa est eorum, qui fabulam, antequam in scenam committeretur, examinarunt et edidicerunt.

χοραγόν a poeta cognominari *κατά τινα μυστικὸν λόγον*, et Clemens Strom. I. 349. *Ἀπόλλων μυστικῶς κατὰ στέρησιν τῶν πολλῶν νοούμενος·* neque discrepat Damascius ap. Phot. Bibl. CCXLII. 552. Aeonem Alexandriae coli scribens, qui idem sit Sol et Adonis *κατὰ τὴν μυστικὴν θεοκρασίαν*. Nonne haec satis superque declarant, in mysteriis unius summi dei notionem explicatam esse? Hos scrupulos ut eximam, primum mihi exponendum est, nomen *μυστικὸν* quam late pateat, deinde teletae illae, de quibus Heraclides loquitur, quam diversae fuerint Eleusiniis.

Mysticum igitur non solum illud dicitur [a], quod in mysteriis proponitur (qua una exceptione excluduntur pleraque, quae pro mysteriis et quae contra dici solent) sed quidquid difficiliorem intellectum speciemque secreti habet, sive a natura ipsa involutum est, sive reconditis quibusdam continetur doctrinis, seu ob verborum obscuritatem majorem minoremve pro captu audientium. Justinus Paraen. p. 18. *Πυθαγόρας ὁ τὰ δόγματα διὰ συμβόλων μυστικῶς ἐκθέμενος*, hoc est, symbolis suis praecepta sapientiae latenter inclusit.

[a] *Μυστικὸς λόγος ὁ περὶ τὰ ἄῤῥητα μυστήρια* Schol. Arist. Nub. 302. — Hesychius: *Μυστικόν, λεπρὸν ἢ λεπτόν·* Pluto *χοῖρον μυστικόν* (Aristoph. Acharn. 747. 764.) significari macilentum illum, quoniam imperatur, sicut a g n u s c u r i o dicitur Plaut. Aulul. III. 6. 27. q u i o s s a a t q u e p e l l i s t o t u s e s t, quales afferre solebant curiales. Alexander ad Aristot. Soph. El. p. 4. b. *αἱ φυλαὶ ἐν τῇ προσαγωγῇ τῶν ἱερείων — σπεύδουσα ἑκατέρα τὴν ἑτέραν ὑπερβάλλειν ἐνεφύσα τῷ λιπόκρεῳ καὶ λιπῶδες ἐποίει φαίνεσθαι τὸ μὴ ὂν ἐκ τοῦ φυσήματος*. v. Valckenar. ad Theocr. Id. IV. 20. *Μύστην λούοντα χοιρίδιον ἐν Κανθάρῳ λιμένι κῆτος συνέλαβε* Plut. Phoc. XXVIII. 31. cujusmodi portentum significatur in Aeschin. c. Ctesiph. 520. (72.) *τὸ τοῖς μυστηρίοις φανὲν σημεῖον, ἡ τῶν μυστῶν τελευτή*.

Clemens Strom. IV. 633. *μυστικῶς καὶ τὸ Πυθαγόρειον ἐλέγετο ἕνα γενέσθαι καὶ τὸν ἄνθρωπον δεῖν.* Himerius Ecl. XVIII. 262. *ὤδινεν ἐξ οὐρανοῦ τὴν Ἀφροδίτην ἡ θάλασσα, τὰς δὲ ὠδῖνας ταύτας αἵτινές ποτ᾽ εἰσὶ, μυστικοὶ λόγοι κρύπτειν κελεύουσι,* significans quandam subtiliorem rationem nec omnibus in promptu positam. Sidonius Apoll. Ep. IX. 264. mystico amplexu tecum membra conjungit philosophia. Causam symboli in occulto habitam hoc nomine significat Achilles Tat. III. 6. de Jovis Casii statua loquens: *προβέβληται τὴν χεῖρα καὶ ἔχει ῥοιὰν ἐπ᾽ αὐτῇ· τῆς δὲ ῥοιᾶς ὁ λόγος μυστικός.* Juno Polycleti cur altera manu malum punicum gerat, dicere recusat Pausanias II. 17. quia *ἀποῤῥητότερος ὁ λόγος.* Strabo L. IX. 411. *συγκαθίδρυται ὁ Ἅιδης τῇ Ἀθηνᾷ, κατά τινα, ὥς φασι, μυστικὴν αἰτίαν.* Est, ubi ab allegorico discerni non possit. Servius ad Georg. III. 391. Endymion amasse dicitur Lunam; qui spretus pavit pecora et sic eam in suos illexit amplexus. Cujus rei mystici volunt quandam secretam esse rationem. Illam videlicet quam Stoicidae venditant. Lactantius ad Stat. Theb. III. 560. Fama cataclysmi inanis est, nec fieri potuit, sed mystice per fabulam figuratum est, quia genus mortalium vitia atque ignavia invasit. Idem ad II. 715. de Minervae partu: Est vero mysterium, quod lucis (Lucinis) intaminata atque armis munita virgo de vertice dei maximi orta di-

catur. Augustinus de Civ. X. 21. Hoc nomen (heros) a Junone dicitur tractum, quae graece Ἥρα, et ideo nescio quis filius secundum Graecorum fabulas heros fuerit nuncupatus, hoc videlicet velut mysticum significante fabula, quod aer Junoni deputetur, ubi volunt heroas habitare. Arnob. V. 32. Itaque qui dicit, cum sua concubuit Jupiter matre, Jovem pro pluvia, pro tellure Cererem nominat. Sic et raptus Cereris aliud dicitur, aliud significatur, et sub vulgari simplicitate sermonis latet ratio secreta et altitudo involuta mysterii. Fulgentius Myth. L. I. Praef. p. 21. repulso mendacio Graeciae fabuloso commento, quid mysticum in his sapere debeat cerebrum, agnoscamus; quo exordio inducitur fabulae interpretatio allegorica, quales hodie quoque cerebra mystica exsudant. cf. L. II. c. 15. et 16. Et illae ipsae Ecclesiasticorum θεωρίαι μυστικαί quid aliud sunt, quam explicationes librorum sacrorum allegoricae? quibus in libris aliud secundum literam vel historiam, aliud secundum mysterium dici Ambrosius L. de Vid. p. 145. T. I. Philastrius de Haer. p. 51. Bibl. Bing. T. IV. P. 1. aliique affirmant plurimi. Nec distat quidquam a symbolico genere dicendi. Anecd. Bekk. T. I. 384. ἁλὸς θείοιο (Il. 24. 214.) μυστικῶς οὕτως προςαγορεύεται· σπονδαὶ γὰρ καὶ ὁμεστίων καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων καὶ τραπέζης κοινωνία τούτῳ χαρακτηρί-

ζονται [b]. Sed Schol. ad Lyc. 132. ἅλα ἐτίθουν οἱ παλαιοὶ ἐν ταῖς τῶν ξενίων καταρχαῖς συμβολικῶς, ἐπευχόμενοι ὥςπερ ὁ ἅλς ἐκ δύο φύσεων εἰς μίαν ἐπάγη, οὕτω παγῆναι καὶ τούτους. Et quanquam symboli nomen latius patet quam allegoriae, allegorici autem genus quoddam sublimius **mysticum** appellatur, illud fere, quod ad Theoriam sive Anagogam [c] inclinat, tamen vocabula illa **mystici, allegorici, symbolici,** vices inter se permutant, saepeque indiscreta sunt. Proculus verbi causa in Theol. L. V. 5. 256. τοὺς Κρονίους δεσμοὺς μυστικῶς τὴν περίληψιν τῶν ὅλων καὶ τὴν ἕνωσιν πρὸς τὸν νοῦν significare dicit, et eadem vincula in L. V. p. 321. σύμβολα τῆς συνεκτικῆς τῶν νοερῶν κοσμήσεως appellat. Plotinus Enn. V. Lib. V. c. 6. τὸν Ἀπόλλωνα, inquit, οἱ Πυθαγορικοὶ συμβολικῶς πρὸς ἀλλήλους ἐσήμαινον ἀποφάσει τῶν πολλῶν, at Lydus de Mens. p. 26. Apollinem dicit μυστικῶς τὸν ἕνα λέγεσθαι. Ita quod Pindarus Ol. X. 13. carminis sui impetum Ψᾶφον ἑλισσομέναν vocat, unus Scholiastarum ἀλληγορικόν esse dicit, alter συμβολικόν. Ergo incassum luctatur Heynius ut Homerum non allegorice sed symbolice (id enim vendibilius) interpretari videatur; hoc vero est, ut ipse ait (Exc. III. ad Il. XXIII. p. 569.) **accommodate ad antiquiorem sensum poetarum ante Ho-**

[b] Τοὺς ἅλας τῆς φιλοφροσύνης ὑπὸ τὰς πτέρνας καταβαλλόμενος Theophylact. Excc. Legg. p. 186. C. οἱ ἅλες τῆς ὁμολογίας ἠθέτηνται Id. Hist. VI. 6. 151. C. v. Liebel ad Archiloch. p. 197.

[c] Gregor. Naz. Or. XLII. 684. τὰ ἄγαν θεωρητικὰ καὶ ἀνηγμένα. Glossae Gr. Lat. Ἀναγωγικός, mysticus. cf. §. 19. De nom. θεωρία v. Vales. ad Socr. H. Eccl. I. 3. p. 75.

merum. Praeclare, si quis nosset illos Ante-Homeros, legissetve. Sed pro his Heraclidae scrinia compilant symbolorum Daedali.

Neque angustiores terminos habet usus nominum ὄργια, τελεταί, μυστήρια, quibus sacra lustralia, depulsoria, parentalia atque magica comprehenduntur. De Plynteriis Plutarchus V. Alcib. XXXIV. δρῶσι τὰ ὄργια Πραξιεργίδαι. Hesychius: Κεντριάδαι οἱ περὶ τὰ μυστήρια. Athenagoras Leg. c. 1. Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια ἄγουσι καὶ Πανδρόσῳ. Anecd. Bekk. p. 239. Δειπνοφορία ἐστὶ τὸ φέρειν δεῖπνα τοῖς Κέκροπος θυγατράσι· ἐφέρετο δὲ πολυτελῶς κατά τινα μυστικὸν λόγον. Lupercalia, quae καθαρμῷ similia Plut. V. Num. c. XIX. Varro ap. August. Civ. XVIII. 17. (Fragm. p. 362.) mysteria appellat, idemque nomen Secularibus tribuit Herodian. III. 8. nec latet causa. Cybelae et Gallorum mysteria Zeno Veronens. Tract. L. I. 13. 126. T. V. Gall. et Lydus de Mens. p. 43. Galenus de Theriac. L. I. 1. p. 931. A. Πείσωνος υἱὸς ἁπαλὸς πάνυ, ἐπειδή τις δημοτελὴς ἦν μυστηρίων ἱερουργία, διὰ θρησκείαν τὴν ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων θεῶν ἀναγκαίως ἀγομένη ποτέ, ἐφ᾽ ὅτῳ καὶ τοὺς εὐγενεστάτους παῖδας ἱππεύοντας καὶ χορεύοντας ἔδει τινὰ τῶν μυστηρίων καὶ αὐτοὺς ἐπιτελεῖν, ludicrum Trojae significat, tempus incertum relinquit[d]. Nec satis liquet, quaenam illa sint mysteria, quorum

[d] Cajus Caesar ἐν τινῶν τελεταῖς μυστηρίων, ἃς αὐτὸς συνίστατο, στολὰς ἐνδυόμενος γυναικείας Joseph. XIX. 1. Praetereo recentiores, qui hoc nomine liberius utuntur, Schol. Aristoph. Nubb. 508. et Lys. 646. quorum hic puellarum Atticarum ἀρκτεύσιν enarrans τὸ

tempus sibi nuntiari jubet Cicero ad Att. V. 21. v. Gronov. Observ. IV. 9. 614. Sam. Petit. de Anno et Per. p. 377. in Graev. Thes. T. VIII. Mongault. Lettr. de Cicer. à Attic. T. II. p. 95. Pausanias I. 38. Junonis τελετήν memorat in descriptione urbis NauplIae; Dryopis apud Asinaeos IV. 34. Antinoi Mantineae VIII. 9. Gratiarum Athenis IX. 35. Sed praecipue sacris feralibus et resolutoriis haec nomina conveniunt. Servius Georg. IV. 503. mysticum est; dicitur enim bis eandem umbram evocare non licere. Auctor Anon. de Mulier. Virt. in Bibl. Vet. et Art. P. V. p. 17. Didonem narrat rogum exstruxisse σκηψαμένην τελετήν τινα πρὸς ἀνάλυσιν ὅρκων, hoc est ad deprecationem θεῶν ὁρκίων καὶ ἀραίων [e], Zosimus IV. 13. 320. ἔστησαν τρίποδα τὸ μέλλον αὐτοῖς σημαίνοντα διά τινος τελετῆς [f].

μυστήριον vocat, pro quo Huelmannus de Orig. Damii p. 4. τελετήν, sicut Hesychius vocat, dici oportuisse putat; altero loco, qui in Trophonii antrum descendunt οἱ μυούμενοι nominantur; et oraculum Pythium μυστήριον Eur. El. 87. Ἀλῷα ἑορτὴ μυστήρια περιέχουσα Δήμητρος Schol. ad Lucian. Dial. Meretr. VII. 228. T. VIII. In Murator. Inscr. Cl. II. 163. 4. et Marm. Oxon. Append. XIX. τῆς Ἀρτέμιδος ἱέρεια ἐπιτελέσασα τὰ τῆς θεοῦ μυστήρια καὶ τὰς θυσίας λαμπρῶς. De Herculis (Coi, ut videtur) mysteriis loquitur Lydus Mens. p. 92. et ejusdem sacra Romana mysteria appellat Aurel. Vict. c. VIII. Κρόνου μυστήρια ἐπιτελεῖν ἐν τῷ τεκνοφονεῖν Justin. Apol. c. XII. 604. τελεταὶ τεκνοφόνοι ἢ κρύφια μυστήρια Sap. XIV. 15. 23. τελετὰς συνίστασαν ὡς καὶ σπλαγχνοσκοπούμενοι παῖδας καταθύειν ἀφθόρους Socrat. Hist. II. 13. 189.

[e] Plutarch. V. Rom. XXII. τὸν ἀποδιδόμενον γυναῖκα θύεσθαι χθονίοις θεοῖς, iis, puto, quos in contrahendo foedere conjugali juris jurandi testes et vindices adhibent. Dionys. Antiqq. VI. 89. τοῖς μὲν ἐμπεδοῦσι τὸν ὅρκον τοὺς θεοὺς τοὺς οὐρανίους ἵλεως εἶναι καὶ δαίμονας τοὺς καταχθονίους — qui, ut Homerus ait, ὑπένερθε καμόντας ἀνθρώπους τίνυσθον ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ v. Heyn. ad III. 279. Hinc igitur οἱ ἱερεῖς παρεγένοντο τῇ τοῦ γάμου διαλύσει πολλὰ φρικώδη καὶ ἀλλόκοτα καὶ σκυθρωπὰ δρῶντες. Plutarch. Quaest. Rom. L. 342. T. 8.

[f] De sacris magicis Synesius de Insomn. p. 144. A. ἔνιαι τῶν.

Schol. Pind. Pyth. IV. 281. ἔθος ἦν τῶν τελευτησάντων ἐπ' ἀλλοδαπῆς τὰς ψυχὰς διά τινων μυστηρίων ἀνακαλέσασθαι. Annaeus Gaz. Theophr. p. 24. (Bibl. Bing. T. XII. 627.) παρὰ Χαλδαίοις καὶ Αἰγυπτίοις καὶ Ἕλλησιν οἱ τὰς τελετὰς ἐγείροντες καὶ γοητεύειν τῶν πάλαι τελευτησάντων τὰς ψυχὰς ἐπαγγελλόμενοι, εἰ τὴν Ὁμήρου ἐκκαλεῖν, εἰ τὴν Ὀρφέως, εἰ Φορωνέως, εἰ τὴν Κέκροπος, ἀλεκτρυόνα θύοντες καὶ χαρακτῆρα ὑπογράφοντες λέγουσι προκαλεῖσθαι καὶ δεικνύναι. Simonis magi praestigias, quibus pueri speciem ex aere format, τελετήν vocat Clemens Recogn. II. 26. 637. T. II. Sagae mortuum evocantis miracula μυστήρια Heliodor. Aeth. VI. 14. 251. Et his magorum offuciis proxima similitudo cum Platonicorum τελεταῖς ἁγιωτάταις, quae quoniam turpi quorundam errore huic causae implicatae sunt, operae pretium erit earum simulacrum hoc loco inserere.

§. 14.

Etenim illo fatali tempore, quo omnis humanus et civilis cultus seculi in pejus ruentis vertigine haustus pessum ire coepit, inter caetera gliscentis barbariei signa et portenta pullulavit illa ex variis fontibus temperata Theosophia, futuri scientiam, fatorum regimen [ϛ] et quidquid hiantes

ἐπὶ προγνώσει τελετῶν τοὺς ἱεροφάντας ἀπὸ τῶν μεγίστων τιμημάτων αἱροῦνται (operosum apparatum requirunt) καὶ δεῖ δαπάνης συχνῆς καὶ τύχης συγκομίσαι Κρῆσσαν βοτάνην καὶ πτέρον Αἰγύπτιον καὶ ὀστέον Ἰβηρικόν. Dioscorid. V. 118. p. 296. b. χρῶνταί τινες καὶ εἰς τελετὰς αὐτῇ (terra Lemnia).

[ε] vid. Porphyrii locum a Ficino ad Enn. II. L. III. c. 8. 126. allatum.

superstitiosorum cupiditates explere posset, professa ac pollicita. Ad quam si populus et vulgus imperitorum sese dedisset, si pauci, si illi, quos Ennius detestatur

Aut inertes aut insani aut quibus egestas imperat,

nihil sane nisi communem indoctae semidoctaeque multitudinis sortem conquereremur. Sed, pudendum dictu, philosophos legimus neque eos ignobiles et satis arrogantes hujus turpitudinis non participes sed duces et signiferos fuisse, illos ipsos Platonicorum coryphaeos, Porphyrium, Jamblichum, Proculum, caeteros hujus ἱερᾶς γενεᾶς, quibus terrae motus compescere ludus erat, imbres elicere jocus, tantaque cum divinis naturis, heroibus, geniis, angelis, archangelis familiaritas, ut quem quisque eorum in Hierarchia coelesti obtineret locum, primo adspectu agnoscerent. Itaque de his omnium intelligentium una semper atque eadem fuit sententia, solumque hoc ambigitur, improbiusne mentiti an putidius philosophati an ineptius Homeri Platonisque sententias interpretati fuerint Platonici. Sed de mendaciis eorum infra dicetur; de ceteris virtutibus Ruhnkenius breviter distincteque, quod res habet, pronunciavit. „Etsi „Longinus, inquit, Ammonium, Origenem, Am„moniique discipulum Plotinum, aliis aetatis suae „philosophis anteferebat, non tamen idcirco exi„stimandum est, philosophandi rationem, quam „illi sequerentur, per omnia probasse — — Lon„ginum ignoret oportet, qui tali ingenio placuisse „credat duram et contortam philosophorum, qui

„conciliari nollent, conciliationem, insanum alle„gorici sive secretioris sensus quaerendi studium, „mysticas disputationes de deo divinisque emana„tionibus et daemonibus, quibus omnes illorum „libri sunt referti, alia denique multa, hic non „attingenda, quibus tum vera et sincera Platonis „philosophia foedum in modum adulterabatur.“ Et paullo post commemoratis Longini in Timaeum commentariis, hujus, inquit, libros utinam fanaticorum interpretum, Procli, Hermiae et Olympiodori jactura redimere liceret[a].

Bonum factum; ut ne quis hujus sententiae indicium Jacobo Tayloro facere velit, Platonicorum omnium admiratori acerrimo, qui quum Astium nostrum ob levem Hermiae reprehensionem noth more than a garrulous smatterer esse pronunciaverit[b] facile, quid Ruhnkenio facturus sit, existimare possumus. Ut lenissime fecerit, Criticum mere verbalem et latratorem vocabit, quo titulo Bruckerum omnesque Platonicorum contemtores nuper ornavit Victor Cousinus[c]. Ergo sunt tamen, quibus isti

[a] Dissert. de Vit. et Script. Long. Sect. VI. p. LXXVIII. Weisk. Idem sensit Themistius, rhetorum elegantissimus Or. II. p. 33. C. εἰ ἐγὼ μόνα δύο ῥήματα μεταβαλὼν καὶ μεθαρμόσας ἐρεσχελοίην πρὸς ὑμᾶς καὶ ἀγροικιζοίμην, οἷα τα πολλὰ εἰώθασιν οἱ νέοι Πλάτωνος θιασῶται, ὅτι ταῦτα πάντα συγγέγραπται τῷ φιλοσόφῳ προφητεύοντι περὶ τοῦδε τοῦ βασιλέως etc.

[b] Class. Journ. T. XXII. 400. Pari gravitate idem censores suos (the generality of reviewers) ne honorem quidem praefatus καθάρματα vocat p. 117. eosque similes esse dicit to the mice that nibbled the veil of Minerva p. 263.

[c] Praefat. Gener. in Procl. T. I. p. XLI. commemorato Bruckeri judicio, qui in Proculi scriptis rudem indigestamque molem se depre-

placeant? Sunt vero multi et erunt mox plures, si ista nova aetas, quam Cousinus vaticinantis in modum praenunciat[d], paullulum irroboraverit. Sed sunt certe, qui Plotini asseclas tanquam certissimos philosophandi auctores et unicos antiquitatis interpretes propemodum in coelum ferant. Non lectos, inquis. De ceteris non nimis repugno. Sed quomodo hoc de Tayloro suspicari possumus, qui in Platonicorum studio quasi vitae suae tabernacula collocavit? qui Plotini, Jamblichi, Proculi libros plerosque, denique Platonem ipsum, quantus quantus est, in vernaculum transtulit sermonem? cujus conjecturis docti homines inventa sua superstruere solent tanquam fundamentis? Est sane anceps judicium; Taylorus ait, Ruhnkenius negat. Utri creditis? Equidem me non interponam; tantum dicam, quantum ex illa Chaldaeorum oraculorum collectione [e] judicare possum, Taylorum in interpretandis veterum sententiis sic versari solere, ut neque librariorum menda, neque typothetarum errata animadvertat, sed verbum de verbo reddere contentus saepe

hendisse dicit et confusionem materiarum male cohaerentium temereque effusarum, haec addit: Id vero parum mirum videtur ab eo homine, qui philosophiam neo-platonicam appellat sentina et cento versicolor. Proclum magis allatrat, quam noscendum et intelligendum facit. Tales hucusque historicos habuere Alexandrini. Hoc est de Bruckero, Moshemio, Tennemanno Cousini judicium; neque id mirum ab eo homine, qui Eclectismus et recollexit et caetera scripsit, quae a Creuzero Taylori admiratore et laudatore summo in Praef. Procl. T. I. exagitata sunt, non indigna sane Plotini praecone; qui, ut Porphyrius refert in Vita p. 9. ne humane loqueretur *ἀναμημνίσκεται* potius quam *ἀναμιμνήσκεται* dicere malebat, et alia hujusmodi.

[d] l. c. p. LXVIII.

[e] Classical Journ. T. XVI. et XVII.

grammaticam, saepissime sensum pervertat. Quum verbi causa in Proculi loco quodam (in Polit. p. 376.) ἡ δυὰς προςήκει τῶν νοερῶν βασιλέων τῷ δημιουργικῷ τοῦ παντὸς, δυὰς γὰρ παρὰ τῷδε κάθηται, φησὶ τὸ λόγιον καὶ τὸ κυβερνᾷν τὰ πάντα καὶ τάττειν ἕκαστον, οὗ ταχθὲν νικῶσαν μὲν ἀρετὴν, κακίαν δὲ ἡττωμένην ἀποδείξει, quum igitur casus tulisset, ut pro οὗ ταχθέν typographus οὐ ταχθέν, apposito puncto ederet, ille alter Rufinus ejusmodi oraculum Chaldaicum concinnavit:

Δυας γαρ παρα τῳδε καθηται και νοεραις ἀστραπτει τομαις και το κυβερναν τα παντα και ταττειν οὐ ταχθεν. [f]

et postremam hujus Saturnini carminis partem, quae intellectu caret, nihil cunctatus sic reddidit: placing in order every thing, which is not regularly disposed[g] ne indicio quidem ad lectorem facto, unde illa verba νοεραῖς ἀστράπτει τομαῖς sumserit, quorum nullum in l. c. vestigium extat sed e Comm. in Tim. III. 216. huc translata sunt[h]. Alium ejusdem Proculi locum in Tim. III. 167. τοιοῦτος γὰρ ὁ ἐκεῖ νοῦς πρὸ ἐνεργείας ἐνεργῶν, ὅτι μηδὲ προῆλθεν ἀλλ' ἐν τῷ πατρικῷ βυθῷ etc. Taylorus sic truncavit, ut schema Alabandicum, sensus autem nullus appareat: Μηδὲ προῆλ-

[f] „The privation of accent is the system of the author" T. XVI. 338.

[g] Haec omnia tacite sumsit a Kirchero Oed. Aeg. T. II. c. III. p. 131. qui eadem verba eodem modo scripsit et interpretatus est.

[h] Eadem leguntur p. 200. sumta ex oraculo quod Damascius servavit Ἔστι γὰρ ἀλκῆς ἀμφιφαοῦς δύναμις νοεραῖς στράπτουσα τομαῖσι p. 195.

θεν ἀλλ' — T. XVII. 132. Neque hoc bis terque fecit sed fere omnibus locis verba ad intellectum sententiae necessaria resecuit, aliena et supervacanea addidit, quasi ex ipsis oraculis depromta, et neque mendosis, quae multa sunt, correctionem adhibuit, neque obscuris interpretationem, nisi illam Rufinianam. Quae ille omnia sine dubio levia ducet et ignoscenda hominibus in altiorum rerum cogitatione defixis (very pardonable in men who are in pursuit of the most important truths T. XXI. 117.) Verum enimvero, o boni! *τὰ μικρὰ μυεῖσθαι πρὸ τῶν μεγάλων*, sic mystica lex est, neque magna professos parva et puerilia nescire decet.

Vellem equidem hac parte disputationis, quae in aliorum reprehensione consumta est, supersedere potuissem. Sed quaestio ipsa, in quam ingressi sumus, natura sua cum ea causa conjuncta est, cujus illi patrocinium susceperunt. Etenim de mysteriorum genere quaerimus eo quod a Platonistis auctoritatem, a Chaldaeis speciem disciplinae accepit, quorum illos Platonicae doctrinae interpretes perfectissimos, hos ipsius Platonis doctores fuisse Taylorus, ejusque sectatores affirmant. Contra quos non plus dicam quam ad institutum pertinet. Ac primum pro concesso valeat, mysteria ista, quorum mentio est in Platonicorum scriptis, privatim celebrata esse et in angulis. Cujus generis sacra post imperii Persici occasum et multo magis sub Romanorum dominatu in dies plura insinuata sunt, auctoribus di-

versis, artificiis iis, quorum specimen exemplumque est Alexander Lucianeus. His vero, quod constet, omnibus ritus inter se pares erant, vota, castimoniae, purificationes; spectaculorum mysticorum tenor unus idemque, divinae species, photagogiae et cetera glaucomatum pro re ac loco apparata; praemiorum, quae initiatis proponerentur, genera varia, summa tamen haec erat, ut initiati divinae se gratiae digniores votorumque omnium compotes fore sperarent. Quam spem adjuvit publica hominum persuasio, secretiore deorum cultu et insolito plus profici ad salutem quam legitima sacrorum popularium observatione. Itaque etiam omnes illos, quibus veritas ludibrio, superstitio in quaestu fuit, singularem quandam sacrificandi disciplinam prae se tulisse legimus, deorum placandorum potentissimam, eandemque paucis cognitam noscendamque. De quorum vanitate Philo breviter, quod in universum valeat, pronunciavit. *Τί γὰρ*, inquit, *εἰ καλὰ ταῦτ᾽ ἐστὶν, ὦ μύσται, καὶ συμφέροντα, συγκλεισάμενοι ἑαυτοὺς ἐν σκότῳ βαθεῖ τρεῖς ἢ τέτταρας μόνους ὠφελεῖτε, παρὸν ἅπαντας ἀνθρώπους ἐν ἀγορᾷ μέσῃ τὰ τῆς ὠφελείας προθέντας, ἵνα πᾶσιν ἀδεῶς ἐξῇ βελτίονος καὶ εὐτυχεστέρου κοινωνῆσαι βίου* de Victim. Offer. p. 856. C. quo loco populares suos graviter admonet: *μηδεὶς οὖν μήτε τελείσθω τῶν Μωυσέως φοιτητῶν μήτε τελείτω· ἑκάτερον γὰρ, τό τε μανθάνειν καὶ τὸ διδάσκειν τελετὰς, οὐ μικρὸν ἀνοσιούργημα.* cf. Schleusner Thesaur. s. v. *Τελεσφόρος* T. V. 286. Et huic similes veritatis

propugnatores alii suis quisque locis modo cavillando modo objurgando, modo rationibus et argumentis mysticae pituitae contagiones reprimere studuerunt; quorum judicia in contextu sermonis, quoties res locusque admonuerit, referentur. Sed vicit nimirum cupido ingenii humani lubentius occulta scrutandi affectavitque tum alias ad coelestia vias tum illam principalem, a Theurgis monstratam, de qua nos aliquid dicere constituimus.

Fuit autem mysteriorum Theurgicorum, summatim aestimantibus, genus duplex; unum graecanicum, alterum, ut dicitur, peregre advectum, ut res est, mixtum e domesticis et barbaris superstitionibus. Illud quale fuerit e Porphyrii libro de Oraculis [1] sive περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας docet nos Eusebius; hujus notitiam continent oracula Chaldaica; utrique autem idem finis propositus, θεαγωγία et θεοπτία. Nam postea-quam veterum oraculorum fides viluit, novum hoc genus praestigiatorum progerminavit, qui sibi a diis ipsis rerum maximarum scientiam per familiaria commercia impertiri fingerent, assumta in auxilium avita superstitione, deos secretioribus quibusdam cerimoniis elici, elicitos de occultis interrogari posse. Proculus in Theol. I. c. 21. p. 55. ἐν τοῖς χρησμοῖς οἱ θεοὶ τὰ πάντα διδάσκουσι, τὰ ὅλα καὶ τὰ μερικὰ, τὰ αἰώνια etc. Neque hoc solum, sed etiam quae unicuique coele-

[1] Sub hoc titulo citat Ficinus librum a se lectum Comm. in Plot. Enn. II. L. III. c. 7. p 121. c. 8. p. 126. (Vers. Lat. p. 70. a.) Enn. III. L. 1. c. 10. Ex illa fabrica videtur oraculum a Stobaeo servatum Ecl. Ph. I. c. 52. 998.

stium illecebrae admovendae sint, quibus sacris, suffimentis, symbolis et precationibus ad obsequium sacrificantium flecti queant: Proculus in Cratyl. p. 77. τοῖς ἐπὶ Μάρκου γενομένοις θεουργοῖς οἱ θεοὶ τὰς νοητὰς καὶ νοερὰς τάξεις ἐκφαίνοντες ὀνόματα τῶν θείων κόσμων ἐξαγγελτικὰ τῆς ἰδιότητος αὐτῶν παραδεδώκασιν, οἷς καλοῦντες ἐκεῖνοι τοὺς θεοὺς ἐν ταῖς προσηκούσαις θεραπείαις τῆς παρ᾽ αὐτῶν εὐηκοΐας ἐτύγχανον. Idem in Tim. IV. p. 266. τοὺς ἀφανεῖς τούτων (periodorum coelestium) αἰτίας ἡ ἱερὰ φήμη θεραπεύει, ὀνόματά τε θεῖα νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐκδιδοῦσα καὶ μηνὸς, καὶ κλήσεις καὶ αὐτοφανείας· καὶ θρησκεύειν καὶ τιμᾶν ἀγάλμασί τε καὶ θυσίαις, οἱ τῶν ἱερέων παρεκελεύσαντο θεσμοὶ καὶ ἐψηφίσαντο αἱ χρησμῳδίαι τοῦ Ἀπόλλωνος, ὡς αἱ ἱστορίαι λέγουσι. Haec unde Proculus hauserit apparet ex L. IV. 251. οἱ θεουργοὶ συνᾴδουσι θεὸν ἐγκόσμιον τὸν Χρόνον ὑμνοῦντες αἰώνιον νέον τε καὶ πρεσβύτην[k] ἑλικοειδῆ[l] καὶ οὐ τὸν χρόνον μόνον ἀλλὰ καὶ ἡμέραν αὐτὴν καὶ νύκτα καὶ μῆνα καὶ ἐνιαυτὸν — τούτων οὖν ἐντυχίας καὶ κλήσεις καὶ θεσμοὺς τελεστικοὺς παρέδοσαν. Theurgorum enim nomine significantur Juliani, pater et filius, quorum ille praecipue ὁ Χαλδαῖος, his ὁ θεουργὸς dicitur, uterque autem artibus magicis excelluit. Sozomenus

[k] Haec respicit Gregorius Naz. Or. III. p. 76. A. τὸ Εὐαγγέλιον τὸ αὐτὸ παλαιόν τε ὁμοῦ τυγχάνον καὶ νέον, ὡς ὑμεῖς τῶν θεῶν ἔνια τερατεύεσθε.

[l] Perperam Stanlejus v. 211. et hunc sequutus Taylorus T. XVII. 250. haec verba scriptoris pedestris inter oracula Zoroastrea retulerunt, omissis, quae proxime subjuncta sunt.

Eccl. Hist. I. 18. 433. *λίθον βίᾳ λόγου χειρὶ διελεῖν, ὃ ἐπὶ Ἰουλιανῷ τῷ καλουμένῳ Χαλδαίῳ κεκομπολογῆσθαι ἀκήκοα.* Porphyrii commentarium *εἰς τὴν τοῦ Ἰουλιανοῦ τοῦ Χαλδαίου φιλοσόφου ἱστορίαν* nominat Suidas s. *Πορφύριος.* Michael Psellus apud Allatium de Graecor. Opin. XXIX. 177. *δύο ἤστην ἄνδρε σοφὼ τὰς ἀποῤῥήτους δυνάμεις, Ἰουλιανὸς, ὁ Χαλδαῖος καὶ ὁ Λίβυς Ἀπουλήιος. Ὁ μὲν οὖν περίαπτα ποιήσας, ἐπάσας δὲ καὶ ταῖς ὕλαις, τοῖς μὲν τὰς τῶν θηρίων ἐπέδησεν ὁρμὰς, τὰ δὲ ἐπισχεῖν οὐκ εἶχεν. Ἰουλιανὸς δὲ καὶ ἐπῳδῶν ἄτερ καὶ περιαμμάτων ἀνεῖλε πάντάπασι.* Minus distincte Sidonius Apoll. VIII. Ep. XI. 237. Julium Firmicum, Sammonicum, Julianum, Vertacum aliosque matheseos peritissimos. et Tzetz. Exeg. p. 104. *Ἡφαιστίων ὁ Θηβαῖος καὶ Ἰουλιανὸς ὁ μαθηματικὸς τὴν ι ἡμέραν φασὶ κρίσιμον εἶναι τῶν λοιμικῶν νοσημάτων.* Sed Lydus Mens. p. 19. *σώματα ὑλικὰ, ἀέρια, ἐμπύρια, ὡς ὁ Χαλδαῖος παραδίδωσι,* Julianum patrem significare et de eodem loqui videtur auctor Scholii, quod ad Luciani locum *ἐπειπὼν ἱερατικά τινα ἐκ βίβλου παλαιᾶς ὀνόματα ἑπτὰ, ἐξήλασεν ὅσα ἦν ἑρπετά* Philops. c. XII. a Graevio est adscriptum T. VII. p. 540. *ἱερατικὰ οἷα εἰκὸς τὰ τελεστικά φησιν Ἰουλιανοῦ, ἃ Πρόκλος ὑπομνηματίζει, οἷς Προκόπιος ἀντιφθέγγεται πάνυ δεξιῶς καὶ γενναίως·* licet Suidas *Τελεστικά* Juliano minori tribuat et praeterea *Θεουργικά* atque *λόγια δι᾽ ἐπῶν,* majori *τελεσιουργικὰ Χαλδαϊκά.* Theurgi libros duo a Suida vel praetermissos vel illo ge-

neraliore titulo comprehensos, celebrat Proculus, unum de Zonis in Tim. IV. 246. οἱ τῶν θεουργῶν ἀκρότατοι θεὸν καὶ τοῦτον (τὸν χρόνον) ὕμνησαν ὡς Ἰουλιανὸς ἐν ἑβδόμῳ τῶν ζωνῶν· et ibid. p. 258. ὁ Θεουργὸς λέγει τὸν δημιουργὸν ἐξ ἀνακρεμάσαι ζώνας, ἕβδομον ἡλίου μεσεμβολήσαντα πῦρ· alterum Hyphegeticon p. 277. πολλῷ πρότερον Χαλδαῖοι περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν κινήσεως ἐδόξασαν· καὶ γὰρ τὰ Λόγια τῶν ἀστέρων τὸ προπόρευμα τῶν ἀπλανῶν πολλάκις λέγοντα τὴν εἰς τὸ πρόσθεν κίνησιν αὐτοῖς ἀποδίδωσι· καὶ ὁ Θεουργὸς ἐν τοῖς Ὑφηγητικοῖς [m] λέγων περὶ τοῦ τρίτου πατρὸς Ἔπηξε δὲ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν, τὸ πῦρ πρὸς τὸ πῦρ ἀναγκάσας· quae emendatius leguntur p. 380. addito τούτων πλήρεις αἱ βίβλοι τῶν θεολόγων καὶ τῶν θεουργῶν· hisque nominibus passim ita indistincte utitur ut utriusque Juliani sententiae et scripta accurate discerni nequeant, velut in Tim. I. p. 11. ὁ ἀναγωγεὺς καὶ ὁ ἑπτάκτις κατὰ τοὺς θεολόγους· ubi Julianum majorem significari colligas ex cognominis Imperatoris Or. V. 172. D. εἰ δὲ τῆς ἀῤῥήτου μυσταγωγίας ἁψαίμην, ἣν ὁ Χαλδαῖος περὶ τὸν ἑπτάκτινα θεὸν [mm] ἐβάκχευσεν ἀνάγων δι᾽ αὐτοῦ τὰς ψυχὰς, ἄγνωστα ἐρῶ τῷ συρφετῷ, θεουργοῖς δὲ τοῖς μακαρίοις γνώριμα. Ab utriusque autem praeceptis distinguuntur deorum ipsorum oracula, quae Theurgi publicarunt. Proculus

[m] Eundem librum significat in Polit. p. 432. αἱ τῶν θεολόγων ὑφηγήσεις.

[mm] Sol aut Sarapis. cf. Visconti Pio Clement. T. VI. Tav. XV.

in Tim. IV. 248. *κοινή ἐστιν ἔννοια εἶναι τὰς ὥρας θεὰς καὶ τὸν μῆνα θεὸν, ὧν καὶ ἱερὰ παρειλήφαμεν. Καὶ ἡμέραν καὶ νύκτα θεὰς εἶναι φαμὲν* [n] *ὧν καὶ κλήσεις ἔχομεν ἐκδεδομένας παρ' αὐτῶν τῶν θεῶν·* quem locum illustrant Simplicii verba in Auscult. L. IV. 188. a. *ὁ Πρόκλος οὐ μόνον νοῦν ἀλλὰ καὶ θεὸν τὸν χρόνον ἀποδεικνύειν πειρᾶται, ὡς καὶ εἰς αὐτοψίαν* [o] *ὑπὸ τῶν θεουργῶν κληθῆναι* [p] unde apparet deos a Theurgis ad respondendum evocatos eorumque responsa literis mandata esse. Atque haec, puto, sunt illa *Λόγια,* quae Suidas Juliano Theurgo tribuit, diversa fortasse a Chaldaicis oraculis, quae vel Julianus senior vel alius quis e magno numero circulatorum, qui Chaldaeorum nomen sibi arrogarunt, in lucem edidit, tanquam ex vernaculo Magorum sermone in graecum conversa [pp].

[n] Diei, noctis, mensis, anni *κλήσεις* continent Orphei Hymni et Prooemium; quae quis credat Proculum praetermissurum fuisse; si cognita habuisset? Item Clitomachi Academici argumentatio ap. Sext. c. Phys. I. 592. *εἰ ὁ ἥλιος θεός ἐστι, καὶ ἡμέρα ἂν εἴη θεός· εἰ δὲ ἡμέρα, καὶ ὁ μὴν καὶ ὁ ἐνιαυτός· οὐχὶ δὲ τοῦτο· τοίνυν οὐδὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς·* manifestum facit, neque Orphei neque Chaldaeorum libros ei innotuisse.

[o] Josephus in Libro Memor. p. 72. T. XIV. Gall. varia genera vaticinandi enumerat: *διὰ κοσκίνου, διὰ λεκάνης μαγικῆς, διὰ ψυχοπομπίας*, et, quod huc pertinet, *διὰ κλήσεως αὐτοπτικῆς.*

[p] Idem p. 186. a. *καὶ οὗτος ἂν εἴη ὁ χρόνος (ὡς ὁλότης θεωρουμένη) ὁ ὡς θεὸς ὑπό τε Χαλδαίων καὶ τῆς ἄλλης ἱερᾶς ἁγιστείας τιμηθείς.*

[pp] *Οἱ παρ' Ἕλλησι δαίμονες ἐχρησμῴδουν ἑλληνικῶς, οἱ δὲ παρὰ Χαλδαίοις τὰς κλήσεις εἶχον τῇ Χαλδαίων γλώττῃ* Mich. Psellus de Daem. p. 85. An ullus Chaldaeorum, qui Graeciam et Italiam pervagati sunt linguam exoticam cognitam habuerit, valde dubito; nomina Babylonica, quae Hesychius et Suidas nescio unde collegerunt: *Αἰδώ, Δίαλ, Μισσύνη, Μολοβόβαρ, Σαραχηρώ, Σεχές* et cetera certe illud non probant, commentarios Chaldaicos ab hominibus Graecis lectos esse. De Pici Mirandulani libro, quem Fabricius provocat, dici po-

Verum de Julianis, quos Fabricius, Baumgartenus [q] et Tiedemannus [qq] tantummodo strictim attingunt Suidae testimonio fere contenti, plura afferre non possum, neque certa mihi videtur Lambecii conjectura, oracula Magica, quae Psellus et Pletho illustrarunt, ab alterutro Julianorum per fraudem composita esse, quanquam illud bene intelligo, quae contra afferuntur a Fabricio Bibl. T. I. 313. et Moshemio ad Cudworth. p. 338. perlevia esse. Nam quae a Nicolao Damasceno p. 461. nominantur *τὰ Ζωροάστρου λόγια*, perspicuum est plane diversi generis librisque fatalibus similiora fuisse; quae autem hodie supersunt *λόγια τῶν ἀπὸ Ζωροάστρου Μάγων* dogmata continent deorum voce profatuque publicata de substantiis supermundialibus, de ideis materiam formantibus, aliaque Platonica, imo Platonis ipsius *ῥήματα καὶ ὀνόματα*[r]. Ab hoc autem semibarbari hominis[††] opusculo longe diversa sunt Grae-

test quod de Atlantide Platonis, *ὁ πλάσας ἠφάνισε*. Quis enim isto tempore Chaldaice sciebat?

[q] Examen miraculi legionis fulminatricis p. XIV. Hoc miraculum Marci ipsius pietati tribuit Themistius in Or. Ined. ap. Harduinum ad Polluc. Hist. Phys. p. 226.

[qq] De art. magic. origine p. 74.

[r] *Νοῦν μὲν ἐνὶ ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐνὶ σώματι ἀργῷ ἡμῶν ἐγκατέθηκε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε* Procl. Tim. II. p. 97. et 124. et corruptius p. 97. unde in Gesneri Orphica transfluxit Fr. XXIV. Haec autem sunt notissima Platonis verba Tim. p. 30. B. *νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι ξυνιστάς*, a multis celebrata. Hermes in Patricii Mag. Phil. L. X. 172. Nam deus — animum quidem in corpore jussit esse, mentem autem in anima etc. Gregor. Naz. Or. XXVI. 448. C. *τὸν ἄνθρωπον ζῶον λογικὸν συνεστήσατο καὶ συνέδησε μυστικῶς τε καὶ ἀῤῥήτως τὸν χοῦν τῷ νοΐ καὶ τὸν νοῦν τῷ πνεύματι.*

[††] Illud quidem quod Taylorus inter versuum heroicorum parti-

corum deorum oracula a Porphyrio ad commendandam philosophiam miscellaneam vel collecta vel conficta (quanquam abjurat) quorum nihil superest, praeter unam partem, quae deorum evocandorum scientiam tradit.

Paucis hic repetendum videtur, qualis in his theurgicis oraculis praescribatur sacrificandi modus, quam indignus philosophis, quam nihil discrepans ab istis plebejarum sagarum praestigiis. Primum igitur, qui deorum adspectu et colloquio frui cupiebant, purificationibus magicis operam dabant. Procl. in Alcib. p. 9. *ἐν ταῖς τελεταῖς καθάρσεις ἡγοῦνται καὶ περιῤῥαντήρια καὶ ἁγνισμοὶ τῶν ἐν ἀποῤῥήτοις δρωμένων καὶ τῆς τοῦ θεοῦ μετουσίας.* Suffimenta autem haud vulgaria illa erant sed lapidibus herbisque magicis; hisque adjunctae deorum superorum et inferorum obsecrationes, gravesque comminationes infima sublimandi, sublimia infimandi; tum divinarum potestatum notae et signa, sive quae illi vocant *συνθήματα* et *χαρακτῆρες*, ad artis praescriptum disposita; nec rhombus aberat, vetus illud deorum eliciendorum instrumentum, mysticis disciplinis initiatus, nec caeterae daemonum illecebrae. Jam coelum nigrescere, terra horrendum contremere [rr], jam igneae

culas edidit quodque etiam nunc reperitur in Damasc. Quaest. p. 350. *οἱ τελετάρχαι συνείληπται τοῖς συνοχεῦσι*, neque a Zoroastre scriptum est neque ab ejus interprete, sed *συνδιήρηνται* Procl. Theol. IV. c. 39. 240. estque hoc verbum frequens Platonicis. cf. L. VI. 393. 399. etc.

[rr] Oraculum Chaldaicum Pselli:

Πολλάκις ἢν λέξῃς μοι, ἀθρήσεις πάντ' ἀχλύοντα.
οὐδὲ γὰρ οὐράνιος κυρτὸς τότε φαίνεται ὄγκος,
ἀστέρες οὐ λάμπουσι, τὸ μήνης φῶς κεκάλυπται,
χθὼν οὐχ ἕστηκεν, φλέγεται δέ τε πάντα κεραυνοῖς.

species praesentium oculos praestringere, aliae tremulo lumine micantes aliae similitudinem belluarum gerentes et inter haec deorum voces intonare, occulta aperientium, nisi si archimagi cujusdam vis major obstaret[*]. Augustinus Civ. X. 9. Porphyrius querelam de hac re Chaldaei nescio cujus expromens; Conqueritur, inquit, vir in Chaldaea bonus[**] purgandae animae magno in molimine frustratos sibi esse successus, quum vir ad eadem potens tactus invidia adjuratas sacris precibus potentias alligasset, ne postulata concederent. Nam ut omnibus mysticis cerimoniis vis quaedam divinior tribuebatur, Bacchicis solvendi et purificandi, Mithriacis regenerandi, Theurgi eadem omnia professione sua complexi tanquam colophonem addiderunt illam hieraticam Anagogen sive universalem animae liberandae viam, qua eos, qui sacra sua rite praeparati rite obiissent, sensim ab omni concretione mortali segregatos induendae divinae substantiae capaces fieri et postremo summum in universam naturam imperium adipisci affirmarent[*].

vulgo mendose scribuntur *ἀθρήσεις πάντα λέοντα* et *βλέπεται δὲ πάντα*. Illud inepte interpretatur Psellus *οὐδὲν ἕτερον ἴδοις ἂν ἐν οὐρανῷ ἢ φάσμα λεόντειον*. Nec sanior scriptura, quam Pletho reperisse videtur: *πολλάκις ἢν λέξῃς με, τὸ λεκτὸν πάντῃ ἀθρήσεις*. Verba sunt dei cujusdam formulam magicam enarrantis.

[*] Heliod. Aeth. IV. 7. 174. *ἀλλά μοι ἀντίθεός τις ἔοικεν ἐμποδίζειν τὴν πρᾶξιν καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς ἐμοὺς ὑπηρέτας*. Eunap. V. Aedes. p. 39. Boiss. *Μάξιμος δὲ ἐνέκειτο καὶ καταμαθὼν ᾧτινι κέχρηται* (Philometor) *δαιμονίῳ* (hoc addend.) *βιαιοτέρῳ καὶ δυνατωτέρῳ κατέλυσε τὸ ἔλαττον*.

[**] Julianum denotari putat Holstenius de V. Porph. XI. 57.

[*] Procl. in Tim. V. 391. *ἡ περὶ τὴν πυρὰν* (Patrocli) *πραγμα-*

Haec passim profitetur Jamblichus in nugacissimo de mysteriis libro; haec summatim exponit Proculus in Polit. p. 379. ubi deorum homericorum transfigurationibus fidem asserens, eas congruere dicit ταῖς ἱερατικαῖς ἁπάσαις πραγματείαις, ταῖς τελεταῖς καὶ τοῖς μυστηρίοις — ἅπασι γὰρ τούτοις οἱ θεοὶ πολλὰς μὲν ἑαυτῶν προτείνουσι μορφάς, πολλὰ δὲ σχήματα ἐξαλλάττοντες φαίνονται, καὶ τότε μὲν ἀτύπωτον αὐτῶν προβέβληνται φῶς, τότε δὲ εἰς ἀνθρώπου μορφὴν ἐσχηματισμένον, τότε δὲ εἰς ἀλλοῖον τύπον προεληλυθός. Καὶ ταῦτα καὶ ἡ θεοπαράδοτος μυσταγωγία παραδίδωσι· ταῦτα γάρ φησιν ἐπιφωνήσασα

Πῦρ ἴκελον σκιρτηττῇ ἐπ' ἠέρος οἶδμα τιταῖνον,
ἢ καὶ πῦρ ἀτύπωτον, ὅθεν φωναὶ προθέουσιν,
ἢ φῶς πλούσιον ἀμφιχύδην ῥοιζαῖον ἑλιχθέν,
ἀλλὰ καὶ ἵππον ἰδεῖν φωτὸς πλέον ἀστράπτοντα
ἢ καὶ παῖδα θοοῖς νώτοις ἐποχούμενον ἵππου
ἔμπυρον ἢ χρυσῷ πεπυκασμένον ἢ πάλι γυμνὸν
ἢ καὶ τοξεύοντα καὶ ἑστηῶτ' ἐπὶ νώτοις[t]

τελεία μιμεῖται τὸν παρὰ τοῖς θεουργοῖς τῆς ψυχῆς ἀπαθανατισμόν. Idem p. 331. τὸ μέγιστον ἡ τελεστικὴ συμβάλλεται διὰ τοῦ θείου πυρὸς ἀφανίζουσα τὰς ἐκ γενέσεως κηλῖδας, ὡς τὸ λόγιον διδάσκει, cf. Porphyr. ap. August. Civ. X. 9. sq. Augustinus ipse de Trinit. III. c. 10. Diabolus animas deceptas praecipitavit, quum polliceretur purgationem animae per eas quas τελετάς appellant. Arnobius II. 62. Magi spondent commendaticias habere preces quibus emollitae nescio quae potestates vias faciles praebeant ad coelum. Etruria libris in Acheronticis pollicetur certorum animalium sanguine numinibus certis dato divinas animas fieri et a legibus mortalitatis educi. Servius ad Aen. IV. 694. certis consecrationibus solebant homines facere ut muniti essent adversus fortunae impetus, nec poterant mori, nisi exauctorati illa consecratione.

[t] In primo versu *σκιρτηττῇ* scripsi pro *σκιρτηδόν*, quo retento *ἴκελον* nihil habet quo referatur, nisi versus omissus est tali fere sententia: *πολλάκι* (sc. *βλέψεις*) *τριγλώχινι Διὸς φλογόεντι βελέμνῳ πῦρ*

καὶ ὅσα ἐφεξῆς προςτίθησι τὰ λόγια [tt], quae Gesneri errore ad Orpheum translata sunt Fr. XXIII. Quum tamen haec pyrotechnia paullo operosior videretur, saepe Vocator (*ὁ κλήτωρ*) totum spectionis negotium in se recipiebat, mystis credere jussis quae ille se videre nunciaret. *Αὐτοψία ἐστὶν ὅταν αὐτὸς ὁ τελούμενος τὰ θεῖα φῶτα ὁρᾷ, εἰ δὲ οὗτος μὲν οὐδὲν ὁρᾷ, ὁ δὲ τὴν τελετὴν διατιθέμενος αὐτοπτεῖ τὸ φαινόμενον, ἐποπτεία τοῦτο πρὸς τὸν τελούμενον λέγεται* Psellus p. 82. Ad haec accedebat tertium genus divina scitandi, minus operosum, quam inspectio, nuntiatione ambitiosius, per Energumenos; non inventum illud a Theurgis sed ad imitationem puerorum magicorum compositum. Catabolicos vulgo

ἴκελον. nam certam speciem requirit oppositum *πῦρ ἀσύπαστον*. Trifida et trisulca vulgo dicuntur Jovis tela. *Ἀλκῇ τριγλώχινι* legebatur, ni fallor, in Oraculo quod Taylorus T. XVII. p. 261. vitiose sic edidit: *Ἀλκῇ τριγλίχῳ νόον ψυχήν θ' ὁπλίσαντα. Κεραυνοὺς αἰθέρας ὀρχηστῆρας* dixit Nonnus I. 30. In eodem versu pro *οἶδμα*, dedi *ἴθμα*, in secundo *φωναὶ* pro *φάνην*, ex oraculo simillimo ap. Psell. p. 81.

ἡνίκα μὲν βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὔιερον πῦρ
λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλον κατὰ βένθεα κόσμου
κλῦθι πυρὸς φωνήν.

Nec tamen improbem *φαναὶ προθέουσι* fulgura emicant. De tertio versu probabiles sunt Gesneri conjecturae *πλησίον* et *ῥοιζαῖον* pro *ῥιζαῖον*, certa nulla nisi quae diversam a superioribus speciem praebeat; *φῶς πλούσιον τῆς σελήνης* Procl. ad Hesiod. Opp. 817. *πλουσίαν νυκτὸς σεμνότητα* Stob. Ecl. I. 928. Pro *Χωρίον παμμούσων φύλλων* Clement. Homil. IV. 10. 664. T. II. Gall. ubi Davisius *παμμίκτων* emendat, *παμπλούσιον* substituendum. Pro *ἀμφιγύην* succurrebat *ἀμφιχώδην*, Taylorus edidit *ἀμφιφανές* XVII. 255. Hermannus *ἀμφὶ γύην*, quod mihi eruditius videtur quam pro horum poetarum consuetudine, qui ubi jambo opus est, *γέαν* usurpant vel eadem mensura *γαῖαν*. Ceterum vellem haec oracula aliquanto emendatius edi; veteres sordes reduxit Hasius in Bibl. Lat. Paris. Vol. II. P. II. 416.

[tt] Ad hunc locum de Theophaniis fortasse pertinet versus ap. Procl. Polit. p. 307. *Χαῖται μὲν γὰρ ἐς ὀξὺ πεφυκότι φωτὶ βλέπονται.*

vocant daemonas vaticinandi causa in corpora humana, velut in hospitia, devertentes. v. Vales. ad Euseb. Hist. Eccl. IV. 7. 149. Vandale de Idolol. p. 280. hospes divini numinis et interpres *δοχεύς* dicitur [u]. De hoc multa loquuntur oracula a Porphyrio edita; quemadmodum carmine instinctus repens corruat, aestuet, vaticinetur, et ut rursus demtis sertis et linteis (id fraudis velamentum) deus coelo restituatur, ille sibi [v]. Rem candem, tanquam compertam, narrat Proculus in Polit. p. 380. *τὸ μετεχόμενον μονοειδὲς μὲν κατὰ τὴν ὕπαρξιν, πολυειδὲς δὲ διὰ τὴν αὐτῶν ἀσθένειαν τοῖς μετέχουσι φανταζόμενον καὶ οὐ ταῦτα μόνον ἀλλὰ καὶ βάρους τὸ ἄβαρες φαίνεται τοῖς πληρουμένοις αὐτοῦ μετέχον· οὐ φέρει με τοῦ δοχέως ἡ τάλαινα καρδία, φησί τις θεῶν.* Quartum genus et ultimum consistebat in oraculis ex ore statuarum ritu magico consecratarum eliciendis [w]. Hae igitur sunt illae *ἁγιώταται τε-*

[u] Procl. Cratyl. p. 106. *αἱ θεουργίαι τοὺς κλήτορας καὶ τοὺς δοχέας καθαίρειν παρακελεύονται. Ὁ δοχεύς* Euseb. III. 126. C. Hermias in Phaedr. p. 105.

[v] Euseb. V. 9. 195. sq. ubi *Νειλώην ὀθόνην* scribendum pro *νηλείην*, i. e. linteam sindonem sive Nilotidem, et *σινδόνας ἀμπέτασον κεφαλῆς* pro *νεφέλην*, et *γραμμῶν ἐκλύων πολιὸν τύπον* pro *τάμνων*. *Γραμμαί* sunt characteres magici. S a r a p i s t u u s a b h o m i n e v o c a t u r e t v e n i t e t q u u m v e n e r i t s t a t i m j u s s u s i n c l u d i t u r e t l o q u e n d i n e c e s s i t a s n o l e n t i f o r s i t a n i m p e r a t u r Firmicus de Err. Prof. Relig. p. 433. Ceterum haec magica vincula ab illis quae Nereo, Proteo, Glauco, Picoque et Fauno injiciuntur, diversissima esse nemo non videt.

[w] *Οἱ τελεσταὶ διὰ χαρακτήρων καὶ ὀνομάτων ζωτικῶν τὰ ἀγάλματα καὶ ζῶντα καὶ κινούμενα ἀποτελοῦντες* Procl. in Tim. IV. 240. Idem dicit p. 287. *τὴν τελεστικὴν χρηστήρια καὶ ἀγάλματα ἱδρῦσαι καὶ διά τινων συμβόλων ἐπιτήδεια ποιεῖν εἰς τὸ μετέχειν τοῦ θεοῦ καὶ κινεῖσθαι παρ' αὐτοῦ καὶ προλέγειν τὸ μέλλον.* Et in Theol. 28. p. 70. *ἡ τελεστικὴ διακαθήρασα καί τινας χαρακτῆρας καὶ σύμβολα*

λεται, haec illa *μυστικώτατα* sacra, quae Platonicorum praesultatores [x] non commemorarunt solum saepissime sed etiam cupidissime laudarunt, neque laudarunt modo sed etiam propriis mendaciis mangonizarunt meruerunt que ut eorum in diis colendis ratio prodigium opprobriumque diceretur [y]. His sacris initiatus est Julianus imperatorum optimus nisi egregiam indolem corrupissent praeceptores Platonici [z]. His operam dedit Jamblichus *ὁ θεῖος* et Proculus *ὁ μέγας*, qui, ut Marinus refert in Vita XXVIII. 2. *τὴν θεουργικὴν ἀρετὴν ἐπορίσατο — Ταῖς γὰρ τῶν Χαλδαίων συστάσεσι* [a] *καὶ ἐντυχίαις καὶ θείαις καὶ*

περιπτυθεῖσα τῷ ἀγάλματι ἔμψυχον αὐτὸ ἐποίησε. καὶ ἐλλαμφθῆναι παρὰ τοῦ θείου.

[x] Immunis hujus criminis Plotinus, qui in toto Enneadum contextu semel oraculorum Zoroastreorum sententiam integram proposuit, *οὐκ ἐξάξεις ἵνα μὴ ἐξίῃ* Enn. I. L. IX. c. 1. p. 85. nunquam ea nominatim laudavit neque ad deos auctores retulit, nulloque verbo Theurgorum velificatus est mendaciis, gnosticarum superstitionum, quas impugnat Enn. II. L. IX. simillimis. Mythorum interpretationes allegoricas rarissime nec ultra Platonis exemplum affectavit, hoc uno nomine reprehendendus quod quae ille per jocum animique causa dixit, in serium vertit.

[y] „A subject of suxprise and scandal" nominat Gibbon Declin. Ch. II. p. 60. „une secte, où il falloit être fou „de profession" Falconet sur les Baityles. Mem. Acad. Inscr. T. VI. p. 517.

[z] Gregorius Or. III. p. 71. B. Sozomenus et Theodoretus narrant Julianum aliquando sacris magicis operantem daemonum ex inferis erumpentium impetu ita perterrefactum esse ut oblitus sui signo se crucis signaret. v. Ruinart. ad Acta Mart. p. 141. Haec fabula fortasse a Christianis ficta sed haud dissentanea moribus Juliani, superstitiosi magis quam legitimi sacrorum observatoris Ammian. XXV. 24. qui Maximo Ephesio praeceptore usus deorum voluntatem immolandis puerorum extis scrutatus dicitur Dio Cass. LXXIII. 16. neque non a Libanio ipso praedicatur *ἐν τελεταῖς μυρίαις ὁμιλήσας δαίμοσι* De ult. Jul. T. II. p. 56.

[a] *Ἐπῳδαὶ καὶ συστάσεις* Jamblich. de Myst. Sect. III. c. 14. p. 77. et 78. Joseph. Lib. Mem. p. 72. T. XII. Gall.

ἀφθέγκτοις στροφάλοις ἐκέχρητο. Καὶ γὰρ ταῦτα παρειλήφει καὶ τὰς ἐκφωνήσεις καὶ τὴν ἄλλην χρῆσιν αὐτῶν μεμαθήκει παρὰ Ἀσκληπιγενείας· παρ᾽ αὐτῇ γὰρ καὶ μόνῃ ἐσώζετο ἀπὸ Νεστορίου τὰ ὄργια καὶ ἡ σύμπασα θεουργικὴ ἀγωγή. — Πρὸ δὲ τούτων ἐν τάξει ὁ φιλόσοφος τοῖς Χαλδαϊκοῖς καθαρμοῖς, καθαιρόμενος φάσμασι μὲν Ἑκατικοῖς φωτοειδέσιν αὐτοπτούμενος ὡμίλησεν, ὥς καὶ αὐτός που μέμνηται ἐν ἰδίῳ συγγράμματι, ὄμβρους δὲ ἐκίνησε καὶ αὐχμῶν ἐξαισίων τὴν Ἀττικὴν ἠλευθέρωσε φυλακτήριά τε σεισμῶν κατετίθετο etc. Et extat ipsius testimonium, quo se sacrorum istorum participem fert in Theol. L. I. 19. p. 53. τῶν θεῶν ἐν ἁπλότητι μιᾷ οὐσιωμένων ποικίλα προβέβληται τῆς παρουσίας φαντάσματα — καθάπερ ἐν τελεωτάταις τῶν τελετῶν μεμαθήκαμεν. —

Haec de Platonicorum mysteriis dicenda fuerunt, simul ut laudatores pudeat, simul ne foeda et novitia superstitio, quae Antoninorum seculo increbuit miraculorum feracissimo, ad prisca transfundatur Eumolpidarum instituta ab his ineptiis remotissima. Neque non ad omnem insequentem disputationem scire pertinet, Hierophantarum nomen, quam late vagatum, quibusque hominibus impertitum sit [b]. In praesens vero id commodi consequuti sumus ut quaestionum superiorum po-

[b] Aldhelmus de Laud. Virg. XVIII. p. 299. T. III. Bibl. Patr. Bign. Milites magicis putantes praestigiis gestum putissimis illum perfundunt lotii odoribus, quibus arbitrantur cuncta Chaldaeorum et Hierophantarum phantasmata simulque ariolorum et magorum evanescere. Vide, quam facile Platonicorum philosophorum artificia destrui possint. Ceterum hae nugae vulgari superstitioni innexae sunt, de qua Psellus

extremae aetatis facere possimus. Nam quod Heraclides ait duobus Solis et Apollinis nominibus unius numinis vim et rationem subjectam esse, idque in teletis cognosci, jam potest judicari, quodnam teletarum genus denotaverit. — Proclus in Theol. VI. 12. 377. ὁ Ἥλιος Ἀπόλλων ὑμνούμενος χαίρει διαφερόντως καὶ Ἀπόλλων Ἥλιος ἀνακαλούμενος etc. a Theurgis, puta, in hymno anacletico, qualem etiam Porphyrius significat de Abstin. III. 17. 253. ἡ Ἑκάτη κύων, λέαινα, ταῦρος ἀκούουσα μᾶλλον χαίρει. Solis et Lunae teletas memorat Porphyrius ap. Augustin. Civ. X. 23. Apollinis Proclus in Crat. p. 106. sic, ut eundem Solem perhibeat: ὁ θεουργὸς ὁ τῆς τελετῆς τούτου προκαθηγούμενος ἀπὸ τῶν καθάρσεων ἄρχεται καὶ τῶν περιῤῥάνσεων

Αὐτὸς δ᾽ ἐν πρώτοις ἱερεὺς πυρὸς ἔργα κυβερνῶν
κύματι ῥαινέσθω παγερῷ βαρυηχέος ἅλμης [*].

§. 15.

Jamjam sequamur Sanctuarium auditores suos minusculis mysteriis rite praeparatos ad majora ducentem. Primum igitur Divarum penetrale ingressis, velut ad praegustandum species quaedam

de Operat. Daem. p. 89. ῥᾷστα χειροῦνται (δαιμόνια) τοῖς περιττώμασι, λέγω δὴ σιέλοις καὶ ὄνυξι καὶ θριξί.

[*] In cod. Taurin. Peyron. p. 71. βαρύηχετος scriptum, quod Schaeferus in βαρυηχέτου mutat. Ἔργον, ut Pletho dicit ad Orac. p. 26. significat τὴν τελετὴν, id est, operationem magicam. Magorum actiones vocat Arnob. I. 46. Αἱ τελεστικαὶ καθάρσεις αἱ πρὸ τῶν ἔργων τῶν ἱερῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς τῶν μιασμάτων πάντων Procl. in Alcib. p. 12. T. III. Cous.

horribiles daemonum infernorum objicit cum ingenti fragore coeli terraeque, ignibus hinc atque illinc micantibus. Sic probe periculsos et jam admiratione saturos in locum quendam subterraneum devocat, ita mirifice instructum, ut totum nobis Orcum referat, Acherunte circumfluum et in Tartari Elysiique regiones accurate descriptum, non sine Charonte et Cerbero. Hinc in templum ipsum educimur, non minoribus miraculis refertum. Nisi forte parum est Hierophantam videre solari tunica rutilantem, Demiurgi habitu Daduchum, et deorum omnium siderumque choreas; quae cuncta particulatim enarrant mystagogi nostri magnaque cum asseveratione, paene ut pudor sit non credere. Sed audiamus ipsum. „Les aspirans plongés dans les horreurs de la nuit et saisis de fray„eur attendoient dans le vestibule que les portes „s'ouvrissent. Le temple s'ebranle, la foudre ré„pand une lumière eclatante, qui annonce la pré„sence de la divinité; un bruit sourd se fait en„tendre du fond des abîmes de la terre — — les „serpens de Triptolème sifflent — au loin paroit la „triple Hecate — Cette description (de Claudien) „quoique poetique, diffère peu des details, que „plusieurs auteurs nous fournissent sur le specta„cle, qui s'offroit aux yeux des initiés. L'aspi„rant entendoit differentes voix, la lumière et „les tenebres affectoient alternivement ses sens; „à peine pouvoit-il considerer la multiplicité des „objets, qui s'offroient à se regards (v. Dio Chrys. „Or. XII. 202.) Les principaux etoient des fantô-

„mes ayant la figure de chien et diverses formes „monstrueuses et propres à inspirer de l'effroi. v. „Stob. Serm. CCLXXIV. 884. (CXIX. 604.) et „que le bruit de la foudre et des éclairs (Schol. „ad Orac. Zor. p. 87. Gal.) rendoient encore plus „terrible.“ T. I. 351. Creuzer. Symb. T. IV. 535.

Oppido magnos praestigiatores Hierophantas fuisse necesse est, sive potius tervenéficos, si haec et talia praestiterunt, non illis frivolis artificiis, quibus vicani cauculatores rusticos obstupefaciunt, tonitrua Claudiana et cetera phantasmata cientes, sed ea artis subtilitate ut vel docti et intelligentes spectatores, quales Dio et Plutarchus fuere, non stuperent solum sed velut in vitae necisque confinio constituti horrescerent et consternarentur. At ne quis dubitare possit, testis adest oculatus, Proculus: *ὥςπερ ἐν ταῖς ἁγιωτάταις τελεταῖς πρὸ τῶν μυστικῶν θεαμάτων ἔκπληξις τῶν μυουμένων κ. τ. λ.* in Theol. III. 18. 151. cui additur, tanquam consentientis Plethonis testimonium: *εἰώθε τοῖς πολλοῖς τῶν τελουμένων φαίνεσθαι κατὰ τὰς τελετὰς κυνώδη τινὰ καὶ ἀλλόκοτα φάσματα* p. 41. Obsop. quae verba Themistio tribuit Sancrucius p. 353. Hoc quidem vellem omisisset iste; nam qui Oracula Zoroastrea eorumque interpretes vel praeteriens adspexerit, quinimo Zoroastris nomen qui fando cognoverit, scit eos de Eleusiniis ne per somnium quidem loquutos esse. Sed Proculi testimonium si ex omnibus ejus scriptis solum superesset, disputari posset, an ad Eleusinia potius quam ad alia mysteria

pertineat. Nunc dubitari non potest, quin illae ἁγιώταται τελεταί a Ceteris sacris tantum distent, quantum ab his mysteria Christianae religionis. Commode accidit, ut ille tam ad ornandum inops, quam ad inveniendum sterilis scriptor eandem similitudinem decies iterando rem nobis apertiorem fecerit. Primo loco ponam haec superioribus non multo clariora: ὥσπερ ἐν ταῖς ἁγιωτάταις τῶν τελετῶν προηγοῦνται τῶν δρωμένων καταπλήξεις τινὲς, αἱ μὲν διὰ τῶν λεγομένων, αἱ δὲ διὰ τῶν δεικνυμένων, ὑποκατακλίνουσαι τῷ θείῳ τὴν ψυχήν, οὕτω δὴ καὶ ἐν τοῖς τῆς φιλοσοφίας προθύροις etc. Comm. in Alcib. p. 61. Creuz. Secundus locus rem in majore luce collocat: ὥσπερ ἐν ταῖς τελεταῖς αἱ τῶν ἀῤῥήτων φασμάτων δείξεις καὶ τὰ σύμβολα καταπλήττοντα τοὺς τελουμένους ἐπιτηδειοτέρους αὐτοὺς καθίστησι καὶ ἐμπαθεστέρους πρὸς ὅλην τὴν τελετήν ib. p. 142. Est tamen hoc quoque ambiguum; nam illae δείξεις τῶν ἀῤῥήτων φασμάτων etiam in Eleusiniis praedicantur. Sed nullo modo cum his conciliari potest tertium testimonium: κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ ἐν ταῖς ἁγιωτάταις τῶν τελετῶν πρὸ τῆς τοῦ θεοῦ παρουσίας δαιμόνων τινῶν χθονίων σύμβολα προφαίνονται καὶ ὄψεις ἐκταράττουσαι τοὺς τελουμένους καὶ ἀποσπῶσαι τῶν ἀχράντων ἀγαθῶν — διὸ καὶ οἱ θεοὶ παρακελεύονται μὴ πρότερον εἰς ἐκείνους βλέπειν πρὶν ταῖς ἀπὸ τῶν τελετῶν φραχθῶμεν δυνάμεσιν ibid. p. 39. Nec magis quartum: ὥσπερ ἐν ταῖς τῶν τελετῶν ἁγιωτάταις φασὶ τοὺς μύστας τὴν μὲν πρώτην πολυειδέσι καὶ πο-

λυμόρφοις τῶν θεῶν προβεβλημένοις γένεσιν ἀπαντᾷν, εἰσιόντας δὲ ἀκλινεῖς καὶ ταῖς τελεταῖς πεφραγμένους αὐτὴν τὴν θείαν ἔλλαμψιν ἐγκολπίζεσθαι in Theol. L. I. c. 3. p. 7. et quintum: τῶν θεουργῶν θάπτειν τὸ σῶμα κελευόντων πλὴν τῆς κεφαλῆς ἐν τῇ μυστικωτάτῃ τῶν τελετῶν, ὃ Πλάτων καὶ τοῦτο προείληφεν ὑπ' αὐτῶν κινούμενος τῶν θεῶν ib. IV. c. 9. p. 293 [a]. Haec qui inter se comparaverit ab uno eodemque Proculo [b] verbis paene iisdem perscripta, is profecto non dubitabit, quin istae ἁγιώταται et μυστικώταταί τελεταί apud Platonicos unum certum genus significent. Quaenam igitur fuere illa sacra? Haec, quibus nulla nequiora neque cum majore humani ingenii opprobrio reperta sunt, Theurgorum mysteria sive potius deliramenta, veterum ac novarum superstitionum colluvione concreta, de quibus modo diximus.

De Proculi atque Plethonis testimoniis, ne posthac imperitos fallere possint, et in praesentia et in futurum provisum videtur. His subscripta Dionis auctoritas quid valeat, apparebit legentibus: Ὥσπερ εἴτις ἄνδρα Ἕλληνα ἢ βάρβαρον μυεῖσθαι παραδοὺς εἰς μυστικόν τινα μυχὸν ὑπερφυῆ κάλλει καὶ μεγέθει, πολλὰ μὲν ὁρῶντα μυστικὰ

[a] v. Epimetr. IV.

[b] Si quis Proclus malit, equidem dicam ei non impingam, neque diffiteor me ipsum in his rebus orthographicis laxum et latitudinarium esse. Sed indocte faciunt, qui vitiosam scripturam pervicacius defendunt, nec omnino scire videntur, quae res agatur. Quis sanus hodie specium, vinclum, seclum, Lucmo more Praenestinorum (v. Foggini ad Fast. Praen. p. 859. Wolf.) scribere velit? quibuscum nominibus Gronovius Observ. IV. 21. 764. illud Proclus composuit. Proculus, Proculejus etc. ducuntur a procul Plutarch. V. Coriol. c. XI.

θεάματα, πολλῶν δὲ ἀκούοντα τοιούτων φωνῶν, σκότους τε καὶ φωτὸς ἐνάλλαξ αὐτῷ φαινομένων ἄλλων τε μυρίων γενομένων, ἔτι δὲ, εἰ, καθάπερ εἰώθασιν ἐν τῷ καλουμένῳ θρονισμῷ καθίσαντες τοὺς μυουμένους οἱ τελοῦντες κύκλῳ περιχορεύειν [c] *ἆρά γε τὸν ἄνδρα τοῦτον μηδὲν παθεῖν εἰκὸς τῇ ψυχῇ, μηδ' ὑπονοῆσαι τὰ γιγνόμενα, ὡς μετὰ γνώμης καὶ παρασκευῆς πράττεται σοφωτέρας, εἰ καὶ πάνυ τις εἴη τῶν ἄνωθεν βαρβάρων, μηδενὸς ἐξηγητοῦ, μηδὲ ἑρμηνέως παρόντος, ἐν οἰκήματι μικρῷ παρασκευασθέντι πρὸς ὑποδοχὴν ὄχλου βραχέος ὑπὸ Ἀθηναίων* Or. XII. 387. Ut cetera Eleusiniis conveniant, certe non convenit initiati *θρόνωσις*, quam Plato Corybantiis tribuit, Eleusiniis nemo. Clare ille in Euthyd. p. 277. D. *ὅπερ οἱ ἐν τελετῇ Κορυβάντων ποιοῦσιν, ὅταν τὴν θρόνωσιν ποιῶνται περὶ τοῦτον ὃν ἂν μέλλωσι τελεῖν.* cui loco Proculus in Theol. L. VI. 13. illum geminum apponit e Legg. VII. 790. in quo nutriculae parvulos cantillando et gestando consopientes comparantur *ταῖς περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων ἰάματα τελούσαις*. At, dicat aliquis, Eleusinia et Corybantia tam multis inter se rebus congruunt ut pro iisdem haberi et testimonia omnia de uno ad alterum genus transferri possint. Imo vero dissimillima fuere. Eleusinia enim publica auctoritate celebrabantur loco augustissimo sanctissimoque, Corybantia privatim in gurgustiis, illis magistra-

[c] Pro infinitivo, qui per anacoluthiam ab *εἰώθασι* suspensus est, Uptonus ad Epict. IV. 1. 106. T. II. p. 834. *περιχορεύσειαν* emendat. De enthronismo v. Vales. Observv. Crit. II. p. 53. Wesseling ad Diodor. XXXIII. p. 83.

tas praesidebant et sacerdotes populi Atheniensis, his ambubajae et aeruscatorum infimi; illis summus constabat apud omnes honos, decus, sanctitas, haec prudentissimo cuique odio erant et contemtui. Eaque distinctio non tam ad Dionis locum pertinet, in quo communes quaedam utriusque generis notae comparent, quam ad alios quosdam, qui quum de privatis mysteriis scripti sint, non sine flagitio ad Eleusinia trahuntur.

J. Stobaeus denique CXIX. 604. illa sive Plutarchi (Fragm. de An. VI. 2. 726.) sive Themistii verba exhibet, quae supra retulimus: *πρὸ τοῦ τέλους φρίκη καὶ τρόμος· ἐκ δὲ τούτου φῶς τι θαυμάσιον ἀπήντησε καὶ τόποι καθαροὶ καὶ λειμῶνες ἐδέξαντο φωνὰς καὶ χορείας ἔχοντες* etc. His subjungunt Luciani locum Catapl. XXIII. 203. ubi nescio quis Orcum ingressus cum socio loquitur: *εἰπέ μοι, ἐτελέσθης γὰρ τὰ Ἐλευσίνια, οὐχ ὅμοια τοῖς ἐκεῖ τὰ ἐνθάδε σοι δοκεῖ;* unde illi argumentantur, Elysium Tartarumque et quidquid unquam poetae pictoresque de inferis commenti sunt, in Eleusiniis repraesentatum esse. Postremo omnia, quae mystarum apud Aristophanem chorus Elysius de sedibus suis praedicat, initiatis ante oculos posita esse contendunt. Cur igitur omittunt illud magnificentissimum

Ἀεὶ μὲν ἡμῖν ἥλιος καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστι?

cur Apuleji obliviscuntur, hoc idem spectaculum sibi in penetralibus oblatum testantis? A c c e s s i c o n f i n i u m m o r t i s e t c a l c a t o P r o s e r p i n a e l i m i n e p e r o m n i a v e c t u s e l e m e n t a r e-

meavi, nocte media vidi solem candido coruscantem lumine, deos inferos et superos accessi coram p. 386. Hoc solum est, quod ad ornatum scenae mysticae non adhibeant, neque audeant contendere, illam sacram noctem diurni sideris facie illuminatam esse, si minus vera et naturali, certe adumbrata. Ego vero veteres ejusmodi adminiculis facile supersedisse arbitror, ea, quae videre et cernere non possent, mentibus informare solitos. Quid? quum illi versus recitarentur in scena:

Δύεται σημεῖα καὶ ἑπτάποροι
πλειάδες αἰθέριαι, μέσα δ' αἰετός
οὐρανοῦ ποτᾶται —
οὐ λεύσσετε μηνάδος αἴγλαν;

aut hi ex alia fabula:

Ὅδε πορθμεύει
σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης.

num spectatores moleste tulisse putemus quod ea non viderent, quae monstrarentur a cantoribus? Neque solum scenicis poetis haec data licentia est verbis adumbrandi, quae ad sensus ipsos admoveri non possent, sed etiam ex artium pulcrarum monimentis apparet, antiquos artifices, id quod in proverbio dicitur, ex ungue leonem ostendere solitos esse. Praeterea extat luculentum Proculi testimonium, in teletis quoque theurgicis multa non ad spectandum proposita sed pro spectatis accepta esse (v. §. 14.) eo simulationis genere, quod etiam in sacris publicis crebro usurpatum

est. Servius ad Aen. II. 116. Virgine caesa, non vere sed ut videbatur; et sciendum in sacris simulata pro veris accipi; unde quum de animalibus quae difficile inveniuntur, est sacrificandum, de pane vel cera fiunt et pro veris accipiuntur [d] — et in templo Isidis aqua sparsa de Nilo esse dicebatur. Idem ad IV. 512. in sacris, ut diximus, quae exhiberi non poterant simulantur et erant pro veris. In sacris Isiacis Plutarchus de Is. c. XIX. 126. T. IX. pro serpente funiculum dissectum esse refert, nec suspicio abest, quin illi colubri, qui in Sabaziis initiandorum sinui injecti sunt, ex hoc stuppeo genere fuerint, quod etiamnum scenas nostras perreptat; aureos certe vocant Arnobius V. 21. et Firmicus. Quae quum ita sint, nulla causa esse potest, cur illa *μυστικὰ θεάματα* non ad eandem rationem exigamus, eaque quae epoptae vidisse dicuntur, animi potius quam corporis oculis percepta dicamus. Ad ultimum cum Themistio conferamus Chrysostomum, qui eodem prorsus modo beatorum in coelum ingressum cum sacrorum adspectu comparans, Quanta, inquit, quamque varia spectacula animus in locis coelestibus habiturus est, *τῆς ψυχῆς ἐκεῖ καθάπερ ἐν ἱεροῖς ἀδύτοις καὶ θείοις τισὶ μυστηρίοις τὴν θείαν τελουμένης μυσταγωγίαν*, conspicientisque hic

[d] Festus p. 76. Cervaria ovis, quae pro cerva immolabatur. Hoc cum aliis nonnullis affert Lomeierus de Lustrat. XVII. 232. Ambrosius in Ep. ad Valent. c. Symm. V. Ep. 32. in coloniis, quum sacra deae Idaeae celebrantur, Almonem fluvium simulari dicit.

angelorum myriades, illic archangelorum chiliades, alibi prophetarum cohortes et sanctorum legiones Or. de B. Philogonio p. 494. E. T. I. prorsus ut in Themistii loco animus ἐλεύθερος γεγονὼς — ἐστεφανωμένος ὀργιάζει καὶ σύνεστιν ὁσίοις καὶ καθαροῖς ἀνδράσιν, τὸν ἀμύητον ἐνταῦθα τῶν ζώντων ἀκάθαρτον ἀφορῶν ὄχλον ἐν βορβόρῳ καὶ ὁμίχλῃ πατούμενον. Jam si ex Chrysostomi verbis colligi potest, in mysteriis Christianorum martyras, prophetas, angelos, archangelos apparuisse coetui sanctorum, licebit etiam Themistii testimonium sic interpretari, quasi singulis verbis singula Eleusinii spectaculi momenta ad summam veritatem exacta sint.

Equidem non ibo infitias sacra mystica prae ceteris magnifice adornata eoque apparatu instructa fuisse, ut praesentium animos tum varietate tum splendore rerum tenerent. Id enim tum alii loci demonstrant, quibus jam usi sumus, tum hic Aristidis in Or. Sacr. IV. 232. ἦν οἷον τελετῇ τινι προςεοικὸς τὸ πρᾶγμα, οὕτω θείων τε καὶ παραδόξων τῶν δρωμένων ὄντων. Quin pro certo habeo, sacrificulos interdum varia praestigiarum genera, quibus homines simpliciores obstupefacerent, in promtu habuisse. De Hecates sacris testem adhibeo Dionem Chrys. Or. IV. 168. ἔνιοι εἰώθασι τῶν περὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰ καθάρματα μῆνιν Ἑκάτης ἱλασκόμενοί τε καὶ ἐξάντη φάσκοντες ποιήσειν, ἔπειτα, οἶμαι, φάσματα πολλὰ καὶ ποικίλα πρὸ τῶν καθαρμῶν ἐξηγούμενοι καὶ ἐπιδεικνύντες,

οἷά φασιν ἐπιπέμπειν χολουμένην τὴν θεόν, quo pertinet Hesychii glossa: Ἀνταία, ἐναντία, ἱκέσιος· σημαίνει δὲ καὶ (scil. ἀνταῖα) δαίμονα (leg. δαιμόνια) καὶ τὴν Ἑκάτην δὲ ἀνταίαν λέγουσιν ἀπὸ τοῦ ἐπιπέμπειν αὐτά scil. τὰ δαιμόνια [e]. Neque ad aliud genus sacrorum pertinere puto, quae Etym. Suid. s. Ἔμπουσα et Anecd. Bekk. p. 250. afferunt: ἐκλήθη ἡ μήτηρ Αἰσχίνου Ἔμπουσα — ὡς δὲ Ἰδομένης [f] φησὶ δημαγωγόν [g], ἐπεὶ ἀπὸ σκοτεινῶν τόπων ἀνεφαίνετο τοῖς μυουμένοις, in magicis, quantum equidem intelligo, sive Hecaticis mysteriis, quorum creberrima est apud Theurgos mentio. His vero sacris multo magis quam Eleusiniis conveniunt illa sepulcrorum terriculamenta, nocturni canes et cetera phantasmata cum machinato tonitruum fragore. Servius ad IV. 510. [tercentum tonat ore deos.] non tercentum, inquit, sed tonat tertio centum numina Hecates, unde et Hecate dicta est, ἑκατόν id est centum potestates habens. Tonat enim perite dixit; in talibus enim sacris imitabantur tonitrua sed praecipue in Hecatae. De Bacchicis imprimis notabile est Celsi testimonium, qui ut Origenes refert L. IV. 10. 507. Christianos impiorum apud inferos supplicia enarrantes ἐξωμοίου τοῖς ἐν ταῖς Βακχικαῖς τελεταῖς τὰ φάσματα καὶ τὰ δείματα προεισάγουσι, quem locum C. Barthius ad Stat. Theb. II. 296.

[e] v. Epimetr. V.

[f] Qui vulgo Idomeneus. v. Jonsius Script. Phil. p. 141.

[g] Scil. διὰ τούτων ἐδήλωσεν ὁ Δημοσθένης. sic demagogus vocatur βάσκανος Ἐριννύς Dionys. Hal. IX. 45. 1868.

perperam de Brumaliorum terriculis ludicris accipit. Quomodo autem Gnosticorum aliqui, quum novitios ad sacra admitterent, scenam adornaverint, apud Irenaeum legimus de Marco haec tradentem, quae redhibuit Epiphanius L. I. T. III. 223. B. Petav. τὰ γὰρ Ἀναξιλάου παίγνια τῇ τῶν λεγομένων Μάγων πανουργίᾳ συμμίξας δι' αὐτῶν φαντάζων καὶ μαγεύων τοὺς ὁρῶντας εἰς ἔκπληξιν ἐμβαλών. Has praestigias pluribus verbis exsequitur Anonymus de Rebaptismate, qui Cypriano subjungi solet: Qui originem trahunt a Simone Mago — baptisma — taliter dicunt adsignare, ut quam mox in aquam descenderit, statim super aquam ignis appareat[h]. Quod si aliquo lusu perpetrari potest, sicut adfirmantur plerique hujusmodi lusus Anaxilai esse, sive maligni spiritus opus et magicum virus ignem potest in aqua exprimere, etc. p. 363. Baluz. Anaxilai autem ludicra, ut jam pridem docuit J. Scaliger[i] simillima erant technopaegniis illis, quae nostri ventilatores et pilarii ostentant emturientibus. Quorum artificia nonnullis veterum sacerdotum non ignota neque inexperta fuisse, indicia sunt varia templorum miracula, thura

[h] Quia in Christi baptismate sic factum narratur. v. Gall. ad Justin. Dial. c. Tryph. c. 88. 545. T. I.

[i] Ad Euseb. p. 153. a. post quem Heraldus, Reinesius, aliique de Anaxilao dixerunt. cf. Fabric. ad Sext. Hyp. p. 14. et passim in Bibl. Gr. (v. Harles. T. II. 829.) Macarii Abraxas p. 87. Cypriani locus illis non innotuit; Beausobrius in hanc quaestionem omnino non descendit, nec in (Muenteri) libro Versuch über die kirchlichen Alterthümer der Gnostiker. Anspach. 1790. de Marcosiorum artibus sermo est.

sponte inflammata, fontes vel in vinum verti [hh] vel ignescere [ii] visi, vites etiam intra paucissimas horas flore fructuque exuberantes [k] candentium carbonum tactus innocui [l] atque alia ludibria oculorum auriumque [m]. Jam ut concedamus in Eleusiniis quoque spectacula ejusmodi hominum oculis objecta esse speciesque coelestes et quaedam Orci simulacra alternis lucis ac tenebrarum vicibus scenam variasse, tamen illa terriculamenta, quae Sancrucius narrat, monstrorum larvalium et canum infernorum, ad longe diversum genus sacrorum magicorum et piacularium ablegandа sunt.

§. 16.

Alio nos ducet et fortasse altius nominis τελετὴ interpretatio a Chrysippo proposita. Athe-

[hh] Plin. H. N. II. c. 106. p. 197. Bip. XXI. 13. Athen. I. 34. A. Paus. VI. 26. cf. Larcher Sur les fêtes T. XLVIII. Mem. Acad. Par. p. 275.

[ii] v. Olear. ad Philostr. Icon. I. 25. 799. Siebelis. ad Paus. VI. 26. De miraculo collis Vulcanii, ubi, si adest deus sacrorum probator, sarmenta sponte concipiunt ignem et flamma alludit epulantibus vid. Solin. XI. §. 27. Gratian. Cyneg. 445. In urbe Pionils, quum sacrificetur, fumum e Pionis sepulcro oriri tradit Pausan. IX. 18. Ex antro Idaeo semel quotannis (ὅταν ἐκζέσῃ τοῦ Διὸς ἐκ τῆς γενέσεως αἷμα) maximam vim flammarum emicare Anton. Lib. XIX. 85. idemque hodie fit in Ecclesia Hierosolymitana quae dicitur ad sepulcrum Christi.

[k] v. Euphor. Fragm. CXXXII. p. 170.

[l] v. Sil. Ital. L. V. 176. Micali L' Ital. avant. il dom. d. Rom. T. II. p. 57.

[m] Servius ad Aen. VI. 52. trahit hoc de Matris deorum templo, quod non manu sed precibus aperiebatur. De statuis et aris quae sub divo positae neque nive neque imbre humectantur narrant multi. v. Tzschuck. ad Ampel. c. VIII. p. 87. ridet Polybius XV. 12. Vid. Epimetrum VI.

naeus II. 40. D. τελετὰς καλοῦμεν τὰς ἔτι μείζους καὶ μετά τινος μυστικῆς παραδόσεως ἑορτὰς τῶν εἰς αὐτὰς δαπανημάτων ἕνεκα. Etymolog. M. p. 751. τελετή, θυσία μυστηριώδης· ὁ δὲ Ὧρος ὁ Θηβαῖος λέγει ὅτι τελετὰς καλοῦσι τὰς ἐπὶ μείζους κ. μ. τ. μυστικῆς [*] παραδόσεως ἑορτάς —. Χρύσιππός φησι τοὺς περὶ τῶν θεῶν λόγους εἰκότως καλεῖσθαι τελετάς, χρῆναι γὰρ τούτους τελευταίους καὶ ἐπὶ πᾶσι διδάσκεσθαι τῆς ψυχῆς ἐχούσης ἕρμα καὶ πρὸς τοὺς ἀμυήτους σιωπᾷν δυναμένης. Haec ex Chrysippi quarto περὶ βίων sumta esse Plutarchus docet de Repugn. Stoicc. p. 343. T. XIII. Stoicos philosophiae tres partes facere tradens: πρῶτα τὰ λογικά, δεύτερα τὰ ἠθικά, τρίτα τὰ φυσικά, τῶν δὲ φυσικῶν ἔσχατόν ἐστιν ὁ περὶ θεῶν λόγος· διὸ καὶ τελετὰς προςηγόρευσαν τὰς τούτων παραδόσεις. v. Baguet de Vit. et Script. Chrysippi p. 55. T. IV. Annal. Acad. Lovan. quem praeteriit insignis locus in Trium Patrum Comment. p. 702. D. T. VI. Bibl. Gall. Stoicorum doctrinam resipiens: προςάξω σοι τὴν ἠθικὴν καὶ φυσικὴν διδασκαλίαν μου, ὡς διὰ τούτων πρὸς τὴν μυσταγωγίαν ἀνάξουσα ἐν τῷ ἀποδεῖξαι τὴν τῶν ὅλων φύσιν σέ, τὸν ταύτης αἴτιον, αἰνιττόμενον συμβολικῶς ὡς ἀλήθειαν. Hinc ad Chrysippi sententiam revertor.

Silv. de Sacy, hoc acerrimum, ut putabat, telum quum Warburtono extorquere non posset, saltem retundere conatus est: „On n'en peut conclure qu'une seule chose, c'est que du tems de „Chrysippe et selon son opinion on communi-

[*] Μυστικῆς omittit Zonaras.

„quoit aux initiés des notions justes sur la divi-„nité" T. I. 422. Hoc si concesseris, causa perdita erit; neque concedi fas est. Equidem ex multis multumque inter se diversis teletis, privatis, publicis, domesticis, peregrinis, non quaeram scrupulosius, an Chrysippus unum certum genus designaverit et quodnam; sumamus licet de universis valere quae dicit, et potissimum de Eleusiniis. Nihilo secius ad doctrinae cujusdam sublimioris perceptionem nihil hinc proficitur. Chrysippus hoc dicit: quam rationem ad Dialecticam et Ethicam habet Theologia, sive, ut nostri dicunt, Metaphysica, eandem ad communia sacra habent teletas. Sed hoc ipsum pluribus modis intelligi potest. Nam Teletae aut propter argumenti similitudinem cum philosophiae parte tertia et postrema, quae est de natura et rebus occultis, comparari possunt, aut quia eundem dignitatis gradum obtinent. Illud qui sumunt atque in mysteriis summam quandam disciplinarum theologicarum propositam esse volunt, non solum nulla idonea ratione nituntur sed etiam difficultatibus implicantur iis, quas in principio commemoravi; unde se nunquam expedient. Deinde, si Chrysippi verba ita interpretamur, ut in sacris mysticis Theologiam pertractatam esse dicamus, effugere non possumus, quin publicis eandem cum Dialectica et Ethica similitudinem reddamus; quod dictu absurdum est. Ergo comparatio ista posita est in hac una re, quod, ut rerum divinarum cognitio omnium, quae a philosophis quaeruntur, pars est difficillima gra-

vissimaque [b] ita teletae prae ceteris caerimoniis sanctae et a communi usu remotae erant. Neque omnino Chrysippus illo loco ex professo de teletis agit sed Stoicorum more tralaticio ea quae de triplici philosophandi ratione dixerat, similitudine nominis τελετή, cui notionem perfecti subjectam putabat, illustrare voluit; quae similitudo ad probandum non plus momenti habet, quam Plutarchi oratio in Fr. de An. VI. 2. 726. exitum e vita cum ingressu adyti comparantis: ὅταν ἐν τῷ τελευτᾷν ἤδη γένηται, τότε πάσχει πάθος οἷον οἱ τελεταῖς μεγάλαις κατοργιαζόμενοι, διὸ καὶ τὸ ῥῆμα τῷ ῥήματι καὶ τὸ ἔργον τῷ ἔργῳ τοῦ τελευτᾷν καὶ τελεῖσθαι προσέοικε [bb]. Quemadmodum vero ex hac comparatione mortis et initiationis nemo concludet, mortuos esse quicunque initiarentur, ita etiam Chrysippi sententia non ita pinguiter accipienda est, quasi idem fuerit mysteria accipere et Theologiam perdiscere. Sunt multa a veteribus similiter dicta, quae si quis ad vivum resecet, facile eo deduci poterit, ut epoptas metaphysicas quasdam lectiones audivisse credat. Chalcidius quoque in Tim. CCLXX. 378. philosophiae naturali contra ponit disputationem epopticam, id est metaphysicam, veterum exempla sequutus. Plutarchus de Is. c. 78. 209. T. IX. Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης τοῦτο τὸ μέρος τῆς φιλοσο-

[b] Aristot. Met. V. 2. 690. IX. (X) 7. 733. A. τρία γένη τῶν θεωρητικῶν ἐπιστημῶν ἐστι, φυσική, μαθηματική, θεολογική — τούτων δὲ βέλτιστον ἡ τελευταία λεχθεῖσα· περὶ τὸ τιμιώτερον γάρ ἐστι τῶν ὄντων.

[bb] Τελεταὶ (λέγονται) ὡς τελειοῦσαι καὶ ἐς τὸ τέλειον ἄγουσαι Maximus ad Dionys. Ep. VIII. p. 120. quod falsum est.

φίας (τὴν τοῦ νοητοῦ καὶ εἰλικρινοῦς νόησιν) ἐποπτικὸν καλοῦσιν, ὡς οἱ τὰ δοξαστὰ παραμειψάμενοι πρὸς τὸ πρῶτον καὶ ἁπλοῦν ἐξάλλονται καὶ θιγόντες καθαρῶς ἀληθείας, οἷον ἐν τελετῇ τέλος ἔχειν φιλοσοφίας, νομίζουσι[c]. Et Schol. Hesiod. Theog. v. 12. ἐπειδή τις ἐπὶ τὸ ὄντως καλὸν ἀναδράμῃ τότε ἐπὶ τὰ τῆς φυσιολογίας προκόψας τὰ καλούμενα μετὰ τὰ φυσικά, ἐποπτικὸς γίνεται· quorum si quis fontes et principia ignoret, ad summos errores delabatur necesse est. Praeterea veteribus usitatissimum fuit, a rebus sacris similitudines transferre ad literarum studia et ad omnes in bonis artibus profectus; quod in antecedentibus breviter strictimque adnotatum hoc loco illustrabitur pluribus.

Genus hoc metaphorae ambigo quosnam primos in usum invexisse dicam; poetasne, qui se Musarum sacra administrare dicunt[d] vulgusque profestum et profanum quasi quodam hierophantico edicto Helicone arcent[e] an Sophistas, qui quum privatas scholas instituissent, ea, quae cum paucis mercede pacta communicabant, quasi quaedam interioris catastae scitamenta venditare soliti sunt. Quam eorum vanitatem irridens Plato frequentissime hac imagine utitur, ut in Euthyd.

[c] Similiter Gregorius Naz. Or. X. p. 110. D. αὐτῇ πηγῇ τοῦ καλοῦ ἐντύχοιμεν καθαρῷ νῷ καθαρὰν τὴν ἀλήθειαν ἐποπτεύοντες — ὅπερ δὴ τῆς ἡμετέρας τέλος μυσταγωγίας.

[d] Pindar. Fragm. Inc. XV. p. 629. μαντεύεο Μοῦσα, προφατεύσω δ' ἐγώ.

[e] v. Casaub. ad Pers. p. 19. Burmann. ad Quintil. Institt. V. 8. 60. p. 477. Wernsdorf. ad Himer. Ecl. X. 177. Jacobs ad Anthol. T. I. p. 82.

p. 277. E. *καὶ γὰρ ἐκεῖ* (in Corybantum teletis) *χορεία τίς ἐστι καὶ παιδιά, καὶ νῦν τούτω οὐδὲν ἄλλο ἢ χορεύετον περί σε ὡς μετὰ τοῦτο τελοῦντε· νῦν οὖν νόμισον τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν ἀκούειν τῶν σοφιστικῶν·* et in Gorg. p. 113. C. *εὐδαίμων εἶ, ὅτι τὰ μεγάλα μεμύησαι, πρὶν τὰ σμικρά· ἐγὼ δ' οὐκ ᾤμην θεμιτὸν εἶναι* [f]. Adde Sympos. p. 210. A. *ταῦτα τὰ ἐρωτικὰ ἴσως κἂν σὺ μυηθείης, τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικά, ὧν ἕνεκα καὶ ταῦτα ἔστιν, οὐκ οἶδ' εἰ οἷός τ' ἂν εἴης.* Theaetet. p. 152. C. *ὁ Πρωταγόρας τοῦτο ἡμῖν ᾐνίξατο τῷ πολλῷ συρφετῷ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀποῤῥήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγεν·* et Cratyl. p. 413. A. *ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν παρὰ πολλοῖς ὁμολογεῖται· ἐγὼ δὲ — διαπέπυσμαι ἐν ἀποῤῥήτῳ* [g]. Mox in consuetudinem venit, ut etiam Pythagorae disciplinae theoreticae [h] et Aristotelis scholae acroamaticae [i] et quidquid a Pla-

[f] Damascius ap. Suid. s. *Ὅσιον. Οὐχ ὅσιον τὰ μεγάλα σοφὸν γενέσθαι τὸν τὰ μικρὰ μὴ δυνάμενον.* Himer. Ecl. X. 4. 176. *οὐ μιμησάμενος τὸν μυστικὸν νόμον, ὃς ἐπόπτῃ καὶ μύστῃ μερίζει τὸν χρόνον, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἐν ταὐτῷ μύστην τε καὶ προφήτην τῆς ἱερᾶς τελετῆς τῶν λόγων δεξάμενος.* Procl. in Parmen. L. V. 328. T. V. Cous. *ἐν ταῖς ἁγιωτάταις τελεταῖς οἱ μέν εἰσι μυούμενοι τῶν παρόντων, οἱ δὲ ἐποπτεύοντες, οἱ δὲ νῦν πρῶτον ἀκούοντες, οἱ δὲ καὶ πρόσθεν ἀκηκοότες.* Contra quam vulgo loqui solent, Synesius in Dion. p. 52. C. *δεῖ τὰ μικρὰ ἐποπτεῦσαι πρὸ τῶν μειζόνων καὶ χορεῦσαι πρὶν δᾳδουχῆσαι, καὶ δᾳδουχῆσαι πρὶν ἱεροφαντῆσαι.*

[g] Hanc Platonis ironiam imitatur Galenus de Hipp. et Plat. dogm. L. III. c. 4. 119. E. T. V. Chart. *οὐ προσίενται πάντες οἱ Στωικοὶ τὴν τοιαύτην ἐξήγησιν, ἀλλ' ἕτερον μέν τι λέγεσθαί φασιν, οὐ δηλοῦσι δὲ αὐτὸ, τῶν ἐσωτερικῶν ὑπάρχον δηλονότι.*

[h] *Οἱ μὲν Πυθαγόρειοι τῶν λόγων τοὺς μὲν ἔφασαν εἶναι μυστικοὺς, τοὺς δὲ ἐξωτερικούς* Procl. in Tim. V. p. 295. Idem in Parm. L. V. p. 310. *οἱ Πυθαγόρειοι τῶν λόγων τοὺς μὲν ἔφασκον εἶναι μυστικοὺς, τοὺς δὲ ὑπαιθρίους.* Neutrum nomen primis hujus sectae auctoribus notum fuit.

[i] Themist. Or. XXVI. p. 319. D. de Aristotele: *τὸ μυστικὸν καὶ ἐν ᾧ τὰ τέλεια ἱερά, τοῦτο δὴ ἐμηχανήσατο, ὅπως καὶ ἔχοντες μὴ ἔχωσιν οἱ ἀμύητοι.*

tone vel subtilius vel sublimius dictum esset [k] mysticum diceretur et epopticum. Cujus rei ignoratio peperit illud duplicis doctrinae, ut Warburtonus vocat, arcanae et vulgaris discrimen commenticium, opinionemque falsam, unumquemque philosophorum quasdam disciplinae suae partes in arcano tradidisse; unde vox illa extitit impia et detestabilis, *μὴ κοινὰ ποιεῖσθαι τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀγαθά*, neque fas esse *δαμοσίᾳ φιλοσοφέν* Lysis in Epist. Pythag. IV. p. 52. [l]. Neque ceterarum artium professores sibi interdictum putarunt, quominus illa magnifica nomina ad se et ad sua studia transferrent. Quintilianus de Mus. III. p. 163. *φιλοσοφίας ὡς ὀπαδὸν τὴν μουσικὴν ἀσκητέον, καὶ ὡς περὶ μικρῶν πρὸς μείζω μυστηρίων ἀμφοῖν λογιζομένους, ἑκατέρᾳ τὴν προσήκουσαν ἀξίαν ἀπονεμητέον· ἡ μὲν γὰρ γνώσεως ἁπάσης τελεσιουργὸς, ἡ δὲ προπαιδεία τυγχάνει· καὶ ἡ μὲν ἀκριβὴς τῷ ὄντι τελευτή* (*τελετή*), *ἡ δὲ μυσταγωγία καὶ προτέλειον*. Eodem modo medici loqui solent: *ἐμυήθη τὰ πρῶτα τῆς ἰατρικῆς* Paeti Ep. ad Xerx. p. 20. T. I. *ὄργια ἐπιστήμης τελεσθῆναι* in Lege T. II. p. 42. Lind. [m] et politici: *ἀτέλεστος ἔτι ὢν τῶν πρώτων ἱερῶν καὶ*

[k] Platonis mysteria Martian. Capell. p. 74. Alta illa et divina Platonica (de Venere coelesti et pandemo) rarissimo cuique piorum gnara, ceterum omnibus profanis incognita Apulej. Apol. p. 420. *Διὰ τούτων ὥςπερ διά τινων προτελείων καὶ μικρῶν μυστηρίων εἰς τὴν Πλατωνικὴν ἦγε μυσταγωγίαν* Marin. V. Procl. XV. 11. Alii Platonis *ὀργιαστάς*, Epicuri *θιασώτας* nominant etc. v. Bake ad Cleomed. p. 443.

[l] *Τελέσαι πάντας τὰ τῆς φιλοσοφίας μυστήρια* Himer. Ecl. XIII. 236.

[m] Ex ejusmodi locutionibus vulgo argumentari solent Asclepiada-

μυστηρίων τῆς πολιτείας Plutarch. V. Flam. II. 469. T. II. [n] *Τὰ τῆς ἀστρολογίας ἐκφαίνειν ὄργια* Anna Comn. L. VI. p. 164. Quin Diogenes, ut Plutarchus refert de Tranquill. XIX. 34. T. X. totam vitam initiationem esse dixit (*μύησιν καὶ τελετὴν τελειοτάτην*) et mundum ipsum *ἱερὸν ἁγιώτατον*, in quod ingressos non statuariorum sigilla spectare sed divinae mentis opera, rerum intelligibilium simulacra [o].

Has omnes similitudines si ad amussim exigere et, quidquid de una aliqua re, quae cum mysteriis comparatur, praedicari potest, illico ad ea ipsa transferre velimus, ad postremum eo deveniemus, ut initiatis non Theologiae solum rationem, sed quasi quandam artium et scientiarum Encyclopaediam, ut nunc loqui solent, traditam esse confiteamur. Totam certe philoso-

rum quoque familiam habuisse quaedam *ἀπόῤῥητα* et doctrinam esotericam, v. Sprengel. Hist. Medic. T. I. p. 216. Ed. prim. quod plane falsum est; medicamenta quibusdam arcana fuisse nemo dubitat.

[n] Philo Leg. ad Caj. p. 1000. A. *τολμῶσι δ' ὑπ' ἀναισχυντίας ἱεροφαντεῖν καὶ τελεῖν τὰ ἡγεμονικά, μόλις ἐν μύσταις ἀναγραφέντες.* Synes. de Provid. I. 96. A. *ἐπειδὴ τὴν βασίλειον τελετὴν ἐτετελέστο·* cf. Wernsdorf. ad Himer. Ecl. X. 177. J u s t i t i a e s a c e r d o s Ulpian. L. I. de Instit. quod dubito an recte Merillius Observ. L. 11. e Stoicorum fontibus repetat; est certe communi usu tritum; *δικαιοσύνης ἱερεύς* Liban. Decl. T. I. 459. *λήρων ἱερεύς* Dionys. de Comp. Verb. IV. p. 28. T. V. *τὰ σεμνὰ Θέμιδος μυστήρια.* Imperatores justitiae sacerdotes vocat Symmachus in Epist. Ambros. XXX.

[o] Corruptissimus est Cleanthis locus apud Epiph. adv. Haer. L. III. T. II. p. 1090. C. Petav. *τοὺς θεοὺς μυστικὰ σχήματα ἔλεγεν εἶναι καὶ κλήσεις ἱερὰς καὶ δᾳδοῦχον ἔφασκεν εἶναι τὸν ἥλιον καὶ τὸν κόσμον μύστας καὶ τοὺς κατούχους* (sic) *τῶν θείων τελετῶν ἔλεγε·* quorum postrema Diogenis ductum sequens ita refingebam *καὶ τὸν κόσμον τελεστήριον καὶ τοὺς κατόχους τῶν θείων μύστας. Κλήσεις ἱεραί* quae sint paulo ante explicuimus; *σχήματα μυστικά,* quorum mentio etiam in Apsinis loco infra exhibendo, in coelo stellarum ordinatos motus, in mysteriis saltantium figurationes et symplegmata significare videntur. *Τὰ ἐν οὐρανῷ μυστήρια* a s t r a Hermes Stob. Ecl. I. 52. 928. et 968.

phiam teletarum antistites initiatis exposuisse apparet e Theonis loco, si quis isto modo interpretetur, quo Chrysippi verba accipi solent: τῇ τελετῇ ἔοικεν ἡ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν θεωρημάτων παράδοσις τῶν τε λογικῶν καὶ πολιτικῶν καὶ φυσικῶν· ἐποπτείαν δὲ ὀνομάζει τὴν περὶ τὰ νοητὰ καὶ τὰ ὄντως ὄντα in Mathem. c. I. p. 19.

Quid tamen est illud, quod Chrysippus τὸν περὶ τῶν θείων sive θεῶν λόγον teletis tanquam proprium adsignat argumentum? Non certe hoc, quod vulgo creditur. Nam si quid divinis in mysteriis dictum est, id erat de dei cui res sacra fiebat, ortu et rebus gestis. Isocrates Paneg. c. 6. p. 59. Δήμητρος ἀφικομένης εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτε ἐπλανήθη τῆς Κόρης ἁρπασθείσης καὶ πρὸς τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους εὐμενῶς διατεθείσης ἐκ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐχ οἷόν τ' ἄλλοις ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκούειν. Ergo illa notissima fabula de Cereris in Atticam deversantis hospitio, moerore et ob receptam filiam gaudio et munificentia, pars fuit illius sanctissimi secreti, quod Isocrates verbis celavit, re prodidit, factoque probavit persaepe aperta pro opertis et tradi et accipi. Similiter Theocritus rem pueris notam et ab aliis sine ambage expositam extremis digitis quasi magnum arcanum attingit:

Ζαλωτὸς μὲν ἐμὶν ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων
Ἐνδυμίων· ζαλῶ δέ, φίλα γύναι, Ἰασίωνα,
ὃς τόσσων ἐκύρησεν, ὅσ' οὐ πευσεῖσθε βέβηλοι.

Atqui nemo nesciebat, ne Scholiasta quidem, ὅτι παρεμφαίνει τὸν μυστικὸν ἔρωτα Ἰασίωνος καὶ Δή-

μητρος. Ergo poeta dicis causa, ut multi, hanc religionis simulationem adhibuit et quia orationi aliquid gravitatis affert. Haec igitur de Cereris mysteriis; cetera testimonia in universum valent. Schol. Ambros. Od. VIII. 266. de Homeri fabulis parum honestis: *ἡ κατηγορία πρόδηλος, διότι περὶ θεῶν οὐκ ἔδει τοιαῦτα δεδηλωκέναι· ἀλλ' οὐχ Ὁμήρου τὸ ἔγκλημα· ἄνωθεν γὰρ τοῖς ἀρχαιοτάτοις παραδίδοται κατασκευάσμασι καὶ τελεταῖς ταῖς παλαιοτάταις καὶ ἑλληνικαῖς καὶ βαρβαρικαῖς.* Qua excusatione utuntur etiam adversus Theomachiae reprehensores Schol. Venet. XX. 67. *ἔνιοι ἀπὸ ἔθους ἀπολογοῦνται· συγκεχώρηται γὰρ ὑπὸ τῶν πόλεων καὶ τῶν νομοθετῶν τοιαῦτα περὶ θεῶν μὴ μόνον ᾄδειν ἐν ποιήσεσιν ἀλλὰ καὶ τοῖς μυστηρίοις παραδιδόναι ἔν τε τοῖς ἱεροῖς ἀναθήμασι καὶ ἔτι (ἤδη) σύμφωνα τοῖς μύθοις κατασκευάζειν.* Proculus in Tim. I. p. 53. *ἐν τοῖς Ἀττικοῖς πατρίοις καὶ ἐν τοῖς μυστηρίοις τοῦ Γιγαντικοῦ θρυλλουμένου πολέμου* etc. Sallustius de Diis c. III. *τῶν ποιητῶν οἱ θεόληπτοι οἵ τε τὰς τελετὰς καταδείξαντες μύθοις ἐχρήσαντο·* et hinc in partitione mythorum c. IV. 249. *πρέπουσι δ' οἱ μὲν θεολογικοὶ φιλοσόφοις, οἱ δὲ φυσικοὶ ποιηταῖς, οἱ δε μικτοὶ τελεταῖς.* Atque haec testimonia domesticorum auctorum etiam Apologetis Christianis eadem tradentibus conciliant fidem et auctoritatem. Eusebius in Demonstr. Ev. L. V. 1. 268. E. *μοιχείας καὶ ἀῤῥενομιξίας, μητρογαμίας τε καὶ ἐκθέσμους ἀδελφῶν κοινωνίας καὶ μυρίας ἄλλας θεομαχίας, ἔχθρας τε καὶ πολέμους θεῶν πρὸς θεούς, ἀνθρώπων τε,*

ᾠδαῖς καὶ ὕμνοις καὶ διηγήμασι μυστηρίων τε ἐν ἀποῤῥήτοις τελεταῖς λέγουσι. Idem similiter in Praep. Evang. XV. 1. 788. C. *ἐν πάσαις πόλεσι θεῶν τελεταὶ καὶ μυστήρια σύμφωνα τοῖς τῶν προτέρων μυθικοῖς διηγήμασι παραδέδοται, ὡς εἰςέτι καὶ νῦν τῶν θεῶν γάμους καὶ παιδοποιίας, θρήνους τε καὶ μέθας καὶ τῶν μὲν πλάνας, τῶν δὲ ἔρωτας, τῶν δὲ ὀργὰς κατά τε τὰς τελετὰς ἔν τε τοῖς ὕμνοις καὶ ταῖς εἰς τοὺς θεοὺς ᾠδαῖς παραλαμβάνειν.*

Si quid igitur certum testatumque dici potest, est profecto hoc, mysticorum sacrorum haud diversum fuisse a publicis argumentum, deorum ortus, incrementa, amores, iras et cetera fabularis historiae complementa. Nec minus exploratum illud, homines religiosos, ut deos immortales culpa et errore liberarent, fabulis mysticis eadem, quae popularibus et poeticis commentis, adhibuisse allegoricae interpretationis mangonia, eoque factum esse, ut mysteria ipsa allegoriis constare crederentur. Demetrius Phal. de Eloc. §. CI. p. 45. Schneid. *μεγαλεῖόν τι ἐστι καὶ ἡ ἀλληγορία· πᾶν γὰρ τὸ ὑπονοούμενον φοβερώτερον καὶ ἄλλος εἰκάζει ἄλλο τι — διὸ καὶ τὰ μυστήρια ἐν ἀλληγορίαις λέγεται πρὸς ἔκπληξιν καὶ φρίκην.* Demetrio adstipulatur Macrobius Somn. I. 2. Sicut natura vulgaribus hominum sensibus intellectum sui vario rerum tegmine operimentoque subtraxit, ita a prudentibus arcana sua voluit per fabulosa tractari[p]; sic ipsa mysteria figurarum cunicu-

[p] Strabo X. 467. *ἡ κρύψις ἡ μυστικὴ σεμνοποιεῖ τὸ θεῖον*

lis operiuntur ne vel haec adeptis nuda rerum talium se natura praebeat, sed summatibus tantum viris sapientia interprete veri arcani consciis, contenti sint reliqui ad venerationem figuris defendentibus a vilitate secretum[q]. Quippe quae de omnibus sacris, etiam de mysticis valebat opinio his, quae deorum causa vel dicerentur vel fierent, inclusas esse sententias altas et philosophas acutissimo cuique penetrabiles, vulgo et imperitis invias abditasque. Atque hinc etiam Porphyrius dicit ap. Euseb. H. Eccl. VI. 19. 284. Origenem *τὸν μεταληπτικὸν τῶν παρ᾽ Ἕλλησι μυστηρίων τρόπον* a Chaeremone, Nicomacho et Cornuto[r] didicisse, quos quum deorum nomina et res gestas ad allegorias revocasse constet, nemo dubitare poterit, quin haec machina mysticis quoque fabulis et cerimoniis adhibita fuerit[s].

καὶ μιμεῖται τὴν φύσιν τὴν φεύγουσαν τὴν αἴσθησιν αὐτῆς. Philo de Profug. 480. B. *οἱ φύσεως τῆς κρύπτεσθαι φιλούσης ἀμύητοι* Julian. Or. VII. 216. *φιλεῖ ἡ φύσις κρύπτεσθαι.*

[q] Lydus de Ostent. III. 12. de Tagetis genitura: *τοῦτο ἀλληγορικῶς παρὰ τὸν ἱερατικὸν παρακεκάλυπται νόμον. ἐπεὶ οὐ προφανῶς περὶ τῶν θειοτέρων πραγμάτων, ἀλλὰ νῦν μὲν μυθικῶς, νῦν δὲ παραβολικῶς* etc. *διὰ τοὺς ἀνιέρους·* ubi notanda est significatio praepositionis *παρά* pro *κατά* positae, ut in Vit. Hom. p. 488. *παρὰ τὸ προσῆκον.*

[r] v. Casaub. ad Pers. V. p. 366.

[s] Id in rem suam verterunt scriptores Christiani: *οἱ ἀρχαῖοι τὰ μυστήρια μόνους τοὺς φιλομαθεῖς εἰδέναι θέλοντες, μύθοις αὐτὰ προεκάλυψαν. Ζῆνα γὰρ τὴν ζέουσαν οὐσίαν εἶναι φυσιολογοῦσιν* etc. Clemens Homil. IV. 24. 668. et mendacissimus auctor Confessionis S. Cypriani in Opp. Cypr. p. CCXCVI. Baluz. *ἦλθον καὶ ἐν Ἄργει ἐν τῇ τῆς Ἥρας τελετῇ, ἐμυήθην ἐκεῖ βουλὰς ἑνότητος ἀέρος πρὸς αἰθέρα καὶ αἰθέρος πρὸς ἀέρα, γῆς πρὸς ὕδωρ καὶ ὕδατος πρὸς ἀέρα.* Pari perversitate Theodoretus et Epiphanius ritus prisces et fabularum intermortuas reliquias interpretari solent.

§. 17.

In has angustias compulsi mysteriorum patroni fortasse ita se defendent, ut hierophantas symbola illa et allegorias initiatis enucleasse contendant, si non omnibus at certe electioribus. Id vero factum esse negat gravis auctor, Vettius Praetextatus hierophanta, pontifex Solis et Vestae sacrorumque omnium conscius[a] et sine ulla exceptione negat ap. Macrob. Sat. I. 18. 236. „Saturnaliorum originem mihi in medium „proferre fas est, non quae ad arcanam „divinitatis naturam refertur, sed quae „aut fabulosis admixta disseritur aut a „physicis in vulgus aperitur; nam occul„tas et manantes ex veri fonte ratio„nes ne in ipsis quidem sacris enarrari „permittitur; sed si quis illas assequitur, „continere intra conscientiam tectas ju„betur." Ergo nulla fuit Hierophantae oratio, qua epoptae ad veram sapientiam erudirentur, nec illi quidquam consequuti, praeter quae ipsi sibi cogitatione fingerent pro suo quisque captu cerimoniarum causas et consequentias conjectantes. Jam, si quid intelligo, una ratio ad sustinendam mysteriorum existimationem superest, si quis ostendere possit, ea quae in sacris dicerentur

[a] De hoc vid. Bosius de Pontif. Max. c. II. 243. in Graev. Thes. T. V. Felix Contelerius de Praefect. Urb. c. VI. 547. T. I. Sallengr. Ignarra de Phratr. p. 257. Idsingra Var. Jur. Civ. I. p. 8. Burmann. ad Anthol. Lat. T. II. 148. Wernsdorf. ad Himer. p. 13.

canerenturve tropis et allegoriis involuta quidem nec tamen ita abdita fuisse, quin a sagacioribus aperiri et ad rationem revocari potuerint. Verum hanc quoque excusationem aufert summa auctorum discrepantia, mysteriorum causas diversas atque etiam contrarias tradentium, quasi aperta professione, suam quemque conjecturam afferre. Augustinus Civ. VII. c. 20. Varro de Eleusiniis nihil interpretatur, nisi quod attinet ad frumentum — Proserpinam dicit significare fecunditatem seminum, quae quum defuisset tempore, exortam esse opinionem, quod Cereris filiam Orcus abstulerit — Dicit deinde multa in mysteriis ejus tradi, quae nisi ad frugum inventionem non pertinent. Haec qualia fuerint colligere possumus e Diodori disputatione V. 49. *ἐξ Ἰασίωνος καὶ Δήμητρος Πλοῦτον γενέσθαι φασὶν οἱ μῦθοι· τὸ δ' ἀληθὲς, τὸν τοῦ σίτου πλοῦτον δωρηθῆναι ἐν τῷ τῆς Ἁρμονίας γάμῳ.* Varronis sententiae affinis fuit Prodici ratio, qui quum ea, quae prodessent hominum vitae eorumque inventores deorum in numero haberi statueret [Cic. N. D. I. 41.] memoriam inventarum frugum statis solemnibusque cerimoniis consecratam esse pronunciavit. Themistius Or. XXIX. 349. A. *πλησιάζωμεν ἤδη ταῖς τελεταῖς καὶ τὴν Προδίκου σοφίαν τοῖς λόγοις ἐγκαταμίξωμεν, ὃς ἱερουργίαν πᾶσαν ἀνθρώπων καὶ μυστήρια καὶ πανηγύρεις καὶ τελετὰς τῶν γεωργίας ἐξάπτει καλῶν.* Neque discrepat Maximi Tyrii judicium Or. XXX. 93.

T. II. cui agricolae videntur *συστήσασθαι ἑορτὰς καὶ τελετὰς θεῶν πρῶτοι μὲν ἐπὶ ληνῷ στησάμενοι Διονύσῳ χορούς* etc. [aa] Cotta autem ap. Cic. N. D. I. 42. commemoratis Prodici, Diagorae et aliorum sententiis, verbo tangit Eleusinia et Samothracia, quibus explicatis ad rationemque revocatis rerum magis naturam cognosci quam deorum. Hi igitur mysteriis physiologicas quasdam rationes inclusas esse putarunt. E diverso Cicero Tusc. I. 13. deos, qui ita a vulgo appellarentur, homines fuisse contendens, indidem argumentum repetit a mysteriis: Quaere, quorum demonstrentur sepulcra in Graecia; reminiscere, quoniam es initiatus, quae traduntur in mysteriis; denique intelliges quam late hoc pateat. Idemque sensisse videntur Creticarum rerum scriptores quos Diodorus V. 77. sequitur: *τὰς θυσίας καὶ τὰς περὶ τὰ μυστήρια τελετὰς ἐκ Κρήτης εἰς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους παραδεδόσθαι λέγοντες, τοῦτο φέρουσι τεκμήριον· τήν τε γὰρ ἐν Ἐλευσῖνι γινομένην τελετὴν καὶ τὴν ἐν Σαμοθρᾴκῃ καὶ τὴν ἐν Θρᾴκῃ ἐν τοῖς Κίκοσιν, ὅθεν ὁ καταδείξας Ὀρφεὺς ἦν, μυστικῶς παραδίδοσθαι· κατὰ δὲ τὴν Κρήτην νόμιμον ἐξ ἀρχαίων εἶναι, φανερὰς τὰς τελετὰς ταύτας πᾶσι παραδίδοσθαι καὶ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐν ἀποῤῥήτῳ παραδιδόμενα παρ' αὐτοῖς μηδένα κρύπτειν.* quibus adjunguntur Cereris, Dianae alio-

[aa] Petronius Carm. in Superst. v. 8. error jussit inanis agricolas primos Cereri dare messis honores, palmitibus plenis Bacchum vincire etc. cf. Wernsdorf. Poet. Min. T. IV. P. I. p. 307.

rumque deorum sive potius principum Cretensium itinera et beneficia Euemeri penicillo depicta. Qui quum Jovem ipsum in oppido Gnoso sepultum esse tradiderit Lactant I. 11. 46. nihil mihi probabilius videtur, quam cerimonias tetricas et ferales, quibus Gnosii deum illum placarent[b] in causa fuisse, cur aliqui Jovi mortuo parentari crederent; idque sine dubio Diodorus respexit, quum ex Gnosiorum sacrificiis publicis idem quod aliorum mysteriis intelligi diceret, videlicet deos, qui putarentur, homines fuisse. Atqui notum est hanc Euemeri sententiam non vulgi solum judicio sed communibus fere suffragiis insolentiae et impietatis damnatam esse. Sequitur ergo, ea quae a Cicerone in mysteriis tradi dicuntur, non Hierophantarum esse effata sed hominum acutulorum interpretamenta. Quis enim publicarum cerimoniarum antistites in conventu maximo ea dixisse putet, quae quum Euemerus dixisset impurus et impius omnium religionum hostis judicatus est? Huc fortasse etiam illud referri debet, quod Augustinus IV. 31. a Varrone dictum refert: multa esse quae non modo vulgo scire non sit utile sed etiam, tametsi falsa sint, aliter populum existimare expediat, et ideo Graecos teletas ac mysteria taciturnitate et parietibus clausisse. In sacris, quibus populus interesset, exposita esse, quae vulgo scire non conduceret, nullo modo credi potest; sed erat haec Varronis opinatio, ritibus mysticis vel rerum naturalium vicissitudines vel ve-

[b] De sacrorum lustralium et funebrium similitudine alibi dicetur.

terum dynastarum facinora adumbrari; quorum neutrum in vulgus emanare fas erat. Scaevola pontifex ap. August. IV. 27. tria illa Theologiae genera enumerans, quae Stoici constituêre [bb] mythicon, politicon, philosophicon, hoc, inquit, quod docet deos nec sexum habere nec aetatem nec membra, obest populo; eaque partitione quum etiam Varro utatur ap. Tertull. c. Nation. L. II. 64. C. facile existimare possumus, quid illud fuerit, quod populo committi nolit tantumque hoc ambigitur, quidnam ille vaferrimus rerum et verborum interpres in mysteriis sibi reperire visus sit, physiologorum an pragmaticorum inventa; nam utroque versum propendet, modo ad Euemeri rationem [c], modo ut Stoicos sequatur [d]. Ab his rursus abit Plutarchus, qui quum statuisset omnia quae de diis tradita essent parum honeste, ad daemones pertinere, indidem

[bb] v. Plutarch. Amator. XVIII. p. 44. T. XII. de Placit. Phil. I. 6. Euseb. Pr. Ev. IV. 1. 132. et IV. Prooem. p. 130.

[c] „Ut Varro dicit, Aeolus rex fuit insularum ex „quarum nebulis quod praedicebat futura flabra ven„torum, visus est ventos in potestate retinere." — „Phor„cys, ut dicit Varro, rex fuit Corsicae et Sardiniae, quo „ab Atlante rege classe victo et obruto, finxerunt co„mites ejus in deum esse conversum. Fragm. p. 358. Non „Jupiter novem Musas genuit, sed tres fabri ternas fe„cerunt" p. 359. Quanto Romae impunius fuerit diis patriis quam patriciis convicium facere ostendit Euemeri historia sacra ab Ennio in latinum conversa sermonem, et Lucilii judicium, deorum cultum magis ad morem quam ad rem pertinere Lactant. I. 22. 13. et, quod ad posteriora tempora, Senecae reliquiae a Lipsio collectae Elect. II. 18.

[d] Varro Samothracum mysteria sic interpretatur; dicit se ibi multis indiciis collegisse in simulacris aliud significare coelum, aliud terram, aliud exempla rerum, quas Plato appellat ideas; coelum Jovem, terram Jovem, terram Junonem, ideas Minervam vult intelligi Augustin. Civ. VII. 28.

sam contemplationem et intellectum rerum afferunt, id quod iisdem prope verbis Plutarchus de ea philosophiae parte dicit, quam Chrysippus teletis aequiparavit: ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματεία πρὸς διδασκαλίαν καὶ μάθησιν οὐδὲν ἔχουσα χρήσιμον ὑπόδειγμα τοῖς πεπαιδευμένοις ἀπ' ἀρχῆς γέγραπται V. Alex. c. VII. 260. T. IV. Περινοεῖν τὴν φύσιν καὶ τὰ πράγματα, quod Aristophanes dicit περιφρονεῖν τὰ πράγματα Nubb. 740. et Virgilius Rerum cognoscere causas[a], proprium est philosophi munus, quo nomine Cicero dicit appellari eum, qui studeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam causasque nosse; eundemque Lucianus vocat ἄνδρα τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καθεωρακότα καὶ μόνον τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότα Alex. XXII. p. 86. T. V. artem ipsam τὴν θεωρίαν τῶν πραγμάτων Himer. Or. XIV. 648. et pluribus verbis Plutarchus de Poes. Hom. XII. p. 1230. Wyttenb. p. 188. Ernest. ὁ θεωρητικὸς λόγος ἐστὶν ὁ περιέχων τὰ καλούμενα θεωρήματα, ὅπερ ἐστὶ γνῶσις τῆς ἀληθείας, ἀφ' ὧν ἐστι τὴν φύσιν τῶν ὄντων θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων κατανοεῖν. His praemissis haud difficile erit de causa ipsa judicare.

Principio, si quis Clementis locum paullo attentius neque a ceteris avulsum legerit, profecto intelliget, totam auctoris argumentationem fundi-

[a] Claudian. Mamert. de Stat. An. p. 627. T. IV. P. I. Bibl. Patr. Bing. Philolaus multis voluminibus de intelligendis rebus scripsit, id est, περὶ φύσεως. Τὴν φύσιν τῶν ὄντων Isocr. Busir. c. IX. p. 378. τὰ τῆς φύσεως πράγματα Philo p. 695.

tas everti, si majusculis mysteriis ullam institutionis partem reliquam fecerit. Etenim a primo quinti libri ingressu hoc agit et disputat, non solos sacros scriptores sententias suas obscuritate quadam involvisse, sed eadem in docendo ratione etiam graecos philosophos et veterrimos poetas, Orpheum, Hesiodum aliosque usos esse, et partim orationis brevitate, partim tropis, figuris, allegoriis inventa sua ita undique quasi velis obtendisse; ut imperitos a cognitione absterrerent, sollertiores autem eo majore veritatis indagandae studio incenderent: *πάντες οἱ θεολογήσαντες βάρβαροι καὶ Ἕλληνες τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν πραγμάτων ἀπεκρύψαντο, τὴν δὲ ἀλήθειαν αἰνίγμασι καὶ μεταφοραῖς παραδεδώκασι* p. 658. causamque reddit his verbis: *οὐδὲ γοῦν τοῖς τυχοῦσιν ἤθελον ἀναίδην* (sic) *ἐκκεῖσθαι πάντα, οὐδὲ κοινοποιεῖσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς μηδ' ὄναρ τὴν ψυχὴν κεκαθαρμένοις· οὐ γὰρ θέμις ὀρέγειν τοῖς ἀπαντῶσι τὰ μετὰ τοσούτων ἀγώνων πορισθέντα, οὐδὲ μὴν βεβήλοις τὰ τοῦ λόγου μυστήρια διηγεῖσθαι* p. 680. quae sunt paucis mutatis e Lysidis ad Hipparchum epistola [b] in communem dialectum translata. Deinde addit etiam mysteriorum antistites hoc sequutos esse: *Ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ μυστήρια θέμενοι, φιλόσοφοι ὄντες, τὰ αὐτῶν δόγματα μύ-*

[b] Jamblich. V. P. XVII. p. 160. *οὐδὲ μὰν βεβάλοις τὰ ταῖν Ἐλευσινίαιν μυστήρια διαγεῖσθαι·* quo significantur non Cereris et Liberae sed philosophiae arcana, ut Clemens recte intellexit. Sed alius nescio quis interpres pinguior hinc illam de Numenio fabulam sacra Eleusinia vulgante proseruisse videtur ap. Macrob. Somn. I. 2. Numenius scripsit *περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀποῤῥήτων* Euseb. Pr. Ev. XIII. 650. cf. Jons. de Script. Phil. III. 10. p. 58.

θοις κατέχωσαν, ὥστε μὴ εἶναι ἅπασι δῆλα p. 686. idque alio loco accuratius se exsequuturum ostendit L. VI. 737. *ἐκεῖ παρεστήσαμεν τὸ συμβολικὸν εἶδος ἀρχαῖον εἶναι, κεχρῆσθαι δὲ αὐτῷ τῶν Ἑλλήνων τῶν παλαιῶν τοὺς πλείονας — ἐχρῆν δὲ καὶ τὰ μυστήρια ἐπελθεῖν τῶν τελουμένων, ταῦτα μὲν ὑπερτίθεμαι διασαφήσειν, ὁπηνίκα ἂν τὰ περὶ ἀρχῶν τοῖς Ἕλλησιν εἰρημένα ἐπιόντες διελέγχωμεν*, quae disputationis pars gravissima a Photio Bibl. CXI. p. 155. lecta, jam dudum excidit. Et paucis interjectis illa verba ponit, de quibus cum maxime litigatur. Jam ita argumentor: quum neque scriptores sacri tropos et allegorias, quibus utuntur, explicuerint, nec Pythagorei symbolorum suorum sensus occultos enudaverint, nec Homerus Hesiodusque, quid sub fabularum involucris absconditum sit, interpretati fuerint, quumque Clemens cum his omnibus mysteriorum conditores tanquam ejusdem rationis participes, conjunxerit, necesse est, nihil eorum, quae in mysteriis agerentur, interpretatione sacerdotum explanatum, sed epoptis commissum fuisse, ut pro se ipsi oculis animisque in spectacula mystica intentis et defixis latentes sensiculos sagaciter pervestigarent [c]. Idque etiam Aristoteles haud obscure significat, qui homines in sacrorum initiis nihil doceri, sed ad veri intelligentiam velut agrum sementi

[c] In hac animi attentione ad investigandas sacrorum causas et significationes curiosi summum initiationis fructum ponit. Plutarchus de Is. c. III. neque barba, inquit, philosophos facit, neque Isiacos calvitium, *ἀλλὰ Ἰσιακός ἐστιν ὡς ἀληθῶς ὁ τὰ δεικνύμενα καὶ δρώμενα περὶ τοὺς θεοὺς, ὅταν νόμῳ παραλάβῃ, λόγῳ ζητῶν καὶ φιλοσοφῶν περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀληθείας.*

praeparari affirmat ap. Synes. Dion p. 48. A. Ἀριστοτέλης ἀξιοῖ τοὺς τετελεσμένους οὐ μαθεῖν τι δεῖν ἀλλὰ παθεῖν καὶ διατεθῆναι γενομένους δηλονότι ἐπιτηδείους [d]. Quod efficiebatur ipso sacrorum adspectu diu cupideque expetito et ad commovendos animos efficacissimo, quo quum fruerentur homines religione praeoccupati sensusque ad res percipiendas intenderent, fieri non potuit, quin multae et graves cogitationes in animis eorum exorirentur, ipsique omnia magnificentius sentirent et sublimius. Hinc jam elucet qua ratione Chrysippus eam philosophiae partem, quae de deorum natura tractat, teletis assimilaverit et vero etiam Plato quid intenderit, quum adspectum illorum alternorum exemplarium, in quae sola sapiens aciem dirigit, epoptiae quoddam genus, sed multo perfectius esse diceret. Nimirum, si homines ad sacra quotidiana et vulgaria accedentes illud sibi ante oculos ponere solebant, quod Plutarchus praecipit, δεῖ πρὸς ταῦτα λόγον ἐκ φιλοσοφίας μυσταγωγὸν ἀναλαβόντας ὁσίως διανοεῖσθαι τῶν λεγομένων καὶ δρωμένων ἕκαστον (de Is. c. 68. 194.) multo attentius certe solemnia mystica speculati sunt, quorum usus rarior, apparatus magnificentior, religio major erat. Hinc illa doctrinae mysticae praeconia, utique non ejus, quam Hierophantae quoquo modo commenti sunt, sed ejus, quae naturae sponte in animis divini capacibus extitit.

[d] Hoc quid sit apparet ex Jamblich. V. P. XXXII. 228. διακαθαρθέντι καὶ ποικίλως ἐπιτηδειωθέντι διὰ τῶν μαθηματικῶν ὀργιασμῶν.

Itaque si omnes adytorum latebras perlustraveris, nil praeter actus sacrificales et fabularum figmenta et super his hominum opiniosorum conjecturas varias vagasque pro cujusque ingenio reperies. Quin apparet, non potuisse mysteria ad tantam diuturnitatem permanere, si qua fuisset initiatis perspicue tradita disciplina, quam mutari vetuisset consciorum religio, immutatam quotannis referri non tulisset ceterarum rerum conversa ratio. Quid enim, quaeso, eorum quae veteres illi Eumolpi, si placet, auditores rudi simplicitate crediderunt, politioribus ingeniis et jam adultae Graeciae satis facere potuit? At quia spectaculum mysticum rerum divinarum adumbrata non expressa signa exhibebat et erat de his libera quod quisque vellet conjectandi copia, haec muta sacrorum disciplina in nullo alio vestigio quam in animi notione posita, neque usu capi neque obsolescere potuit, sed novum sibi subinde ingenium induens, una cum hominum aetatibus gradatim maturuit et seculorum ultro citroque commeantium vicissitudines pari gressu consequuta est. His expositis, quid mysteriis pretii statuendum sit, facile perspicitur. Si ad pietatis virtutisque omnis studium refert, ut homines aliquando aliquantulum fleant, tremant, stupeant, non infitior, multos, quos ratio non posset ad deorum metum et religionem adducere, sacrificalis apparatus pompa et splendore, ut deos revererentur, adductos esse. Item, si nulla fabula tam inepta est, quae non aliquo sapientiae fuco circumlini possit, con-

cedo, ea, quae in mysteriis traderentur, ad docendum tanto uberiora fuisse, quo plus auctoritatis ad credendum afferrent. Sed haec utilitas si ex vero aestimetur, perexigua fuit ob eam causam, quam scientissime explicuit Dionysius in Archaeol. L. II. 20. 277. *τὰ μὲν τῶν Ἑλληνικῶν μύθων ἀγαθὰ μικρά τε ἐστὶ καὶ οὐ πολλοὺς δυνάμενα ὠφελεῖν, ἀλλὰ μόνον τοὺς ἐξητακότας, ὧν ἕνεκα γίνονται· σπάνιοι δ᾽ εἰσὶν οἱ μετειληφότες ταύτης τῆς φιλοσοφίας.* Neque solum rarum est hoc genus, sed potius istius sapientiae, quae unicuique domi nascitur, minime indigum.

§. 19.

Haec inventa est a nobis unica ratio, qua Clementis testimonium, mysteriis majusculis nullam institutionis speciem relinquentis, concilietur cum eorum auctoritate, qui initiatos ad rerum maximarum scientiam pervenisse confirmant. Hi enim de conjecturis loquuntur, quas sacrorum spectatores ex suo quisque sensu faciebant; ille epoptas de rebus divinis dedita opera edoctos fuisse negat; et recte quidem. Nam quae Hierophantae Cerycesque sacris aut praefabantur aut accinebant, plurimum fortasse ad commovendos audientium animos valebant, ad erudiendos nihil, multoque magis veteres errores confirmabant quam tollebant, quippe cum deorum dearumque invocatione conjuncta. Praeterea si quid vel publice vel privatim a sacerdotibus edictum est, id vel

10 *

in praeceptis positum erat, quibus initiandi ad sacra praeparabantur, vel in illis *ἱεροῖς λόγοις*, quorum in perceptione eruditionis hieraticae summa constabat. De his primo loco disseram.

Veteres sacerdotes advenis sacrorum, quae obirent, caussas, ritus et primos auctores sciscitantibus, haud gravate respondisse, e multis Herodoti et Pausaniae locis cognoscitur [a], qui quae de hoc genere vel a sacerdotibus vel ab aliis accepit, *τὰ λεγόμενα ἐπὶ τοῖς δρωμένοις* sive *ἐς τὰ δρώμενα* vocat II. 37. 3. III. 22. 2. [aa] et *τὴν λεγομένην ἐπ' αὐτοῖς αἰτίαν* I. 24. interdum etiam *ἱεροὺς λόγους*, ut II. 13. *ἐφ' ὅτῳ δὲ οὕτω νομίζουσιν, ἱερός ἐστιν αὐτοῖς λόγος*, et VIII. 15. *κύαμον ἐφ' ὅτῳ μὴ καθαρὸν εἶναι νομίζουσιν ὄσπριον, ἔστιν ἱερὸς ἐπ' αὐτῷ λόγος.* Itemque alii; Lucianus de Dea Syr. IV. 88. *Εὐρώπην Φοίνικες τῷ νηῷ ἐτιμήσαντο καὶ λόγον ἱρὸν ἐπ' αὐτῇ ἔλεξαν, ὅτι ἐοῦσαν καλὴν ὁ Ζεὺς ἐπόθεε* etc. et c. XV. 97. *ἔστι καὶ ἄλλος λόγος ἱρὸς ὅτι Ἄττης Λυδὸς μὲν ἔην, πρῶτος δὲ τὰ ὄργια τὰ ἐς Ῥέαν ἐδιδάξατο.* Aelianus H. An. XII. c. 30. *ἐπᾴδουσιν οἱ ἐπιχώριοι λόγον ἱερόν· Ἥρα μετὰ γάμους τοῦ Διὸς ἐνταῦθα ἀπελούσατο.* Est tamen latior hujus nominis usus, omnisque de rebus divinis sermo mythicus et philosophicus sic dicitur. Synesius de Insomn. p. 140. A. *τοῦτο ἄρα αἱ καλούμεναι πεῖραι, ἃς Ἡρακλέα ἀνατλῆναι ὑμνοῦσιν ἱεροὶ λόγοι.* Heliodorus VII.

[a] Herodo. II. 53. et 56. Paus. VIII. 37. 3. I. 22. X. 4.

[aa] Aliter Synesius de Insomn. p. 139. A. *καθαρμοῦ μέγιστον μέρος ἡ καθαρτικὴ βούλησις· ταύτῃ γὰρ ὀρέγει χεῖρα τὰ δρώμενα καὶ λεγόμενα.* ubi sermo est de *τελετῇ καθαρτικῇ*.

II. 275. Cor. *τὸν θανόντα χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν, ὡς τῆς βελτίονος μετειληχότα, ὁ θεῖος καὶ ἱερὸς παρεγγυᾷ λόγος;* disputationem de sapientia dei sic vocat Galenus de Us. Part. III. 10. 361. de afflatu divino Aristid. de Paraphth. T. II. 392. de religionibus Philostr. V. Ap. V. 43. 248. Jamblich. V. P. 32. 215. Sed praecipue secretiores sacrorum causas sic appellatas esse, Lucianus significat, de dea Syria multa dici narrans: *πολλοὶ λόγοι ἐλέγοντο, οἱ μὲν ἱροὶ, οἱ δὲ ἐμφανέες, οἱ δὲ κάρτα μυθώδεες* c. XI. 93. Et Plutarchus, cur sacerdotes Aegyptiorum piscibus abstineant, duplicem ab his *λόγον* afferri ait, *τὸν μὲν ἱερὸν καὶ περιττὸν, συνᾴδοντα τοῖς περὶ Ὀσίριδος καὶ Τυφῶνος φιλοσοφουμένοις, τὸν δὲ ἐμφανῆ καὶ πρόχειρον* de Is. VII. p. 109. Quamquam triviales quoque fabulae machinatione aliqua ad illam reconditae sapientiae speciem traduci poterant, sicut Nicephori adnotatio ostendit ad Syn. 390. A. *ἱεροὶ λόγοι οἱ δοκοῦντες μὲν μυθικοὶ, ὄντες δὲ μυστικοὶ καὶ θειότεροι· οἱ μὲν γὰρ μῦθοι Εὐρυσθέα δοκοῦσι φάσκειν ἐπιτάττειν τῷ Ἡρακλεῖ καὶ ἐπιφέρειν τὰς τοιαύτας πείρας καὶ ἀνάγκας· οἱ δὲ μυστικοὶ λόγοι ἀναγωγικῶς ἀναπτύσσοντες τὰ λεγόμενα ἐφ᾽ ἕτερον φέρουσι νοῦν.* Hi autem *μυστικοὶ λόγοι* versabantur in fabularum interpretatione vel morali vel naturali, quam fabulosae narrationi opponit Servius ad Aen. VI. 295. Acherunta vult quasi de imo nasci Tartaro; hujus aestuaria Stygem creare, de Styge autem nasci Cocytum. Et haec est my-

thologia. Nam physiologia hoc habet, quia qui caret gaudio sine dubio tristis est, tristitia autem vicina luctui est. Similiterque Artemidorus II. 38. 222. (139.) mysteriorum Aegyptiorum λόγον φυσικὸν aliud significare dicit quam τὸν μυθικὸν καὶ τὸν κατὰ τὴν ἱστορίαν physicae rationis ipse exemplum praebens I. 44. p. 66. (41.) εἶδον ἐν Κυλλήνῃ Ἑρμοῦ ἄγαλμα, οὐδὲν ἄλλο ἢ αἰδοῖον δεδημιουργημένον λόγῳ τινὶ φυσικῷ· qui nihil diversum fuisse videtur ab illo, quem Diodorus reddit I. 88. τὸ μόριον τὸ τῆς γενέσεως αἴτιον τιμᾶσθαι, ὡς ἂν ὑπάρχον ἀρχέγονον τῆς τῶν ζώων φύσεως· idemque, quia non omnibus patebat, mysticus dici poterat. Nec tamen minus recte Scholiasta Pind. Isthm. VII. 3. physicum a mystico distinguit: πάρεδρον Δήμητρος εἶπε τὸν Διόνυσον κατὰ μὲν τὸν μυστικὸν λόγον ὅτι παρεδρεύει αὐτῇ ὁ ἐκ Περσεφόνης γεγονὼς Ζαγρεὺς Διόνυσος· κατὰ δὲ τὸν φυσικόν, ἐπειδὴ τῇ ξηρᾷ τροφῇ, ἢ ἀνάκειται τῇ Δήμητρι, παρέπεται ἡ τοῦ οἴνου χρῆσις· quae physica ratio ab Euripide explicata est in Bacch. 272.[b] mystica autem illa eadem est mythica de numinum

[b] Plutarch. in Comm. ad Arat. VII. 818. οἱ παλαιοὶ τὸν Διόνυσον τῇ Δήμητρι συγκαθιδρύουσιν τὸ γόνιμον τῆς ὑγρότητος αἰνιττόμενοι. unde etiam nomen Dionysi derivatur ab Aristodemo ap. Etym. M. s. Διόνυσος, qui cognatione verborum δεύω, ὕδωρ, χυμός, υἱός (fuo, fundo, refuto, humor) nititur et communi veterum opinione in humore procreandi vim inesse v. Etym. s. Ἄρσην. Menag. Amoen. Jur. III. 10. Pro συγκαθιδρύουσιν olim placebat συγκαθίδρυσαν, quod multo frequentius. Plutarch. Conjug. Praec. I. 411. T. VII. οἱ παλαιοὶ τῇ Ἀφροδίτῃ τὸν Ἑρμῆν συγκαθίδρυσαν. Dio Chr. Or. XII. 373. Ἑρμῆν τῷ Διονύσῳ συγκ. Heliodor. V. 26. 194. Julian. Or. IV. 150. sed Plut. Symp. Init. τὸν νάρθηκα τῷ θεῷ συγκαθιεροῦσι. Cic. N. D. II. 54. Liber, quem nostri majores cum Cerere et Libera consecrarunt.

mysticorum, Cereris et Zagrei, consortiò. Ad hoc mythicum genus pertinere videtur etiam ille Dymaeorum ἀπόῤῥητος λόγος de Cybelae et Attinis commerciis et luctuoso pueri a sue interemti casu Pausan. VII. 17. 5. quem sine dubio enarravit Neanthes in libro de Teletis eo loco, quo suum facinora memorabilia collegit Athen. IX. 376. A. nam Harpocratio, de Attine ubi loquitur, addit: μυστικὸς ὁ λόγος· τὰ δὲ περὶ αὐτὸν δεδήλωκε Νεάνθης. Cur Mercurio aries apponatur, Pausanias varie explicari scribit tum ab aliis tum in Rheae mysteriis: τὸν ἐν τελετῇ Μητρὸς ἐπὶ Ἑρμῇ λεγόμενον λόγον ἐπιστάμενος οὐ λέγω II. 4. quod nescio an pudore magis quam religione prohibitus sit facere. Nam de ariete perturpis fabula in sacris magnae Matris evulgata est, ὡς ἄρα ἀποσπάσας ὁ Ζεὺς τοῦ κριοῦ τοὺς διδύμους ἐν μέσοις ἔῤῥιψε τοῖς κόλποις τῆς Δηοῦς etc. Clem. Adm. p. 11. A. ubi fortasse Mercurii ministerium omissum est. Falsa certe videtur Hieronymi Aleandri opinio in Tab. Hel. p. 744. T. V. Graev. fabulae a Pausania allatae naturalem subesse rationem arietemque tempus denotare vernum, quo tempore quia oves tondeantur, Mercurium arietis tutorem et omnis lanificii auctorem prodi. Atque haec interpretatio, quae jam obsoleta videbatur, nuper recaluit. Si vero Pausanias ita sensisset, quum librum secundum inchoaret, quomodo tandem illa scribere potuit VIII. 8. quibus fabulam de Saturni errore pullum pro Jove devorantis excusat: τούτοις ἐγὼ τοῖς λόγοις ἀρχόμενος τῆς συγγραφῆς

εὐηθείας ἔνεμον πλέον, ἐς δὲ τὰ Ἀρκάδων προεληλυθὼς πρόνοιαν περὶ αὐτῶν τοιάνδε ἐλάμβανον, Ἑλλήνων τοὺς νομιζομένους σοφοὺς δι' αἰνιγμάτων καὶ οὐκέτ' ἐκ τοῦ εὐθέος λέγειν τοὺς λόγους· qui locus imprimis memorabilis vel ob eam causam quod hinc patet Hierophantas Eleusinios ad haec aenigmatum et allegoriarum diverticula omnino non confugisse; nam Periegeta noster, quum Attica scriberet, mysteriorum jam consors factus tamen ab illa cogitatione longe aberat. Aliorum autem sacrorum praefectos indubitatum est horridulis majorum fabulis et cerimoniis haec symbolicae interpretationis splenia applicuisse, primum parce, ut videtur, restricteque, post autem apertius. Illi quidem Aegyptiorum ἱροὶ λόγοι, quos Herodotus commemorat, mea quidem sententia non alte e philosophia sed ex historia deorum repetiti sunt. Διότι μέζον ἔχει τὸ αἰδοῖον ὁ Διόνυσος — ἔστι λόγος περὶ αὐτοῦ ἱρὸς λεγόμενος II. 48. quem ad Osiridis laniationem spectasse aliorum testimoniis constat. Nec minus ille de festorum ignium causis II. 62. Eaque re Herodotus, quae de cerimoniarum argumentis accepit, ἀπηγήματα appellat tanquam in expositione rerum gestarum posita II. 3.[*] Postea autem evilescente fabularum fide causis mythicis substitutae sunt naturales, verumque dixit mendacissimus auctor, Philo Bybl. ap. Euseb. I. 31. οἱ νεώτατοι τῶν ἱερολόγων ἀλληγορίας καὶ μύθους ἐπινοήσαντες καὶ τοῖς κοσμικοῖς παθήμασι συγγένειαν πλασάμενοι

[*] v. Locella ad Xenoph. Eph. p. 279.

μυστήρια κατέστησαν. et p. 44. B. τοὺς παλαιοὺς καὶ πρώτους τὰ περὶ θεῶν συστησαμένους μηδὲν εἰς φυσικὰς ἀναφέρειν τροπολογίας, μηδ' ἀλληγορεῖν τοὺς περὶ θεῶν μύθους. Sic enim credi par est, veteres et priscas gentes deos finxisse ut specie corporis ita vitae actu sibi similes iisdemque fortunae casibus subjectos, haec autem allegorica fomenta, quibus mollitae crudae fabulae sanescerent, tum esse ascita, quum de deorum numine ac mente rectius sentire coepissent, nec tamen acceptas ab ultimis majorum religiones damnare auderent. Ex qua diversarum rationum concertatione natae sunt illae quoque de sacris mysticis hierologiae, quas si quis ex meracis sacrosanctae antiquitatis fontibus haustas putet, non invideo; mihi quidem mera vappa videtur. In Eleusiniorum monimentis superabat memoria cujusdam sive nymphae sive deae, Dairae, quam quidam Eleusinis, alii Immari matrem, alii Venerem aut Junonem aut Cererem aut Proserpinam aut Proserpinae custodem esse conjectabant. De hac igitur Aelius Dionysius ap. Eustath. p. 648. 40. οἱ περὶ τελετὰς καὶ μυστήρια τὴν ὑγρὰν οὐσίαν Δαῖραν ὀνομάζουσι [d], quo nomine (οἱ περὶ

[d] Mirabile est sacerdotalis disciplinae arbitrium, quod Eustathius addit: διὸ καὶ πολεμίαν τῇ Δήμητρι νομίζουσιν· ὅταν γὰρ θύηται αὐτῇ οὐ πάρεστιν ἡ τῆς Δήμητρος ἱέρεια καὶ οὐδὲ τῶν τεθυμένων γεύεσθαι αὐτὴν ὅσιον. quibus Valesius Harp. p. 37. adjungit Servii notam ad Aen. IV. v. 58. Quum Eleusine sacrum Cereris fit, templum Junonis clauditur; item quum Junoni Eleusine fit, templum Cereris clauditur, nec sacerdoti Junonis licet gustare, unde Cereri sit libatum, unde Valesius colligit, hunc quoque Dairae nomen pro Junone accepisse. His adde, quod Plutarchus narrat De Daedal. ap. Euseb. III. 1. 83. Bacchi et Junonis sacerdotes se invicem non salutare. Quorum omnium

τελ. κ. μυστ.) significari videntur Stesimbrotus, Neanthes aliique qui de mysteriis scripserunt, ritusque et nomina interpretari conati sunt [e]. Aliud hujus physicae interpretationis exemplum praebet Theodoretus in L. I. Therap. p. 412. T. IV. Schulz. *τὸν ἱεροφαντικὸν λόγον οὐχ ἅπαντες ἴσασιν, ἀλλ᾽ ὁ μὲν πολὺς ὅμιλος τὰ δρώμενα θεωρεῖ, οἱ δέ γε προςαγορευόμενοι ἱερεῖς τὸν τῶν ὀργίων ἐπιτελοῦσι θεσμὸν, ὁ δὲ ἱεροφάντης μόνος οἶδε τῶν γιγνομένων τὸν λόγον καὶ οἷς ἂν δοκιμάσῃ, μηνύει.* privatim scilicet, ut sacrificuli Graeci barbarique Herodoto, Diodoro atque Pausaniae cerimoniarum causas reddere soliti sunt. Haec vero interpretamenta ex communi Allegoretarum scrutario depromta fuisse, subjectum ab ipso Theodoreto exemplum docet: *καὶ ὅτι Πρίαπος Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης υἱὸς, ἴσασι τῶν ταῦτα μεμυημένων τινές· ἀνθ᾽ ὅτου δὲ τούτων ὀνομάζεται καὶ σμικρῷ γε ὄντι ἐντίθεται μόριον ἐντεταμένον καὶ μέγιστον, ὁ τῶν μυσαρῶν μυστηρίων ἱεροφάντης ἐπίσταται καὶ εἴ τις ἕτερος τοῖς ἐναγέσι βιβλίοις ἐνέτυχε. Τὴν γὰρ Ἀφροδίτην ἡδονὴν ὀνομάζοντες,*

fides sit penes auctores. Si illa vera essent, quomodo Phanodemus, homo Atticus, Dairam pro Cerere habere potuit? si hic erravit, quis pro Pherecyde spondebit? Nescio an huc referri possit Hesychii glossa: *Δμεῖα* (post *Δμητόν*) *Ὠκεανοῦ θυγάτηρ καὶ Δήμητρος.* Pausanias certe I. 38. Eleusinis parentes perhibet Mercurium et Dairam Oceani filiam.

[e] Alio sensu *οἱ περὶ τὰς τελετάς φασι ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκχοι δέ τε παῦροι* Clemens I. 372. Hic enim ipsi teletarum auctores significantur, ut ap. Jamblich. Protr. VIII. 134. *τίς ἂν εἰς ταῦτα βλέπων οἴοιτο εὐδαίμων εἶναι, οἷς πρῶτον εὐθὺς φύσει συνέσταμεν, καθάπερ φασὶν οἱ τὰς τελετὰς λέγοντες, ὥςπερ ἂν ἐπὶ τιμωρίᾳ πάντες. Τοῦτο γὰρ θεῖον οἱ ἀρχαιότεροι λέγουσι, τὸ φάναι διδόναι τὴν ψυχὴν τιμωρίαν* etc. quo nomine Orpheus significatur. v. L. III. P. III. C. 3.

τὸν δὲ Διόνυσον μέθην προςαγορεύοντες, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων ἀποτελούμενον Πρίαπον ἐκάλεσαν. Quod ne quis Theodoreti auctoritate parum munitum dicat, addam Heliodori testimonium IX. 9. 362. *ταυτὶ μὲν δημοσιεύουσι· πρὸς δὲ τοὺς μύστας Ἶσιν τὴν γῆν καὶ Ὄσιριν τὸν Νεῖλον καταγγέλλουσι* [f], *τὰ πράγματα τοῖς ὀνόμασι μεταλαβόντες*, cujus verbi potestatem declarat Joh. Diaconus ad Hesiod. v. 381. p. 473. *τὴν σελήνην Ἑκάτην προςαγορεύει Ἡσίοδος· τοιοῦτον γὰρ τὸ μεταληπτικὸν εἶδος τοῦ λόγου· καὶ Ὀρφεὺς τὸν ἥλιον Ζῆνα προςαγορεύει καὶ Πᾶνα.* Atque hunc *μεταληπτικὸν τρόπον* mysteriis proprie assignari, supra ostendimus.

§. 20.

Quam sero autem Graeci illam allegoricae interpretationis viam ingressi sint, a Wolfio Prolegg. CLXI. summatim demonstratum est. Theagenes enim, Cambysae aequalis, primus, ut dicitur, in Homericis fabulis duplex allegoriarum genus, ethicum atque physicum, sibi invenisse visus est, deorumque nominibus partim elementa naturae partim animi affectus humani significari pronunciavit. v. Schol. Ven. XX. 67. Id autem tantum abfuit ut ab omnibus reciperetur, nedum a

[f] Plutarchus de Is. 32. non sacerdotibus hanc tribuit sententiam sed *τοῖς φιλοσοφώτερόν τι λέγειν δοκοῦσι.* Verum sacerdotes quoque hanc viam trivisse Plotinus testatur, qui Jovem intellectum, Venerem Jovis animam interpretatus, hos ad testimonium citat: *μαρτυρούντων τῷ λόγῳ ἱερέων τε καὶ θεολόγων, οἳ εἰς ταὐτὸν Ἥραν καὶ Ἀφροδίτην ἄγουσι καὶ τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἀστέρα Ἥρας λέγουσι* Enn. III. L. V. c. 8. 298. D. quod testimonium si unicum esset, nihil valeret.

sapientioribus probaretur, ut Xenophanes Homerum Hesiodumque propter impias de deorum natura sententias acerrime perstringeret; quod nunquam facturus fuisset, si illos philosophiae arcana fabulis et apologis involvisse credidisset. Quod idem de Pythagora dici posset, nisi liber *Ἐς Ἅιδου κατάβασις* inscriptus, in quo utriusque poetae cruciatus aeternos descripsit, ab Hieronymo Peripatetico subjectus videretur. v. L. III. C. IX. §. 7. Hi autem, qui Homerum impietatis absolvere conati sunt, prout res et locus posceret, modo morali interpretatione modo physiologica usi videntur. Metrodorus enim quem Diogenes narrat *πρῶτον σπουδάσαι τοῦ ποιητοῦ περὶ τὴν φυσικὴν θεραπείαν* [a] II. 11. deos Homericos ad naturae substantias [b], sicut Tatianus refert, et ad vicissitudines elementorum traduxit. Quam interpretationem non mediocriter confirmavit physicorum consuetudo, causas rerum genitales viresque naturae fictrices et quatuor prima corpora deorum vocabulis nuncupandi; cujus tropologiae nullum

[a] *Μῦθός ἐστιν ὅτι ἡ Ἠὼς ἠράσθη τοῦ Τιθωνοῦ — ἡ δὲ θεραπεία τοῦ μύθου ὅτι τοὺς νέους ἀποθνήσκοντας ἔλεγον ἁρπάζεσθαι παρὰ τῆς Ἠοῦς* Schol. Ambros. Od. *E.* v. 1. p. 174. ubi dubitat Buttmannus an *ἑρμηνεία* scribendum sit. Eustathius ad Il. p. 19. *τὴν τοῦ λόγου ἀτοπίαν ἀλληγορία ἐθεράπευεν ἢ ἀναγωγικὴ ἢ ἱστορική. Ἀλληγορία γάρ τις καὶ ἡ διὰ ἱστοριῶν τῶν μύθων θεραπεία εἶναι δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς.* Herculis certamen cum Acheloo de fluminis derivatione accipiunt *οἱ τῶν μύθων θεραπευταί* idem ad Dionys. v. 67. *Θεραπεῦσαι τὸ πατρικὸν ἁμάρτημα προθυμηθέντες ἐπὶ φυσικὰς διηγήσεις καὶ θεωρίας τοὺς μύθους μετεσκεύασαν* Euseb. Pr. Ev. L. II. 6. 74.

[b] Hesychius: *Ἀγαμέμνονα τὸν αἰθέρα Μητρόδωρος εἶπεν ἀλληγορικῶς·* Lampsacenum sine dubio significat. Agamemnonem igitur Metrodorus heroum vulgo exemit, caeteros Achaeorum Trojanorumque duces nulla certa ratione sed, ut Tatianus ait, *οἰκονομίας χάριν* introductos putans.

extat in Homeri carminibus exemplum, (nam quod Martis et Vulcani nomina interdum pro igne et certamine ponuntur, alius modi est) in Parmenidis vero, Heracliti et Empedoclis scriptis plurima. De Anaxagoreis in universum Syncellus affirmat, eos Jovem intelligentiam interpretari, Minervam artem; quod ad ethicum genus spectat. An vero illum ipsum hujus sectae principem, qui idem primus omnium, si Diogeni credimus, Homeri carmina de virtute et justitia esse dixit, Allegoretarum e numero excludemus? Veteres quidem non solum mythorum interpretibus sed omnibus abditarum sententiarum scrutatoribus hoc nomen impertiunt. Neque ego video, cur vel Glauci vel Stesimbroti *διανοίας* et *ὑπονοίας*, sive illae de mythis fuere, sive de aliis rebus, non eodem genere et nomine allegoriarum complectamur [e]. Utrumque Plato Metrodoro adjungit, cujus allegorica interpretamenta extant; Stesimbrotum Xenophon consociat Anaximandro [d], quem eadem via grassatum esse e Fulgentio colligo, qui Anaximandrum Lampsacenum et Xenophanem Heracleopoliten Musarum mythum physiologice explicuisse tradit XIV. 604. His se adjunxit Democritus, si modo illius liber fuit, quem Diogenes memorat: *Τριτογένεια· τοῦτο δὲ ἔστιν, ὅτι τρία γίνεται ἐξ αὐτῆς ἃ πάντα ἀνθρώπινα συνέχει* IX. 46. 413. quae fusius explicat Eustathius p. 696. 37. *Τριτογένεια ἀλληγορικῶς ἡ φρόνησις,*

[e] Vir doctissimus Nitzschius ad Plat. Ion. p. 9. allegoriae usum Metrodoro concedit, Glauco, Stesimbroto et rhapsodis abjudicat.

[d] Symp. III. 6. ubi Schneiderus „hunc nec ipse doctissimus carminum Homericorum historicus novit, quis homo fuerit."

Rhetorum [1] partim ad docendum partim ad oblectandum composita, partim etiam studii et commentationis causa. Proinde nihil aeque stultum quam in interpretandis antiquitatis monimentis eos sequi duces, qui consulto via excedunt et diverticula accommodationum quaerunt.

Qui vero priscos poetas de rebus divinis nihil nisi quod doctrina et ratio praescriberet, sensisse judicarunt, tamen fateri coacti sunt, eos multa dixisse, quae utrique repugnare viderentur. Id autem eo accidisse, quod communem dicendi formam sequi detrectassent. Qua de re studiose disputat Clemens eo loco, quo jam saepius usi sumus: *Πάντες οἱ θεολογήσαντες τὴν ἀλήθειαν αἰνίγμασι καὶ μεταφοραῖς καὶ τοιούτοις τρόποις παραδεδώκασι·* idque exemplis undique collatis confirmare conatur primum Orphei, tum Homeri ipsius Hesiodique, dein Pherecydae, Pythagorae, Heracliti, Empedoclis, usque ad illas Sphinges Alexandrinas, Euphorionem et Lycophronem, quos omnes de industria sic scripsisse, ut aliud dicere viderentur, aliud intelligerent. Idemque Plutarchus affirmat, veteres decreta sua mythis et griphis implicuisse *ὅπως οἱ μὲν φιλοσο-*

quodque de diis idem sensit cum Stoicis, multos populares esse unum naturalem. v. Cic. N. D. I. 12. Neque Diogenes alienus fuit ab hac interpretandi subtilitate, si Medeam non magica sed gymnastica arte corporibus luxurie magis quam senio fractis vigorem et sanitatem restituisse contendit Stob. Serm. XXIX. p. 207.

[1] Hujus generis exemplum praebet Herculis Ogmii fictor Lucianus, unde haec species ethicae interpretationis rhetorica dici solet. v. Tzetz. Exeg. Il. p. 28. et Chil. I. 36. ubi eandem fabulam primum mathematice, hoc est astrologice, explicat, deinde *κατὰ ῥήτορας ἠθικώτερον.* Didymus ad Il. I. 50. *οἱ ῥητορικοὶ λύοντές φασιν — οἱ δὲ φιλοσοφώτερον λύοντες* etc.

φοῦντες μετά τινος εὐμουσίας ψυχαγωγούμενοι ῥᾷον ζητῶσί τε καὶ εὑρίσκωσι τὴν ἀλήθειαν, οἱ δὲ ἀμαθεῖς μὴ καταφρονῶσι τούτων ὧν οὐ δύνανται συνιέναι· καὶ γάρ ἐστί πως τὸ μὲν δι' ὑπονοίας σημαινόμενον ἀγαστὸν, τὸ δὲ φανερῶς λεγόμενον εὐτελές de Hom. Poes. c. 92. p. 1131. Eaque quasi publica fuit persuasio, in omni genere scribendi id maxime excellere quod longissime sit a legentium sensu et intelligentia disjunctum. Quo nihil perversius credi potuit. Multa inesse in veterum literarum monimentis ad intelligendum parum aperta experimur in levissima quaque causa. Sed optimum quemque antiquorum scriptorum operam dedisse ut obscure loquendo ingenia lectorum torqueret, perspicuitatem autem, quae est orationis virtus primaria[k] sic, ut scopulum, vitasse, quis tandem ejusmodi argumentis credere adducatur, quibus Clemens usus est? Qui de rebus incognitis tradiderunt haud prius dicta, novis vocabulis et figuris insolitis animi sensa expresserunt non quia nollent paratis uti sed quia non possent. Multi apud aequales perspicue et populariter loquuti propter ipsam vetustatem minus minusque intelliguntur. Et inter illos ipsos, qui obscurius scripserunt quam deberent et necesse erat, alius concisam brevitatem consectatus est, alius reconditae lectionis speciem affectavit, sapientiae nemo praeter eos qui, si clare dicere quae sentirent voluissent, nihil sapere visi essent.

[k] Aristoteles Rhetor. III. 2. 311. ὁ λόγος, ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον.

Verum non disputo, quam vana sit illa opinio; patet enim; sed ostendo unde et quousque profecta, et ad perversam antiquitatis interpretationem quantum in ea fuerit momenti. Etenim hinc primum natus est ille arcanae disciplinae rumusculus, quo nihil apud veteres vulgatius, nihil ad veritatem levius infirmiusque. Ac prae ceteris Pythagoreos antiquissimos narrant inventa sua ita occultasse ut ab extraneis omnino non possent penetrari; quod eos non fecisse neque ullam scientiae partem in recessu habuisse, certissimis argumentis demonstravit Meinersius. Tum Platonem quoque thesauris secretioris doctrinae incubasse volunt in *ἀγράφοις*, ut dicunt, *δόγμασι* velut defossae; quod quo facilius fidem inveniret, composita est illa ad Dionysium epistola, tyranno digna, philosopho indignissima. cf. Ast Plato's Leben und Schriften p. 509. sq. Postremo, ne qua Aristoteles a magistro defecisse videretur, duas consarcinarunt alias epistolas, unam Alexandri profanatam in vulgus philosophiam lamentantis, alteram Aristotelis ipsius ita se excusantis ut prodendo nihil proditum esse dicat. v. Plutarch. V. Alex. c. VII. Eique fabulae rursus aliud commentum conglutinatum est eorum, qui Aristotelem perhibent philosophiae operta in esotericis tractasse lectionibus, non quod vulgus ea neque posset capere neque omnino desideraret, sed ne cum pluribus communicata evilescerent. Quo nihil a philosophorum nomine et munere magis alienum, qui si fieri posset, omnes homines ad veritatis

cognitionem traducere cuperent; ac ne dicitur quidem illud a veteribus auctoribus, quorum testimonia Patricius Dissert. Perip. L. VI. p. 63. T. 1. et Buhlius in Comment. de Libr. Esot. et Exot. produxerunt, sed longe aliud quiddam, Aristotelem idem fecisse, quod rhetores aliarumque artium professores factitarunt et etiamnunc hodie faciunt multi, ut aliis scholis curiosos condocefaciant, aliis interioribus eos, qui totam artem penitus perdiscere cupiunt[1]. Secundo ex hoc fonte manavit illa affectatae obscuritatis suspicio in clarissimos quosque scriptores collata, quorum plurimos enumerat Clemens; nec paucos omisit. Nam et Solonem nonnulli leges ex industria ambigue perplexeque scripsisse existimarunt, reipublicae causa, quo major esset interpretantium auctoritas Plutarch. V. Sol. c. XVIII. itidem ut Romani quidam auctores illas legis actiones formulasque a patriciis, ut in jure legum principes essent civitatis interpretes, fictas occultatasque dicunt, contra quos disputat Luzacius in Observatt. Apolog. pro Jurisconsult. Romanis. Eandem de Hippocrate esse opinionem testatur Erotianus Prooem. p. 4. *ὡς ἐπετήδευσεν ἀσαφὴς φανῆναι καὶ διὰ τοῦτο ἀναχεχωρηκυίας* [†] *εὐπορῆσαι λέξεως σπουδάσαι.* Item de Thucydide Marcellinus §. 35. p. 328. Popp. *ἀσαφῶς λέγει ὁ ἀνὴρ ἐπίτηδες, ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατὸς μηδὲ εὐ-*

[1] Cf. Gell. N. A. XX. 5. Sueton. de clar. Gramm. c. IV. Cresollius Theatr. Rhet. L. IV. c. 4.

[†] *Ἀναχεχωρηκότων βιβλίων — τουτέστιν ἀποκρύφων* Suid. s. *Ἀναχ.* et *Ἐπαφρόδιτος.*

εὐηθείας ἔνεμον πλέον, ἐς δὲ τὰ Ἀρκάδων προεληλυθὼς πρόνοιαν περὶ αὐτῶν τοιάνδε ἐλάμβανον, Ἑλλήνων τοὺς νομιζομένους σοφοὺς δι' αἰνιγμάτων καὶ οὐκέτ' ἐκ τοῦ εὐθέος λέγειν τοὺς λόγους· qui locus imprimis memorabilis vel ob eam causam quod hinc patet Hierophantas Eleusinios ad haec aenigmatum et allegoriarum diverticula omnino non confugisse; nam Periegeta noster, quum Attica scriberet, mysteriorum jam consors factus tamen ab illa cogitatione longe aberat. Aliorum autem sacrorum praefectos indubitatum est horridulis majorum fabulis et cerimoniis haec symbolicae interpretationis splenia applicuisse, primum parce, ut videtur, restricteque, post autem apertius. Illi quidem Aegyptiorum *ἱεροὶ λόγοι*, quos Herodotus commemorat, mea quidem sententia non alte e philosophia sed ex historia deorum repetiti sunt. *Διότι μέζον ἔχει τὸ αἰδοῖον ὁ Διόνυσος — ἔστι λόγος περὶ αὐτοῦ ἱρὸς λεγόμενος* II. 48. quem ad Osiridis laniationem spectasse aliorum testimoniis constat. Nec minus ille de festorum ignium causis II. 62. Eaque re Herodotus, quae de cerimoniarum argumentis accepit, *ἀπηγήματα* appellat tanquam in expositione rerum gestarum posita II. 3.[c] Postea autem evilescente fabularum fide causis mythicis substitutae sunt naturales, verumque dixit mendacissimus auctor, Philo Bybl. ap. Euseb. I. 31. *οἱ νεώτατοι τῶν ἱερολόγων ἀλληγορίας καὶ μύθους ἐπινοήσαντες καὶ τοῖς κοσμικοῖς παθήμασι συγγένειαν πλασάμενοι*

[c] v. Locella ad Xenoph. Eph. p. 279.

μυστήρια κατέστησαν. et p. 44. B. τοὺς παλαιοὺς καὶ πρώτους τὰ περὶ θεῶν συστησαμένους μηδὲν εἰς φυσικὰς ἀναφέρειν τροπολογίας, μηδ' ἀλληγορεῖν τοὺς περὶ θεῶν μύθους. Sic enim credi par est, veteres et priscas gentes deos finxisse ut specie corporis ita vitae actu sibi similes iisdemque fortunae casibus subjectos, haec autem allegorica fomenta, quibus mollitae crudae fabulae sanescerent, tum esse ascita, quum de deorum numine ac mente rectius sentire coepissent, nec tamen acceptas ab ultimis majorum religiones damnare auderent. Ex qua diversarum rationum concertatione natae sunt illae quoque de sacris mysticis hierologiae, quas si quis ex meracis sacrosanctae antiquitatis fontibus haustas putet, non invideo; mihi quidem mera vappa videtur. In Eleusiniorum monimentis superabat memoria cujusdam sive nymphae sive deae, Dairae, quam quidam Eleusinis, alii Immari matrem, alii Venerem aut Junonem aut Cererem aut Proserpinam aut Proserpinae custodem esse conjectabant. De hac igitur Aelius Dionysius ap. Eustath. p. 648. 40. οἱ περὶ τελετὰς καὶ μυστήρια τὴν ὑγρὰν οὐσίαν Δαῖραν ὀνομάζουσι [d], quo nomine (οἱ περὶ

[d] Mirabile est sacerdotalis disciplinae arbitrium, quod Eustathius addit: διὸ καὶ πολεμίαν τῇ Δήμητρι νομίζουσιν· ὅταν γὰρ θύηται αὐτῇ οὐ πάρεστιν ἡ τῆς Δήμητρος ἱέρεια καὶ οὐδὲ τῶν τεθυμένων γεύεσθαι αὐτὴν ὅσιον. quibus Valesius Harp. p. 37. adjungit Servii notam ad Aen. IV. v. 58. Quum Eleusine sacrum Cereris fit, templum Junonis clauditur; item quum Junoni Eleusine fit, templum Cereris clauditur, nec sacerdoti Junonis licet gustare, unde Cereri sit libatum, unde Valesius colligit, hunc quoque Dairae nomen pro Junone accepisse. His adde, quod Plutarchus narrat De Daedal. ap. Euseb. III. 1. 83. Bacchi et Junonis sacerdotes se invicem non salutare. Quorum omnium

τελ. κ. μυστ.) significari videntur Stesimbrotus, Neanthes aliique qui de mysteriis scripserunt, ritusque et nomina interpretari conati sunt [e]. Aliud hujus physicae interpretationis exemplum praebet Theodoretus in L. I. Therap. p. 412. T. IV. Schulz. *τὸν ἱεροφαντικὸν λόγον οὐχ ἅπαντες ἴσασιν, ἀλλ' ὁ μὲν πολὺς ὅμιλος τὰ δρώμενα θεωρεῖ, οἱ δέ γε προσαγορευόμενοι ἱερεῖς τὸν τῶν ὀργίων ἐπιτελοῦσι θεσμὸν, ὁ δὲ ἱεροφάντης μόνος οἶδε τῶν γιγνομένων τὸν λόγον καὶ οἷς ἂν δοκιμάσῃ, μηνύει.* privatim scilicet, ut sacrificuli Graeci barbarique Herodoto, Diodoro atque Pausaniae cerimoniarum causas reddere soliti sunt. Haec vero interpretamenta ex communi Allegoretarum scrutario depromta fuisse, subjectum ab ipso Theodoreto exemplum docet: *καὶ ὅτι Πρίαπος Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης υἱὸς, ἴσασι τῶν ταῦτα μεμυημένων τινές· ἀνθ' ὅτου δὲ τούτων ὀνομάζεται καὶ σμικρῷ γε ὄντι ἐντίθεται μόριον ἐντεταμένον καὶ μέγιστον, ὁ τῶν μυσαρῶν μυστηρίων ἱεροφάντης ἐπίσταται καὶ εἴ τις ἕτερος τοῖς ἐναγέσι βιβλίοις ἐνέτυχε. Τὴν γὰρ Ἀφροδίτην ἡδονὴν ὀνομάζοντες,*

fides sit penes auctores. Si illa vera essent, quomodo Phanodemus, homo Atticus, Dairam pro Cerere habere potuit? si hic erravit, quis pro Pherecyde spondebit? Nescio an huc referri possit Hesychii glossa: *Δμεῖα* (post *Δμητόν*) *Ὠκεανοῦ θυγάτηρ καὶ Δήμητρος.* Pausanias certe I. 38. Eleusinis parentes perhibet Mercurium et Dairam Oceani filiam.

[e] Alio sensu *οἱ περὶ τὰς τελετάς φασι ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκχοι δέ τε παῦροι* Clemens I. 372. Hic enim ipsi teletarum auctores significantur, ut ap. Jamblich. Protr. VIII. 134. *τίς ἂν εἰς ταῦτα βλέπων οἴοιτο εὐδαίμων εἶναι, οἳς πρῶτον εὐθὺς φύσει συνέσταμεν, καθάπερ φασὶν οἱ τὰς τελετὰς λέγοντες, ὥσπερ ἂν ἐπὶ τιμωρίᾳ πάντες. Τοῦτο γὰρ θεῖον οἱ ἀρχαιότεροι λέγουσι, τὸ φάναι διδόναι τὴν ψυχὴν τιμωρίαν* etc. quo nomine Orpheus significatur. v. L. III. P. III. C. 3.

τὸν δὲ Διόνυσον μέθην προςαγορεύοντες, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων ἀποτελούμενον Πρίαπον ἐκάλεσαν. Quod ne quis Theodoreti auctoritate parum munitum dicat, addam Heliodori testimonium IX. 9. 362. ταυτὶ μὲν δημοσιεύουσι· πρὸς δὲ τοὺς μύστας Ἶσιν τὴν γῆν καὶ Ὄσιριν τὸν Νεῖλον καταγγέλλουσι[f], τὰ πράγματα τοῖς ὀνόμασι μεταλαβόντες, cujus verbi potestatem declarat Joh. Diaconus ad Hesiod. v. 381. p. 473. τὴν σελήνην Ἑκάτην προςαγορεύει Ἡσίοδος· τοιοῦτον γὰρ τὸ μεταληπτικὸν εἶδος τοῦ λόγου· καὶ Ὀρφεὺς τὸν ἥλιον Ζῆνα προςαγορεύει καὶ Πᾶνα. Atque hunc μεταληπτικὸν τρόπον mysteriis proprie assignari, supra ostendimus.

§. 20.

Quam sero autem Graeci illam allegoricae interpretationis viam ingressi sint, a Wolfio Prolegg. CLXI. summatim demonstratum est. Theagenes enim, Cambysae aequalis, primus, ut dicitur, in Homericis fabulis duplex allegoriarum genus, ethicum atque physicum, sibi invenisse visus est, deorumque nominibus partim elementa naturae partim animi affectus humani significari pronunciavit. v. Schol. Ven. XX. 67. Id autem tantum abfuit ut ab omnibus reciperetur, nedum a

[f] Plutarchus de Is. 32. non sacerdotibus hanc tribuit sententiam sed τοῖς φιλοσοφώτερόν τι λέγειν δοκοῦσι. Verum sacerdotes quoque hanc viam trivisse Plotinus testatur, qui Jovem intellectum, Venerem Jovis animam interpretatus, hos ad testimonium citat: μαρτυρούντων τῷ λόγῳ ἱερέων τε καὶ θεολόγων, οἳ εἰς ταὐτὸν Ἥραν καὶ Ἀφροδίτην ἄγουσι καὶ τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἀστέρα Ἥρας λέγουσι Enn. III. L. V. c. 8. 298. D. quod testimonium si unicum esset, nihil valeret.

sapientioribus probaretur, ut Xenophanes Homerum Hesiodumque propter impias de deorum natura sententias acerrime perstringeret; quod nunquam facturus fuisset, si illos philosophiae arcana fabulis et apologis involvisse credidisset. Quod idem de Pythagora dici posset, nisi liber *Ἐς Ἅιδου κατάβασις* inscriptus, in quo utriusque poetae cruciatus aeternos descripsit, ab Hieronymo Peripatetico subjectus videretur. v. L. III. C. IX. §. 7. Hi autem, qui Homerum impietatis absolvere conati sunt, prout res et locus posceret, modo morali interpretatione modo physiologica usi videntur. Metrodorus enim quem Diogenes narrat *πρῶτον σπουδάσαι τοῦ ποιητοῦ περὶ τὴν φυσικὴν θεραπείαν* [a] II. 11. deos Homericos ad naturae substantias [b], sicut Tatianus refert, et ad vicissitudines elementorum traduxit. Quam interpretationem non mediocriter confirmavit physicorum consuetudo, causas rerum genitales viresque naturae fictrices et quatuor prima corpora deorum vocabulis nuncupandi; cujus tropologiae nullum

[a] *Μῦθός ἐστιν ὅτι ἡ Ἠὼς ἠράσθη τοῦ Τιθωνοῦ — ἡ δὲ θεραπεία τοῦ μύθου ὅτι τοὺς νέους ἀποθνήσκοντας ἔλεγον ἁρπάζεσθαι παρὰ τῆς Ἠοῦς* Schol. Ambros. Od. *E.* v. 1. p. 174. ubi dubitat Buttmannus an *ἑρμηνεία* scribendum sit. Eustathius ad Il. p. 19. *τὴν τοῦ λόγου ἀτοπίαν ἀλληγορία ἐθεράπευεν ἢ ἀναγωγικὴ ἢ ἱστορική. Ἀλληγορία γάρ τις καὶ ἡ διὰ ἱστοριῶν τῶν μύθων θεραπεία εἶναι δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς.* Herculis certamen cum Acheloo de fluminis derivatione accipiunt *οἱ τῶν μύθων θεραπευταί* idem ad Dionys. v. 67. *Θεραπεῦσαι τὸ πατρικὸν ἁμάρτημα προθυμηθέντες ἐπὶ φυσικὰς διηγήσεις καὶ θεωρίας τοὺς μύθους μετεσκεύασαν* Euseb. Pr. Ev. L. II. 6. 74.

[b] Hesychius: *Ἀγαμέμνονα τὸν αἰθέρα Μητρόδωρος εἶπεν ἀλληγορικῶς·* Lampsacenum sine dubio significat. Agamemnonem igitur Metrodorus heroum vulgo exemit, caeteros Achaeorum Trojanorumque duces nulla certa ratione sed, ut Tatianus ait, *οἰκονομίας χάριν* introductos putans.

extat in Homeri carminibus exemplum, (nam quod Martis et Vulcani nomina interdum pro igne et certamine ponuntur, alius modi est) in Parmenidis vero, Heracliti et Empedoclis scriptis plurima. De Anaxagoreis in universum Syncellus affirmat, eos Jovem intelligentiam interpretari, Minervam artem; quod ad ethicum genus spectat. An vero illum ipsum hujus sectae principem, qui idem primus omnium, si Diogeni credimus, Homeri carmina de virtute et justitia esse dixit, Allegoretarum e numero excludemus? Veteres quidem non solum mythorum interpretibus sed omnibus abditarum sententiarum scrutatoribus hoc nomen impertiunt. Neque ego video, cur vel Glauci vel Stesimbroti *διανοίας* et *ὑπονοίας*, sive illae de mythis fuere, sive de aliis rebus, non eodem genere et nomine allegoriarum complectamur [c]. Utrumque Plato Metrodoro adjungit, cujus allegorica interpretamenta extant; Stesimbrotum Xenophon consociat Anaximandro [d], quem eadem via grassatum esse e Fulgentio colligo, qui Anaximandrum Lampsacenum et Xenophanem Heracleopoliten Musarum mythum physiologice explicuisse tradit XIV. 604. His se adjunxit Democritus, si modo illius liber fuit, quem Diogenes memorat: *Τριτογένεια· τοῦτο δὲ ἔστιν, ὅτι τρία γίνεται ἐξ αὐτῆς ἃ πάντα ἀνθρώπινα συνέχει* IX. 46. 413. quae fusius explicat Eustathius p. 696. 37. *Τριτογένεια ἀλληγορικῶς ἡ φρόνησις,*

[c] Vir doctissimus Nitzschius ad Plat. Ion. p. 9. allegoriae usum Metrodoro concedit, Glauco, Stesimbroto et rhapsodis abjudicat.

[d] Symp. III. 6. ubi Schneiderus „hunc nec ipse doctissimus car„minum Homericorum historicus novit, quis homo fuerit.“

τοῦτο δὲ ἔστιν, ὅτι τρία γίνεται ἐξ αὐτῆς, τὸ εὐλογίζεσθαι [e], *τὸ λέγειν καλῶς καὶ τὸ ὀρθῶς πράττειν·* sive, ut Tzetzes ad Lyc. 519. *ὅτι κατὰ Δημόκριτον τρία ταῦτα χαρίζεται, βουλεύειν καλῶς, κρίνειν ὀρθῶς, πράττειν δικαίως* [f]. Quibus omnibus evincitur, hanc commentandi rationem primum Homericis carminibus adhibitam, deinde eo consilio susceptam esse ut divini poetae dicta ad utilitatem legentium et ad pulcri, veri, honesti praecepta a philosophis tradita accommodari possent. Eoque artificio nostri etiam Homiletae ex iisdem sacrae scripturae locis alias atque alias sententias sive, ut proprio nomine utar, applicationes elicere solent, ad docendum perinde utiles, sed quas ab auctoribus ipsis cogitatione comprehensas fuisse haud jurare audeant [ff]. Neque veteres allegoriarum auctores veri periculum in se recepisse primum ipsius Juliani, graphici arguta-

[e] Eodem vitio laborat Suidas s. *Δημόκριτος*, sed Moschopulus *Λεξ. Ἀττ.* s. h. v. recte *εὖ λογίζεσθαι*.

[f] Cf. Orion. Etym. p. 153. Schol. Ven. Θ. 39. sed priorem rationem confirmat Xenophon Cyneg. II. 1. qui venationis commoda ad universam *παιδείαν* referens, hujus tres facit partes: *τὸ καλῶς νοεῖν καὶ λέγειν καὶ πράττειν*, quam formulam in quotidiano quoque usu de rebus sacris profanisque viguisse apparet ex Menandri Fragm. p. 168. et duobus aliis Xenophontis locis, a Meinekio designatis. Adde Philon. de Somn. p. 1133. A. *τἀγαθὸν συμπέφυκε τρισὶ τοῖς ἀναγκαιοτάτοις μέρεσι, καρδίᾳ, στόματι, χερσὶ, τὸ δ' ἔστι διανοίᾳ, λόγῳ, πράξεσιν, ἐπειδὴ τὰ καλὰ καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν ἀναγκαῖον.* Proculus in Crat. p. 48. *κατὰ ταύτην καὶ πράττομεν ὀρθῶς πολλὰ καὶ ἀναφθεγγόμεθα εὐστόχως καὶ νοοῦμεν ἐπιβόλως, οἷον φάρος μέντοι πρῶτον ἐπέπνευεν μέγα δαίμων.* Quis non agnoscit Homericum versum Od. XIX. 138. *φᾶρος μέν μοι πρῶτον ἐνέπνευσε φρεσὶ δαίμων.*

[ff] Hildebert. Ep. XV. p. 182. T. XIII. Bign. licet undique proficere ac docere; omnia fere mysticos afferunt intellectus et facile est ex qualibet re morum figurare venustatem.

toris, confessione patefit Or. II. 74. D. *πόῤῥωθεν ἕλκοντες καὶ βιαζόμενοι τὰς ὁμοιότητας καθάπερ οἱ τοὺς μύθους ἐξηγούμενοι τῶν ποιητῶν καὶ ἀναλύοντες ἐς λόγους πιθανοὺς καὶ ἐνδεχομένους τὰ πλάσματα ἐκ μικρᾶς πάνυ τῆς ὑπονοίας ὁρμώμενοι καὶ ἀμυδρᾶς λίαν παραλαβόντες τὰς ἀρχὰς πειρῶνται ξυμπείθειν, ὥς δὴ ταῦτά γε αὐτὰ ἐκείνων ἐθελόντων·* túm confirmatur Ciceronis, Senecae, Plutarchi judiciis et speciminibus ipsis. Numne serio quisquam credidit, quod Scholiastae narrant Od. II. 102. Homerum sub imagine Penelopes texentis et texta resolventis dialectorum artem descripsisse, sic ut licia praemissas significent, staminis ad subtemen connexus conclusionem, faculae, quas illa operi semiperfecto admovet, lumina rationis? Num Themistius, homo sobrius, ex animi sententia scripsit Or. XIII. 176. A. excetras illas, quibus Hercules infans collucta-tus est, *νεότητα* et *αὐταρχίαν* significare? Hujusmodi extant paene innumerabilia exempla ethica et physiologica, primum antiquorum Sophistarum [g], tum Cynicorum [h] et Stoicorum, postremo

[g] v. Nitzsch. ad Jon. Prolegg. p. 9.

[h] Antisthenem ex historia fabulari exempla virtutum et vitiorum duxisse certum est. Procl. in Alcib. p. 98. Creuz. *ὁ Ἀντισθένους Ἡρακλῆς λέγει περί τινος νεανίσκου παρὰ Χείρωνι τρεφομένου.* Plutarch. de Vit. Pud. c. 18. p. 184. T. X. *ὁ Ἀντισθένιος* (sic) *Ἡρακλῆς παρήνει τοῖς παισὶ μηδενὶ χαίρειν ἐπαινοῦντι αὐτούς.* Julian. Or. VII. 404. *Ἀντισθένει καὶ Ξενοφῶντι πραγματευομένοις ἠθικάς τινας ὑποθέσεις ἡ τῶν μύθων ἐγκαταμέμικται γραφή.* Libros Antisthenis a Diogene nominatos, Calchas, Proteus, Circe Scholiastae Homerici tractasse videntur. v. Schol. Lips. ad Il. *Ο.* 123. Schol. Ven. et Vict. ad *Ψ.* 65. et Buttmann. ad Schol. Ambros. p. 561. Quid autem sequutus fuerit ex eo judicari potest, quod Homerum alia *κατὰ δόξαν,* alia vero *κατὰ ἀλήθειαν* dixisse statuit. v. Dio Chr. Or. III. 275.

Rhetorum [1] partim ad docendum partim ad oblectandum composita, partim etiam studii et commentationis causa. Proinde nihil aeque stultum quam in interpretandis antiquitatis monimentis eos sequi duces, qui consulto via excedunt et diverticula accommodationum quaerunt.

Qui vero priscos poetas de rebus divinis nihil nisi quod doctrina et ratio praescriberet, sensisse judicarunt, tamen fateri coacti sunt, eos multa dixisse, quae utrique repugnare viderentur. Id autem eo accidisse, quod communem dicendi formam sequi detrectassent. Qua de re studiose disputat Clemens eo loco, quo jam saepius usi sumus: *Πάντες οἱ θεολογήσαντες τὴν ἀλήθειαν αἰνίγμασι καὶ μεταφοραῖς καὶ τοιούτοις τρόποις παραδεδώκασι·* idque exemplis undique collatis confirmare conatur primum Orphei, tum Homeri ipsius Hesiodique, dein Pherecydae, Pythagorae, Heracliti, Empedoclis, usque ad illas Sphinges Alexandrinas, Euphorionem et Lycophronem, quos omnes de industria sic scripsisse, ut aliud dicere viderentur, aliud intelligerent. Idemque Plutarchus affirmat, veteres decreta sua mythis et griphis implicuisse *ὅπως οἱ μὲν φιλοσο-*

quodque de diis idem sensit cum Stoicis, multos populares esse unum naturalem. v. Cic. N. D. I. 12. Neque Diogenes alienus fuit ab hac interpretandi subtilitate, si Medeam non magica sed gymnastica arte corporibus luxurie magis quam senio fractis vigorem et sanitatem restituisse contendit Stob. Serm. XXIX. p. 207.

[1] Hujus generis exemplum praebet Herculis Ogmii fictor Lucianus, unde haec species ethicae interpretationis rhetorica dici solet. v. Tzetz. Exeg. Il. p. 28. et Chil. I. 86. ubi eandem fabulam primum mathematice, hoc est astrologice, explicat, deinde *κατὰ ῥήτορας ἠθικώτερον.* Didymus ad Il. I. 50. *οἱ ῥητορικοὶ λύοντές φασιν — οἱ δὲ φιλοσοφώτερον λύοντες* etc.

φοῦντες μετά τινος εὐμουσίας ψυχαγωγούμενοι ῥᾷον ζητῶσί τε καὶ εὑρίσκωσι τὴν ἀλήθειαν, οἱ δὲ ἀμαθεῖς μὴ καταφρονῶσι τούτων ὧν οὐ δύνανται συνιέναι· καὶ γάρ ἐστί πως τὸ μὲν δι᾽ ὑπονοίας σημαινόμενον ἀγαστὸν, τὸ δὲ φανερῶς λεγόμενον εὐτελές de Hom. Poes. c. 92. p. 1131. Eaque quasi publica fuit persuasio, in omni genere scribendi id maxime excellere quod longissime sit a legentium sensu et intelligentia disjunctum. Quo nihil perversius credi potuit. Multa inesse in veterum literarum monimentis ad intelligendum parum aperta experimur in levissima quaque causa. Sed optimum quemque antiquorum scriptorum operam dedisse ut obscure loquendo ingenia lectorum torqueret, perspicuitatem autem, quae est orationis virtus primaria [k] sic, ut scopulum, vitasse, quis tandem ejusmodi argumentis credere adducatur, quibus Clemens usus est? Qui de rebus incognitis tradiderunt haud prius dicta, novis vocabulis et figuris insolitis animi sensa expresserunt non quia nollent paratis uti sed quia non possent. Multi apud aequales perspicue et populariter loquuti propter ipsam vetustatem minus minusque intelliguntur. Et inter illos ipsos, qui obscurius scripserunt quam deberent et necesse erat, alius concisam brevitatem consectatus est, alius reconditae lectionis speciem affectavit, sapientiae nemo praeter eos qui, si clare dicere quae sentirent voluissent, nihil sapere visi essent.

[k] Aristoteles Rhetor. III. 2. 311. ὁ λόγος, ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον.

Verum non disputo, quam vana sit illa opinio; patet enim; sed ostendo unde et quousque profecta, et ad perversam antiquitatis interpretationem quantum in ea fuerit momenti. Etenim hinc primum natus est ille arcanae disciplinae rumusculus, quo nihil apud veteres vulgatius, nihil ad veritatem levius infirmiusque. Ac prae ceteris Pythagoreos antiquissimos narrant inventa sua ita occultasse ut ab extraneis omnino non possent penetrari; quod eos non fecisse neque ullam scientiae partem in recessu habuisse, certissimis argumentis demonstravit Meinersius. Tum Platonem quoque thesauris secretioris doctrinae incubasse volunt in *ἀγράφοις*, ut dicunt, *δόγμασι* velut defossae; quod quo facilius fidem inveniret, composita est illa ad Dionysium epistola, tyranno digna, philosopho indignissima. cf. Ast Plato's Leben und Schriften p. 509. sq. Postremo, ne qua Aristoteles a magistro defecisse videretur, duas consarcinarunt alias epistolas, unam Alexandri profanatam in vulgus philosophiam lamentantis, alteram Aristotelis ipsius ita se excusantis ut prodendo nihil proditum esse dicat. v. Plutarch. V. Alex. c. VII. Eique fabulae rursus aliud commentum conglutinatum est eorum, qui Aristotelem perhibent philosophiae operta in esotericis tractasse lectionibus, non quod vulgus ea neque posset capere neque omnino desideraret, sed ne cum pluribus communicata evilescerent. Quo nihil a philosophorum nomine et munere magis alienum, qui si fieri posset, omnes homines ad veritatis

cognitionem traducere cuperent; ac ne dicitur quidem illud a veteribus auctoribus, quorum testimonia Patricius Dissert. Perip. L. VI. p. 63. T. 1. et Buhlius in Comment. de Libr. Esot. et Exot. produxerunt, sed longe aliud quiddam, Aristotelem idem fecisse, quod rhetores aliarumque artium professores factitarunt et etiamnunc hodie faciunt multi, ut aliis scholis curiosos condocefaciant, aliis interioribus eos, qui totam artem penitus perdiscere cupiunt[1]. Secundo ex hoc fonte manavit illa affectatae obscuritatis suspicio in clarissimos quosque scriptores collata, quorum plurimos enumerat Clemens; nec paucos omisit. Nam et Solonem nonnulli leges ex industria ambigue perplexeque scripsisse existimarunt, reipublicae causa, quo major esset interpretantium auctoritas Plutarch. V. Sol. c. XVIII. itidem ut Romani quidam auctores illas legis actiones formulasque a patriciis, ut in jure legum principes essent civitatis interpretes, fictas occultatasque dicunt, contra quos disputat Luzacius in Observatt. Apolog. pro Jurisconsult. Romanis. Eandem de Hippocrate esse opinionem testatur Erotianus Prooem. p. 4. *ὥς ἐπετήδευσεν ἀσαφὴς φανῆναι καὶ διὰ τοῦτο ἀνακεχωρηκυίας* [†] *εὐπορῆσαι λέξεως σπουδάσαι.* Item de Thucydide Marcellinus §. 35. p. 328. Popp. *ἀσαφῶς λέγει ὁ ἀνὴρ ἐπίτηδες, ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατὸς μηδὲ εὐ-*

[1] Cf. Gell. N. A. XX. 5. Sueton. de clar. Gramm. c. IV. Cresollius Theatr. Rhet. L. IV. c. 4.

[†] *Ἀνακεχωρηκότων βιβλίων — τουτέστιν ἀποκρύφων* Suid. s. *Ἀναχ.* et *Ἐπαφρόδιτος.*

τελὴς φαίνηται ἀλλὰ τοῖς λίαν σοφοῖς. De Aristotele multi sed brevissime Chalcidius in Tim. c. CCCXX. 394. Fabric. juxta dicentem fit obscuritas, quum vel studio dataque opera dogma suum velat auctor, ut fecerunt Aristoteles et Heraclitus, vel imbecillitate sermonis. Ita quidquid aut subtilius excogitatum aut artificiosius enuntiatum, quam ut semisomnes intelligere possint, id illi in fraudem et frustrationem lectorum simpliciorum compositum esse volunt. Quod vero huic opinioni proximum et consequens erat, ut eos, quos eadem in scribendo ratione usos esse putarent, eodem modo interpretarentur, id quidem non fecerunt neque Thucydidem sub specie belli Peloponnesiaci aliud quid quam quod omnes intelligunt, tradidisse suspicati sunt; quin ne Lycophronem quidem. Cur? Quia tota allegoriae suspicio non ex ipsis scriptoribus neque ex propria quadam verborum et sententiarum conformatione ducta sed extrinsecus illata est, et quia omnino illi non quid quisque veterum dixerit, sed quid senserit, quid tacite in animo volutaverit, ex ea, quam de poetis antiquis praesumtam habebant, sapientiae opinione conjectare conati sunt.

Videant igitur symbolicarum interpretationum cupitores, quos duces sequantur, similesne nostrorum interpretum qui quid cujusque scriptoris aetas, quid genus scribendi, quid operis ratio exigat, ponderare solent, an de hoc uno sollicitos ne quid impie ab Homero dictum inveniatur,

ne quid sine ratione effutitum, itâque contra veritatem obstinatos, ut quae interpretando ad suum arbitrium revocare nequeant, mutanda lectione adulterent. Id si probaturi non sunt, desinant antiquos Allegoretas testificari atque eorum auctoritate se defendere, quorum rationes rejicere coacti sunt. Deinde etiam secum deliberent, sacrae scripturae interpretes mysticos an sequi sustineant, qui tum omnibus in rebus Graecorum similes fuere, tum eadem obscuritatis calumnia usi sunt, adhibito sibi Christi praecepto margaritas porcis projici vetantis[m] proxime atque illi Platonis auctoritate abusi sunt: *μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ.* Postremo animum ne inducant fieri posse ut ambiguitate nominum quenquam mediocriter peritum fallant. Nam si (ut veteres faciunt saepissime) allegoricum sive symbolicum id nominant, quod est a publica propriaque dicendi ratione aversum, item, si poetas antiquos rebus sensu carentibus actum quendam et animos dedisse contendunt, id tantum abest ut impugnemus, ut omnino artem sine his rebus constare negemus. Sed illud magnopere deprecamur, ne sub hoc poeticae interpretationis titulo, quidquid resupinis et tecta spectantibus in cogitationem venire solet, Homero inculcent, neve eum poetam, quem sapientissimum videri volunt,

[m] Phot. Bibl. CCXXX. p. 409. de Eulogio: *τὴν ἀσάφειαν ἐπίτηδες περιβάλλεται, ὡς ἂν μὴ βεβήλοις τὰ ἅγια ἔκθετα εἴη καὶ οἱ μαργαρῖται τοῖς χοίροις προκείμενοι*, id quod Themistius dicit Or. XX. 235. *ῥῖψαι τὴν φιλοσοφίαν εἰς τὰς τριόδους.* Collegi plura testimonia, sed vereor ne ab his, qui de disciplina arcana scripserunt, praeoccupata sint.

delirum faciant. Perabsurdae nobis videntur hyperboreorum Scaldorum continuatae translationes et tropi in aenigmata exeuntes; intelliguntur tamen. Sed his longe perplexior Homerus planeque infans fuit, si ita scripsit ut inter ipsos allegoricae rationis sectatores non solum de totius operis summâ infinita dissensio sit, sed saepe etiam eidem fabulae alii aliam subjiciant sententiam, hi autem, qui maximum habent graeci sermonis usum, ex omnibus nullam probent.

§. 21.

Haec paullo latius disserui, ut, quum intellectum fuerit, qua ratione veteres in explicandis fabulis versati sint, hinc de cerimoniarum sacrificalium interpretatione judicium fieri possit. Nam si Homeri carmina ideo ad allegoriam revocata sunt, ne poetarum princeps in rebus maximis turpiter errasse videretur — *Ὅμηρος γὰρ ἠσέβησεν, εἰ μὴ ἠλληγόρησε* [a] — pariter Graeci circa ritus avorum patriasque religiones laborarunt et eadem de causa, primum ne quid contra rationem in sacris fieri videretur, deinde ne quid sine ratione. Macrobius Somn. I. 2. 8. Veritas per quaedam composita et ficta profertur et hoc jam vocatur fabulosa narratio non fabula, ut sunt cerimoniarum sacra, ut Hesiodi et Orphei quae de deorum progenie actuve narrantur. Hierocles in quarto de Providentia et Fato *τὰ λεγόμενα λόγια καὶ τοὺς ἱε-*

[a] Heraclid. Alleg. Prooem.

ρατικοὺς θεσμοὺς εἰς συμφωνίαν συνάγειν οἷς Πλάτων ἐδογμάτισε, βούλεται Fragm. p. 244. [b] Clemens Recogn. L. X. 36. p. 321. „Prudentes viri, quum viderent commu„nem superstitionem tam probrosam es„se, quibus potuerunt argumentis et in„terpretationibus conati sunt res inhone„stas honesto velare sermone.“ Neque solum utrumque genus interpretationis easdem causas sed etiam pares successus habuit. Nam Xenophanes sacrorum ritus ineptos ac superstitiosos eodem fastidio quo impia poetarum commenta repudiavit, Eleatisque quaerentibus an Leucotheam colerent plangerentque, respondit his verbis: εἰ μὲν θεὸν ὑπολαμβάνουσι, μὴ θρηνεῖν, εἰ δὲ ἄνθρωπον, μὴ θύειν Aristot. Rhet. II. 23. 287. [bb] Unde manifestum est eum illas symbolicas ratiunculas, quae lugubribus sacris subtexi solent, aut ignorasse aut contemsisse. Denique, ut fabularum interpretationis duo fuerunt genera, unum historicum, alterum naturale, ita etiam priscarum cerimoniarum causae modo ab historia modo a physiologia repetitae sunt. Quae res ne falsam de mysteriis opinionem confirmet, imprimis providendum est. Id autem facillime obtinebitur, si commemoremus, quanta veterum in inquirendis rerum omnium causis et auctoribus fuerit curiositas, quanta in comminiscendis temeritas. Graeculi illi, qui res paullo

[b] Eandem operam Jamblichus navat sacris magicis ad philosophiam accommodandis de Myst. L. I. p. 20. sq.

[bb] Alii hoc eum de Osiridis cultu luctuoso dixisse referunt. v. Brandis Comment. Eleat. p. 70. Reimar. ad Dion. Cass. L. LIX. 2.

ante et paene in oculis ipsorum gestas ignorant, tantum sibi arrogant, ut eorum, quae cum ipsis fere hominibus nata sunt, auctores nominatim tradant, quis fruges, quis tecta, quis vestitum invenerit, caeteraque, quae necessitas parit et usus quotidianus. Aurum narrant ab Auro quodam inventum esse [Fest. s. v.] scutum (*σάκος*) a Sacis [Tzetz. Exeg. p. 11. Zonar. Lex. p. 1626.] galeam seu *κυνῆν* a Cyne [Anecd. Bekk. p. 274.] patronatum a Patrone quodam [Plutarch. V. Rom. c. 13.] a Numa numos [Etym. Gud. p. 412.] a Stoecho literarum elementa [Anecd. Bekk. p. 790.] a Belone acum, deorum cultum [*τὸ θρησκεύειν*] a Thracibus, et talia infinita [c]. Nec minore illi audacia cujusque moris, quem vita hominum communis vel quorundam usus gentilis suscepit, caussas, quas nesciunt, fingunt, sive potius, ut fingere possint, nescire se simulant quae ante oculos sunt. Volumen complebo si singula hujus generis persequi voluero; pauca tamen exempli caussa ponam, ea praesertim quibus etiamnum doctorum nonnulli uti solent tanquam ad historiae fidem traditis. Sunt igitur, qui fibulas aureas, quas Atheniensium *οἱ πρεσβύτεροι* crinibus inserere solebant cicadis similes, symbolum ipsorum ortus e terra fuisse velint; sed pennae Gara-

[c] Potiora horum collegit Plinius L. VII. 56. Hygin. Fab. CCLXXIV. et CCLXXVI. Clemens Strom. I. 363. Gregor. Naz. T. III. p. 100. et Grammaticus in Bibl. Coislin. p. 597. scriptores *περὶ εὑρημάτων* sequuti, quorum plures fuerunt: Ephippus Suid. s. v. Eudoc. p. 164. Philostephanus Serv. Georg. I. 19. Scammon Athen. XIV. 630. B. Strato Clemens Strom. I. 351. Simonides genealogus Suid. s. v. Philochorus id. Theophrastus v. Fabric. T. III. 449.

mantum et cirri Germanorum et crobuli barbarorum, quae Tertullianus De veland. virg. c. X. cum Atheniensium crinalibus componit, et quae hodie assumuntur capitis ornamenta, nemo quaerit quid significent, licet pilei, galeri et caliendra nostra non minus largam ad philosophandum praebeant materiam, neque omnes Athenienses hoc ornamento usi sint sed tantummodo seniores, quos delicatior decebat cultus [d], neque hi soli sed etiam alii, qui Autochthones non erant [dd]. Lunulis eburneis, quibus Romanorum calciamenta mullea exornabantur, quidam fortunae inconstantiam, alii animarum sedem lunae globo sublimiorem, plerique patriciorum nobilitatem et ductum a Proselenis genus significari credunt. Pariterque bullas ingenuorum puerorum pectori appensas fuisse memorant ut bullam inspicientes ita se demum homines esse cogitarent, si corde praestarent Macrob. I. 16. Quasi vero haec cogitatio una cum bulla et praetexta ex animo dimittenda sit, aut quasi non mulieres quoque lu-

[d] Athen. XII. 555. E. *τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους βίον Τηλεκλείδης ἐν Πρυτάνεσιν ἁβρὸν ὄντα παραδίδωσι, Κρατῖνός τ᾽ ἐν Χείρωσι τὴν τρυφὴν ἐμφανίζων τῶν παλαιτέρων φησί* etc. Atque hoc habitu procedit Demus Arist. Eqq. 1331. *τεττιγοφόρος, τῷ ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός — οἷόσπερ Ἀριστείδῃ καὶ Μιλτιάδῃ ξυνεσίτει.*

[dd] Regis Nisi aurea comtum fibula nectebat dente cicadae Virgil. Cir. v. 127. De Samiis Asius Athen. XII. 525. F. *χαῖται δ᾽ ἠωρεῦντ᾽ ἀνέμῳ, χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ᾽ αὐτέων τέττιγες ὥς* v. Naek. de Choeril. p. 74. Quaeritur quis primus cicadas *γηγενεῖς* esse dixerit Anacr. XLIII. 15. quo demum credito symbolum illud terrestris ortus asciscì potuit, minime a priscis Graecis, qui omnia animalia omnesque homines e terra natos putabant; perpetua autem ejusdem terrae possessio, qua Athenienses gloriabantur, isto signo notari non poterat. Apud Aegyptios cicadas symbolum initiationis fuisse Horapollo refert, unde Dupuisius, quasi nondum satis sit ineptiarum, mulieres Atticas hunc usum accepisse autumat I. P. IV. 8.

nulas bullasque pectorales gestare consueverint [e]. Sic missus circenses ad cursum solis accommodant [f], sic mensas patinasque mundi symbola [g], pileos Laconicos hemisphaeriorum esse demonstrant. Denique corpora mortuorum fasciis obstringi et humi collocari autumant, ut quisque meminerit succinctis iter ad superos capessendum esse et ad significandum animos corporis vincula enixos in communem omnium rerum ortum refundi [h]. Sunt haec sine dubio non mediocris acuminis specimina; quis enim crediderat, Graecos Romanosque ceterorum mortalium adeo dissimiles fuisse, ut neque in vestitu, neque in supellectile, neque in diurnis negotiis quidquam vel usus vel ornatus vel commoditatis causa assumerent sed omnes minimos vitae actus symbolico quodam

[e] Aldhelmus de Laud. Virg. XIV. 311. T. III. Big. discriminalia, periscelides, olfactoriola, nardi, crepundia collo gemmiferis lunulis dependentia cf. Ruben. de gemma August. p. 216. Bullas illas pueriles, quarum formam disceptat vir doctus in Act. Societ. Traject. p. 119. T. I. Hesychius significat: *Σεληνίς, φυλακτήριον ἐγκρέμαται τοῖς παιδίοις.* Glossae: *Φυλακτήριον*, servatorium, amolimentum, praevia. unde Bern. Vestrini Sopra l' uso sacra e profano degli Agnelli in Dissert. Acad. Cort. T. VI. 259. brevia ecclesiastica et agnos dei ortum habere putat, easque res et infantium in collo praebiorum loco et vero etiam imaginibus Sanctorum et Angelorum appendi, sicut olim Laribus bullas p. 258. cf. Middleton. Conformités de cerémon. p. 226. Signis notam veretri appositam esse Scaliger docet ad Catal. p. 205. hoc Lucilii versu: Nam quid moetino subjectoque huic opus signo. Neque veri absimile videtur, eos qui vel suas vel suorum imagines publico loco consecrarunt, hoc *προβασκανίῳ*, quo rustici agros arboresque tutari solebant, invidorum vel petulantium manus a violatione donariorum abstinere voluisse.

[f] v. Anthol. Lat. III. Ep. XV. Lyd. de Mens. p. 46.

[g] Serio Asclepiades Athen. XI. 489. C. per jocum Alexis II. 60. A. et ille, qui missorio zodiaci imaginem inclusit. v. Jacobs. ad Anthol. T. XII. p. 87.

[h] Olympiod. Ms. ap. Casaub. ad Pers. III. p. 305. *τὸ περιστέλλειν τοῦ εὐζώνως ἀναθεῖν σύμβολον· τὸ ἐπὶ γῆς τιθέναι τοῦ ἀναμιμνήσκειν, ὅπως ἂν τοῖς ὅλοις ἡ ψυχὴ συναιρθείη.*

condirent condimento? Verum illud palmare, quod etiam aleatorum instrumentis tantum habuerunt honorem, ut alveum mundi imaginem repraesentare dicerent, turriculam firmamenti, ut duodecim septa aequipararent signis coelestibus, planetis fritillum et septem calculos. v. Suid. s. *Τάβλα* et Kuest. Quod si intelligimus circa res leves ludicrasque tam misere sudatum esse, quantum curae his, quae honoris deorum immortalium causa fierent, impendisse existimandi sunt, ne quid temere institutum, ne quid parum decorum videretur? Etenim in commune opinio valebat, quae ab hominibus maximeque in re sacra fierent, suas debere causas habere Arnob. VII. 25. unde factum ut illa aetiologiae labes, totam antiquitatem pervagata, in hoc genere gravissime grassata sit. Sed id quoque aliquot exemplis illustrabo. Quanquam hominibus nihil fere luminis adspectu delectabilius esse solet, omniumque gentium *λυχναψίαι* et *λαμπαδοδρομίαι* noscuntur, tamen reperti sunt, qui haec ludicra ad physiologiam traducerent. Cleomedes, ut notiores praeteream, *ᾔδεσαν*, inquit, *καὶ οἱ παλαιότατοι τῶν φυσικῶν ὅτι ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἡ σελήνη τὸ φῶς ἔχει, ὡς δῆλόν ἐστιν ἐκ τῆς ἐτυμολογίας τοῦ ὀνόματος — καὶ ἐκ τοῦ ἐπιδίδοσθαι δᾷδας τοῖς εἰς τὰ Ἀρτεμίσια εἰσιοῦσι* Meteor. L. II. 5. 135. ed. Bak. Istuc est sapere! De solemnibus Apaturiorum, quibus puerorum nomina in tabulas curialium referri et rhapsodi ad concertandum committi solebant, sic argutatur Proculus in Tim. L. I.

p. 28. ut altero animarum in corpora transgressum, altero earum luctationem et repugnantiam adumbrari dicat. Idemque in libro Chrestomathiae sacram lauream, quam in Daphnephoriis traduci mos erat, taeniis trecentis sexaginta quinque et diversae magnitudinis globulis ornatam, ad motuum coelestium imaginem revocat; namque maximas sphaeras solis lunaeque instar esse, minusculas stellarum locum obtinere, infulis vero totidem anni dies notari. Et constitit apud credentes [i]. Concedam aedituos otio et ingenio abundantes, ut sunt aeditui, quum iresionen exornarent, in numerum illum incidisse, qui propter anni rationem cuique primo loco occurrit [k]. Sed ad eam rem istum morem institutum esse haud credo. Qui enim tot fasciae minuto ramusculo, quem puer ferebat, sic adaptari potuerunt, ut earum numerus iniri posset a spectantibus? Denique illa Apollinis solemnia cum astronomorum inventis nihil commercii habent; neque hodie insolitum est festas arbores bullis, lemniscis aliisque crepundiis exornari [l]. Fuit illud quoque inter festorum dierum oblectamenta et est etiamnum

[i] Miror viros doctos, Boeckhium in Memor. Berol. Acad. A. MDCCCXVIII. p. 99. et Muellerum Orchom. p. 220. in hanc sententiam inclinasse.

[k] Demetrio Phalereo Athenienses trecentas sexaginta statuas decreverunt; totidem juvenes pompam Magorum sequuntur Curt. III. 3. 6. totidem utilitates palma praebere dicitur Plutarch. Symp. VIII. 5. 362. tot liciis constabat Amasidis thorax. Herodo. III. 47. antiquae comoediae fabulae CCCLXV. numerantur. v. Meineke Quaest. Scen. II. 1. Alia hujus numeri exempla collegit Jackson Chronolog. Alterthuemer p. 373. sq.

[l] Olearius Itiner. Pers. p. 105. festum Palmarum Moscoviae celebratum describens Primo, inquit, ex arce veniebat jucundo specta-

mutatis vestibus sexum mentiri alienum. Philochorus Venerem affirmat esse lunam et ei sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, quod eadem et mas aestimatur et femina Macrob. III. 8. Nihil suspectius his Graecorum Archaeologorum conjecturis, qui nimia antiquitatis admiratione ludicris popularibus et apud omnes receptis rationes graves, vel a physiologia repetitas vel ab historia, subjicere solent. In Oschophoriis Atheniensium cur juvenes pompam ducentes muliebres vestes gerant Plutarchus explicat V. Thes. c. XXIII. cur Argis tempore festo Hybristicorum uterque sexus habitum inter se commutet, Polyaenus VIII. 35. cur Quinquatribus tibicines Ovidius Fast. VI. 653. 692., qui si viderent quae hodie apud Christianos praesertim circa tempus Carniprivii similiter fieri solent, dictum factum invenirent aliquam causam sibi credibilem, nobis ridendam. His vero simillimae fuere Graecorum Romanorumque pompae, iidemque turbae personatae lusus, plures ob causas; primum quia *cuncta sub ignotis lascivia vestibus audet*, tum quia homines elati levitate laetitiaque exultantes omnia contra quam mos et ratio fert, facere gestiunt, modo deos modo bestias imitando, seseque in omnes figuras transformando. Athenis *οἱ πομπεύοντες τῷ Διονύσῳ κατὰ μίμησιν τῆς περὶ αὐτὸν θεραπείας ἐπόμπευον οἱ μὲν τὸ τῶν Σατύρων σχῆμα σώζοντες, οἱ δὲ τῶν*

culo arbor ornata multis pomis, ficubus et uvis passis, veho imposita etc.

Βακχῶν, οἱ δὲ τὸ τῶν Σειληνῶν Ulpian. ad Dem. p. 294. et Schol. Aristid. p. 11.[m] quem communem fuisse Sicinnistarum habitum Dionysius docet Antiqq. VII. 72. eoque etiam pompae Dionysiacae a Philadelpho instructae designatores usos videmus Athen. V. 198. E. Apud veteres Italos Petreja vocabatur quae pompam praecedens in coloniis aut municipiis imitabatur anum ebriam Fest. s. v. unde convicii loco dicitur Ebriolae persolla Plaut. Curc. I. 3. 36. *Ἐν εἴδοις Μαρτίαις πομπῆς γινομένης ἤγετο καὶ ἄνθρωπος περιβεβλημένος δοραῖς καὶ τοῦτον ἔπαιον ῥάβδοις λεπταῖς* Lydus de Mens. p. 48. *Τοῖς Καπιτωλίοις — γέρων τις ἐπὶ χλευασμῷ προάγεται παιδικὸν ἐναψάμενος περιδέραιον* etc. Plutarch. Quaest. Rom. c. 53. 344. Vit. Rom. c. 26. p. 76. Pompam Isiacam Apulejus Met. XI. 769. sic describit: Hic militem agebat, ille venatorem, alius feminam mentiebatur, nec deerat, qui magistratum luderet, nec qui piscatorem indueret; quam personarum varietatem intuens Lucianus [mm] pompae comparat vitam humanam, in qua ipsa alii magnificam, alii turpem, alii honestam, aliqui ridiculam personam gerant. Herodianus Hist. I. 10. *ἦρος ἀρχῇ Μητρὶ θεῶν πομπὴν τελοῦσι Ῥωμαῖοι — ἄνετός τε πᾶσι δέδοται ἐξουσία παντοδαπῆς παιδιᾶς, ἕκαστός τε, ὃ βούλεται, σχῆμα ὑποκρίνεται* etc. Illis

[m] Hic et ap. Valckenarium Diatr. Eur. p. 155. vitiose legitur *Βάκχου ἀνελαμβάνετο σχῆμα* pro *Βακχῶν ἀνελάμβανε τὸ* —

[mm] Necyom. §. 16. p. 19. T. III. Alii vitam mimo et panegyri similem dicunt v. Gatacker. ad Anton. XI. 6. XII. 36. Meinek. ad Menandr. p. 161.

vero primarum partium actoribus quasi quaedam mutae personae interponebantur, simulacra lignea stramineave prout facultas ferret, exornata[n] qualis illa in Daedalorum pompa vecta puellaris imago, quam doctiores scilicet Jovis pellicem repraesentare dicebant Paus. IX. 3. Adhuc ferae, si copia esset, humano vestitu indutae, ut in Apuleji pompa l. c. Et ursa mansues cultu matronali sella vehebatur, et simia pileo crocotisque Ganymedem mentiebatur. Denique neurospasta seu icunculae vertebratae et variae formidines. Festus: Citeria effigies quaedam arguta et loquax ridiculi gratia, quae in pompa vehi solita sit, cujus ipsum nomen, a verbo cio, cito derivatum, oscillum sive neurospastum significare videtur. Idem: Man-

[n] Hesychius: *Στεμματιαῖον δίκηλόν τι ἐν ἑορτῇ πομπεύων δαίμονος.* Siebelisius *πομπέως*, Muellerus De Doribus III. 344. *πομπέων* emendat; facillima correctio est *πομπεῦον* in pompa traductum; deos Hesychius christianus passim daemones et idola vocat. v. Interpr. ad v. *Σπονδεῖον.* Quo loco et tempore illud *Στεμματιαῖον δίκηλον* prodierit, omnino non debet quaeri, quum in omnibus pompis statuae praelatae, *στέμματα* autem sacrorum signorum propria ornamenta fuerint. Sulpicius Sev. de Vit. B. Martini c. XII. 395. Erat haec Gallorum consuetudo simulacra daemonum candido tecta velamine per agros suos circumducere. Sic Tacitus Hist. I. 66. velamenta et infulas. Hesychius *Μάσχη, δίκελλα* ubi *δείκηλα* emendant. Apud Delphos nono quoque anno Charilae cujusdam *εἴδωλον παιδικόν* producebatur riteque a rege verberatum intra rupes abdebatur Plutarch. Quaest. Graec. XII. 383. Suidas s. *Εἴδωλον* (ex Aeliano) *κελεύει ἡ Πυθία εἰδωλόν τι πεπλασμένον εἰς ὄψιν γυναικὸς μετέωρον ἐξαρτᾶν, καὶ ἀνεῤῥώσθη ἡ πόλις.* quibus omnibus sacra piacularia significari videntur. Ad eam rem Judaei veteres hircum emissarium (Azazel) adhibebant, Boeoti in *βουλίμου ἐξελάσει* servum quem probe percussum foras ejicerent Plutarch. Symp. VI. Quaest. VIII. 1. et nostra adhuc memoria Thuringi vicani quotannis, quum Mortem expelli dicerent, imaginem humanam viminibus contextam, postquam in pompa traduxerant, in amnem abjiciebant, scilicet Romanorum exemplo, Argeos de ponte praecipitantium.

delirum faciant. Perabsurdae nobis videntur hyperboreorum Scaldorum continuatae translationes et tropi in aenigmata exeuntes; intelliguntur tamen. Sed his longe perplexior Homerus planeque infans fuit, si ita scripsit ut inter ipsos allegoricae rationis sectatores non solum de totius operis summâ infinita dissensio sit, sed saepe etiam eidem fabulae alii aliam subjiciant sententiam, hi autem, qui maximum habent graeci sermonis usum, ex omnibus nullam probent.

§. 21.

Haec paullo latius disserui, ut, quum intellectum fuerit, qua ratione veteres in explicandis fabulis versati sint, hinc de cerimoniarum sacrificalium interpretatione judicium fieri possit. Nam si Homeri carmina ideo ad allegoriam revocata sunt, ne poetarum princeps in rebus maximis turpiter errasse videretur — *Ὅμηρος γὰρ ἠσέβησεν, εἰ μὴ ἠλληγόρησε* [a] — pariter Graeci circa ritus avorum patriasque religiones laborarunt et eadem de causa, primum ne quid contra rationem in sacris fieri videretur, deinde ne quid sine ratione. Macrobius Somn. I. 2. 8. Veritas per quaedam composita et ficta profertur et hoc jam vocatur fabulosa narratio non fabula, ut sunt cerimoniarum sacra, ut Hesiodi et Orphei quae de deorum progenie actuve narrantur. Hierocles in quarto de Providentia et Fato *τὰ λεγόμενα λόγια καὶ τοὺς ἱε-*

[a] Heraclid. Alleg. Prooem.

ρατικοὺς θεσμοὺς εἰς συμφωνίαν συνάγειν οἷς Πλάτων ἐδογμάτισε, βούλεται Fragm. p. 244. [b] Clemens Recogn. L. X. 36. p. 321. „Prudentes viri, quum viderent commu„nem superstitionem tam probrosam es„se, quibus potuerunt argumentis et in„terpretationibus conati sunt res inhone„stas honesto velare sermone." Neque solum utrumque genus interpretationis easdem causas sed etiam pares successus habuit. Nam Xenophanes sacrorum ritus ineptos ac superstitiosos eodem fastidio quo impia poetarum commenta repudiavit, Eleatisque quaerentibus an Leucotheam colerent plangerentque, respondit his verbis: εἰ μὲν θεὸν ὑπολαμβάνουσι, μὴ θρηνεῖν, εἰ δὲ ἄνθρωπον, μὴ θύειν Aristot. Rhet. II. 23. 287. [bb] Unde manifestum est eum illas symbolicas ratiunculas, quae lugubribus sacris subtexi solent, aut ignorasse aut contemsisse. Denique, ut fabularum interpretationis duo fuerunt genera, unum historicum, alterum naturale, ita etiam priscarum cerimoniarum causae modo ab historia modo a physiologia repetitae sunt. Quae res ne falsam de mysteriis opinionem confirmet, imprimis providendum est. Id autem facillime obtinebitur, si commemoremus, quanta veterum in inquirendis rerum omnium causis et auctoribus fuerit curiositas, quanta in comminiscendis temeritas. Graeculi illi, qui res paullo

[b] Eandem operam Jamblichus navat sacris magicis ad philosophiam accommodandis de Myst. L. I. p. 20. sq.

[bb] Alii hoc eum de Osiridis cultu luctuoso dixisse referunt. v. Brandis Comment. Eleat. p. 70. Reimar. ad Dion. Cass. L. LIX. 2.

ante et paene in oculis ipsorum gestas ignorant, tantum sibi arrogant, ut eorum, quae cum ipsis fere hominibus nata sunt, auctores nominatim tradant, quis fruges, quis tecta, quis vestitum invenerit, caeteraque, quae necessitas parit et usus quotidianus. Aurum narrant ab Auro quodam inventum esse [Fest. s. v.] scutum (σάκος) a Sacis [Tzetz. Exeg. p. 11. Zonar. Lex. p. 1626.] galeam seu κυνῆν a Cyne [Anecd. Bekk. p. 274.] patronatum a Patrone quodam [Plutarch. V. Rom. c. 13.] a Numa numos [Etym. Gud. p. 412.] a Stoecho literarum elementa [Anecd. Bekk. p. 790.] a Belone acum, deorum cultum [τὸ θρησκεύειν] a Thracibus, et talia infinita[c]. Nec minore illi audacia cujusque moris, quem vita hominum communis vel quorundam usus gentilis suscepit, caussas, quas nesciunt, fingunt, sive potius, ut fingere possint, nescire se simulant quae ante oculos sunt. Volumen complebo si singula hujus generis persequi voluero; pauca tamen exempli caussa ponam, ea praesertim quibus etiamnum doctorum nonnulli uti solent tanquam ad historiae fidem traditis. Sunt igitur, qui fibulas aureas, quas Atheniensium οἱ πρεσβύτεροι crinibus inserere solebant cicadis similes, symbolum ipsorum ortus e terra fuisse velint; sed pennae Gara-

[c] Potiora horum collegit Plinius L. VII. 56. Hygin. Fab. CCLXXIV. et CCLXXVI. Clemens Strom. I. 363. Gregor. Naz. T. III. p. 100. et Grammaticus in Bibl. Coislin. p. 597. scriptores περὶ εὑρημάτων sequuti, quorum plures fuerunt: Ephippus Suid. s. v. Eudoc. p. 164. Philostephanus Serv. Georg. I. 19. Scammon Athen. XIV. 630. B. Strato Clemens Strom. I. 351. Simonides genealogus Suid. s. v. Philochorus id. Theophrastus v. Fabric. T. III. 449.

mantum et cirri Germanorum et crobuli barbarorum, quae Tertullianus De veland. virg. c. X. cum Atheniensium crinalibus componit, et quae hodie assumuntur capitis ornamenta, nemo quaerit quid significent, licet pilei, galeri et caliendra nostra non minus largam ad philosophandum praebeant materiam, neque omnes Athenienses hoc ornamento usi sint sed tantummodo seniores, quos delicatior decebat cultus [d], neque hi soli sed etiam alii, qui Autochthones non erant [dd]. Lunulis eburneis, quibus Romanorum calciamenta mullea exornabantur, quidam fortunae inconstantiam, alii animarum sedem lunae globo sublimiorem, plerique patriciorum nobilitatem et ductum a Proselenis genus significari credunt. Pariterque bullas ingenuorum puerorum pectori appensas fuisse memorant ut bullam inspicientes ita se demum homines esse cogitarent, si corde praestarent Macrob. I. 16. Quasi vero haec cogitatio una cum bulla et praetexta ex animo dimittenda sit, aut quasi non mulieres quoque lu-

[d] Athen. XII. 555. E. *τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους βίον Τηλεκλείδης ἐν Πρυτάνεσιν ἁβρὸν ὄντα παραδίδωσι, Κρατῖνός τ' ἐν Χείρωσι τὴν τρυφὴν ἐμφανίζων τῶν παλαιτέρων φησί* etc. Atque hoc habitu procedit Demus Arist. Eqq. 1331. *τεττιγοφόρος, τῷ ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός — οἰόςπερ Ἀριστείδῃ καὶ Μιλτιάδῃ ξυνεσίτει.*

[dd] Regis Nisi aurea comtum fibula nectebat dente cicadae Virgil. Cir. v. 127. De Samiis Asius Athen. XII. 525. F. *χαῖται δ' ἠωρεῦντ' ἀνέμῳ, χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτέων τέττιγες ὥς* v. Naek. de Choeril. p. 74. Quaeritur quis primus cicadas *γηγενεῖς* esse dixerit Anacr. XLIII. 15. quo demum credito symbolum illud terrestris ortus ascisci potuit, minime a priscis Graecis, qui omnia animalia omnesque homines e terra natos putabant; perpetua autem ejusdem terrae possessio, qua Athenienses gloriabantur, isto signo notari non poterat. Apud Aegyptios cicadas symbolum initiationis fuisse Horapollo refert, unde Dupuisius, quasi nondum satis sit ineptiarum, mulieres Atticas hunc usum accepisse autumat I. P. IV. 8.

nulas bullasque pectorales gestare consueverint [e]. Sic missus circenses ad cursum solis accommodant [f], sic mensas patinasque mundi symbola [g], pileos Laconicos hemisphaeriorum esse demonstrant. Denique corpora mortuorum fasciis obstringi et humi collocari autumant, ut quisque meminerit succinctis iter ad superos capessendum esse et ad significandum animos corporis vincula enixos in communem omnium rerum ortum refundi [h]. Sunt haec sine dubio non mediocris acuminis specimina; quis enim crediderat, Graecos Romanosque ceterorum mortalium adeo dissimiles fuisse, ut neque in vestitu, neque in supellectile, neque in diurnis negotiis quidquam vel usus vel ornatus vel commoditatis causa assumerent sed omnes minimos vitae actus symbolico quodam

[e] Aldhelmus de Laud. Virg. XIV. 311. T. III. Big. discriminalia, periscelides, olfactoriola, nardi, crepundia collo gemmiferis lunulis dependentia cf. Ruben. de gemma August. p. 216. Bullas illas pueriles, quarum formam disceptat vir doctus in Act. Societ. Traject. p. 119. T. I. Hesychius significat: *Σεληνίς, φυλακτήριον ἐγκρέμαται τοῖς παιδίοις.* Glossae: *Φυλακτήριον*, servatorium, amolimentum, praevia. unde Bern. Vestrini Sopra l' uso sacra e profano degli Agnelli in Dissert. Acad. Cort. T. VI. 259. brevia ecclesiastica et agnos dei ortum habere putat, easque res et infantium in collo praebiorum loco et vero etiam imaginibus Sanctorum et Angelorum appendi, sicut olim Laribus bullas p. 258. cf. Middleton. Conformités de cerémon. p. 226. Signis notam veretri appositam esse Scaliger docet ad Catal. p. 205. hoc Lucilii versu: Nam quid moetino subjectoque huic opus signo. Neque veri absimile videtur, eos qui vel suas vel suorum imagines publico loco consecrarunt, hoc *προβασκανίῳ*, quo rustici agros arboresque tutari solebant, invidorum vel petulantium manus a violatione donariorum abstinere voluisse.

[f] v. Anthol. Lat. III. Ep. XV. Lyd. de Mens. p. 46.

[g] Serio Asclepiades Athen. XI. 489. C. per jocum Alexis II. 60. A. et ille, qui missorio zodiaci imaginem inclusit. v. Jacobs. ad Anthol. T. XII. p. 87.

[h] Olympiod. Ms. ap. Casaub. ad Pers. III. p. 305. *τὸ περιστέλλειν τοῦ εὐζώνως ἀναθεῖν σύμβολον· τὸ ἐπὶ γῆς τιθέναι τοῦ ἀναμιμνήσκειν, ὅπως ἂν τοῖς ὅλοις ἡ ψυχὴ συναρθείη.*

condirent condimento? Verum illud palmare, quod etiam aleatorum instrumentis tantum habuerunt honorem, ut alveum mundi imaginem repraesentare dicerent, turriculam firmamenti, ut duodecim septa aequipararent signis coelestibus, planetis fritillum et septem calculos. v. Suid. s. *Τάβλα* et Kuest. Quod si intelligimus circa res leves ludicrasque tam misere sudatum esse, quantum curae his, quae honoris deorum immortalium causa fierent, impendisse existimandi sunt, ne quid temere institutum, ne quid parum decorum videretur? Etenim in commune opinio valebat, quae ab hominibus maximeque in re sacra fierent, suas debere causas habere Arnob. VII. 25. unde factum ut illa aetiologiae labes, totam antiquitatem pervagata, in hoc genere gravissime grassata sit. Sed id quoque aliquot exemplis illustrabo. Quanquam hominibus nihil fere luminis adspectu delectabilius esse solet, omniumque gentium *λυχναψίαι* et *λαμπαδοδρομίαι* noscuntur, tamen reperti sunt, qui haec ludicra ad physiologiam traducerent. Cleomedes, ut notiores praeteream, *ᾔδεσαν*, inquit, *καὶ οἱ παλαιότατοι τῶν φυσικῶν ὅτι ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἡ σελήνη τὸ φῶς ἔχει, ὡς δῆλόν ἐστιν ἐκ τῆς ἐτυμολογίας τοῦ ὀνόματος — καὶ ἐκ τοῦ ἐπιδίδοσθαι δᾷδας τοῖς εἰς τὰ Ἀρτεμίσια εἰςιοῦσι* Meteor. L. II. 5. 135. ed. Bak. Istuc est sapere! De solemnibus Apaturiorum, quibus puerorum nomina in tabulas curialium referri et rhapsodi ad concertandum committi solebant, sic argutatur Proculus in Tim. L. I.

p. 28. ut altero animarum in corpora transgressum, altero earum luctationem et repugnantiam adumbrari dicat. Idemque in libro Chrestomathiae sacram lauream, quam in Daphnephoriis traduci mos erat, taeniis trecentis sexaginta quinque et diversae magnitudinis globulis ornatam, ad motuum coelestium imaginem revocat; namque maximas sphaeras solis lunaeque instar esse, minusculas stellarum locum obtinere, infulis vero totidem anni dies notari. Et constitit apud credentes [i]. Concedam aedituos otio et ingenio abundantes, ut sunt aeditui, quum iresionen exornarent, in numerum illum incidisse, qui propter anni rationem cuique primo loco occurrit [k]. Sed ad eam rem istum morem institutum esse haud credo. Quî enim tot fasciae minuto ramusculo, quem puer ferebat, sic adaptari potuerunt, ut earum numerus iniri posset a spectantibus? Denique illa Apollinis solemnia cum astronomorum inventis nihil commercii habent; neque hodie insolitum est festas arbores bullis, lemniscis aliisque crepundiis exornari [l]. Fuit illud quoque inter festorum dierum oblectamenta et est etiamnum

[i] Miror viros doctos, Boeckhium in Memor. Berol. Acad. A. MDCCCXVIII. p. 99. et Muellerum Orchom. p. 220. in hanc sententiam inclinasse.

[k] Demetrio Phalereo Athenienses trecentas sexaginta statuas decreverunt; totidem juvenes pompam Magorum sequuntur Curt. III. 3. 6. totidem utilitates palma praebere dicitur Plutarch. Symp. VIII. 5. 362. tot liciis constabat Amasidis thorax. Herodo. III. 47. antiquae comoediae fabulae CCCLXV. numerantur. v. Meineke Quaest. Scen. II. 1. Alia hujus numeri exempla collegit Jackson Chronolog. Alterthuemer p. 373. sq.

[l] Olearius Itiner. Pers. p. 103. festum Palmarum Moscoviae celebratum describens Primo, inquit, ex arce veniebat jucundo specta-

mutatis vestibus sexum mentiri alienum. Philochorus Venerem affirmat esse lunam et ei sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, quod eadem et mas aestimatur et femina Macrob. III. 8. Nihil suspectius his Graecorum Archaeologorum conjecturis, qui nimia antiquitatis admiratione ludicris popularibus et apud omnes receptis rationes graves, vel a physiologia repetitas vel ab historia, subjicere solent. In Oschophoriis Atheniensium cur juvenes pompam ducentes muliebres vestes gerant Plutarchus explicat V. Thes. c. XXIII. cur Argis tempore festo Hybristicorum uterque sexus habitum inter se commutet, Polyaenus VIII. 35. cur Quinquatribus tibicines Ovidius Fast. VI. 653. 692., qui si viderent quae hodie apud Christianos praesertim circa tempus Carniprivii similiter fieri solent, dictum factum invenirent aliquam causam sibi credibilem, nobis ridendam. His vero simillimae fuere Graecorum Romanorumque pompae, iidemque turbae personatae lusus, plures ob causas; primum quia *cuncta sub ignotis lascivia vestibus audet,* tum quia homines elati levitate laetitiaque exultantes omnia contra quam mos et ratio fert, facere gestiunt, modo deos modo bestias imitando, seseque in omnes figuras transformando. Athenis *οἱ πομπεύοντες τῷ Διονύσῳ κατὰ μίμησιν τῆς περὶ αὐτὸν θεραπείας ἑπόμπευον οἱ μὲν τὸ τῶν Σατύρων σχῆμα σώζοντες, οἱ δὲ τῶν*

culo arbor ornata multis pomis, ficubus et uvis passis, veho imposita etc.

Βακχῶν, οἱ δὲ τὸ τῶν Σειληνῶν Ulpian. ad Dem. p. 294. et Schol. Aristid. p. 11. [m] quem communem fuisse Sicinnistarum habitum Dionysius docet Antiqq. VII. 72. eoque etiam pompae Dionysiacae a Philadelpho instructae designatores usos videmus Athen. V. 198. E. Apud veteres Italos Petreja vocabatur quae pompam praecedens in coloniis aut municipiis imitabatur anum ebriam Fest. s. v. unde convicii loco dicitur Ebriolae persolla Plaut. Curc. I. 3. 36. *Ἐν εἰδοῖς Μαρτίαις πομπῆς γινομένης ἤγετο καὶ ἄνθρωπος περιβεβλημένος δοραῖς καὶ τοῦτον ἔπαιον ῥάβδοις λεπταῖς* Lydus de Mens. p. 48. *Τοῖς Καπιτωλίοις — γέρων τις ἐπὶ χλευασμῷ προάγεται παιδικὸν ἐναψάμενος περιδέραιον* etc. Plutarch. Quaest. Rom. c. 53. 344. Vit. Rom. c. 26. p. 76. Pompam Isiacam Apulejus Met. XI. 769. sic describit: Hic militem agebat, ille venatorem, alius feminam mentiebatur, nec deerat, qui magistratum luderet, nec qui piscatorem indueret; quam personarum varietatem intuens Lucianus [mm] pompae comparat vitam humanam, in qua ipsa alii magnificam, alii turpem, alii honestam, aliqui ridiculam personam gerant. Herodianus Hist. I. 10. *ἦρος ἀρχῇ Μητρὶ θεῶν πομπὴν τελοῦσι Ῥωμαῖοι — ἄνετός τε πᾶσι δέδοται ἐξουσία παντοδαπῆς παιδιᾶς, ἕκαστός τε, ὃ βούλεται, σχῆμα ὑποκρίνεται* etc. Illis

[m] Hic et ap. Valckenarium Diatr. Eur. p. 155. vitiose legitur *Βάκχου ἀνελαμβάνετο σχῆμα* pro *Βακχῶν ἀνελάμβανε τὸ* —

[mm] Necyom. §. 16. p. 19. T. III. Alii vitam mimo et panegyri similem dicunt v. Gatacker. ad Anton. XI. 6. XII. 36. Meinek. ad Menandr. p. 161.

vero primarum partium actoribus quasi quaedam mutae personae interponebantur, simulacra lignea stramineave prout facultas ferret, exornata[a] qualis illa in Daedalorum pompa vecta puellaris imago, quam doctiores scilicet Jovis pellicem repraesentare dicebant Paus. IX. 3. Adhuc ferae, si copia esset, humano vestitu indutae, ut in Apuleji pompa l. c. Et ursa mansues cultu matronali sella vehebatur, et simia pileo crocotisque Ganymedem mentiebatur. Denique neurospasta seu icunculae vertebratae et variae formidines. Festus: Citeria effigies quaedam arguta et loquax ridiculi gratia, quae in pompa vehi solita sit, cujus ipsum nomen, a verbo cio, cito derivatum, oscillum sive neurospastum significare videtur. Idem: Man-

[a] Hesychius: *Στεμματιαῖον δίκηλόν τι ἐν ἑορτῇ πομπεύων δαίμονος*. Siebelisius *πομπέως*, Muellerus De Doribus III. 344. *πομπέων* emendat; facillima correctio est *πομπεῦον* in pompa traductum; deos Hesychius christianus passim daemones et idola vocat. v. Interpr. ad v. *Σπονδεῖον*. Quo loco et tempore illud *Στεμματιαῖον δίκηλον* prodierit, omnino non debet quaeri, quum in omnibus pompis statuae praelatae, *στέμματα* autem sacrorum signorum propria ornamenta fuerint. Sulpicius Sev. de Vit. B. Martini c. XII. 395. Erat haec Gallorum consuetudo simulacra daemonum candido tecta velamine per agros suos circumducere. Sic Tacitus Hist. I. 66. velamenta et infulas. Hesychius *Μάσχη, δίκελλα* ubi *δείκηλα* emendant. Apud Delphos nono quoque anno Charilae cujusdam *εἴδωλον παιδικόν* producebatur riteque a rege verberatum intra rupes abdebatur Plutarch. Quaest. Graec. XII. 383. Suidas s. *Εἴδωλον* (ex Aeliano) *κελεύει ἡ Πυθία εἴδωλόν τι πεπλασμένον εἰς ὄψιν γυναικὸς μετέωρον ἐξαρτᾶν, καὶ ἀνεῤῥώσθη ἡ πόλις.* quibus omnibus sacra piacularia significari videntur. Ad eam rem Judaei veteres hircum emissarium (Azazel) adhibebant, Boeoti in *βουλίμου ἐξελάσει* servum quem probe percussum foras ejicerent Plutarch. Symp. VI. Quaest. VIII. 1. et nostra adhuc memoria Thuringi vicani quotannis, quum Mortem expelli dicerent, imaginem humanam viminibus contextam, postquam in pompa traduxerant, in amnem abjiciebant, scilicet Romanorum exemplo, Argeos de ponte praecipitantium.

ducus effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculosas formidolosasque ire solita. Ac tali quodam modo veteres quoque Christiani, illi admodum antiqui, Calendarum solemnibus paene usque ad insaniam lascivire solebant, vitulos, cervulos hinnulosque facientes cum summa legum veterum [nn] et novarum injuria. Libellus Abbatis Firmiani de Sing. libr. canon. p. 281. T. XIII. Gall. Servulos aut vehiculas in quadragesima vel aliud tempus nolite ambulare. Viri vestes femineas, feminae vestes viriles in ipsis Calendis vel in alia lusa quam plurima nolite vestire. Faustinus Episc. Or. ap. Bolland. T. I. p. 3. quis enim credere poterit, inveniri aliquos, qui cervulum facientes in ferarum se velint habitus mutari? Alii vestiuntur pellibus pecudum, alii assumunt capita bestiarum — viri tunicis muliebribus utuntur [o] quae omnia a solemnibus paganicis [p] pia mater

[nn] Legem vestiariam Deuter. XX. 5. illustrandis Graecorum institutis adhibet Lomeier. de Lustrat. Gentil. c. 34. 436. cf. Bingham. T. VII. 461. sq.

[o] cf. Asterii Homil. in Test. Cal. p. 591. E. T. XIII. Bibl. Bign. aliosque locos ap. Du Cang. Gloss. Lat. p. 940. Bingham. Antiqq. T. IX. 7. et quos affert Middletonus Conformitès des Cérimon. p. 124. Caesarii verba de Calendis ad Mithriaca perperam transfert Foucher De la religion des Perses Mem. Paris. T. XXIX. p. 126. Philippi a Turre Monum. Ant. P. II. 207. errorem sequutus. Cervulos facere sine dubio est capreolos imitari (faire decabrioles) vitulari et arietare.

[p] In saltationis quodam genere (*μορφασμός*) *λεόντων καὶ βοῶν πρόσωπα* assumi docet Pollux IV. 14. cf. Grysar. de Comoed. Doriens. p 65. Notius est quod Porphyrius narrat de Mithriacis: *ὁ τὰ Λεοντικὰ παραλαμβάνων περιτίθεται παντοδαπὰς ζώων μορφάς.*

Ecclesia ad se transtulit, quia duris ingeniis simul omnia abscindere impossibile est[q]. Illorum autem quae species fuerit, optime cognoscitur e martyrologio S. Timothei, cujus latina tantum versio extat ap. Bollandum ad d. XXIV. Jan. p. 566. b. sed graecam particulam evulgavit Du Cangius in Gloss. Graec. p. 607. τῆς Ἐφεσίων ἐστὶ λείψανα τῆς πρώην εἰδωλολατρείας Καταγωγείων οὕτω καλουμένων[r] ὡς αὐτοὶ τότε ἐκάλουν ἑορτὴν ἐν ἡμέραις τισὶν ἐπιτελοῦντες προσχήματα μὲν ἀπρεπῆ ἑαυτοῖς προςτιθέντες[s], πρὸς δὲ τὸ μὴ γινώσκεσθαι προςωπίοις κατακαλύπτοντες τὰ ἑαυτῶν πρόςωπα, ῥόπαλά τε ἐπιφερόμενοι καὶ εἰκόνας εἰδώλων καί τινα ᾄσματα ἀποκαλοῦντες (sic) ἐπιόντες τε ἀτάκτως ἐλευθέροις ἀνδράσι καὶ σεμναῖς γυναιξί. En eadem omnia lascivientis turbae deliramenta, bacchationes, motus lascivos obscoenosque habitus et ceteras ineptias hominum, si semel repuerascerent, gnaviter desipientium. In hoc campo late vagari licet interpretibus symbolicis. Equidem ne illud quidem scrupulosius inquirendum puto, cur Herculis sacerdos tempore festo pallam et mitram gestaverit[ss] nec magis, cur apud Naharvalos Fratrum divorum nemori

[q] v. Sagittarium de Natalit. Mart. p. 188. sq.

[r] Dianae, puto, Ephesiae; Veneris Erycinae Ἀναγώγια et Καταγώγια nemo ignorat.

[s] Significat ornamenta Ithyphallorum.

[ss] v. Eckhel Doctr. Num. T. II. p. 599. Mueller de Dorib. T. I. 450. E contrario virgines Saliae paludatae sacrificabant. v. Gutberleth. de Saliis p. 166. Vestales togatae. v. Fest. s. Armata. Neque ignotum priscis temporibus mulieres toga usas esse. v. Serv. Aen. I. 282. cf. Ferrar. de Re vest. I. 25. p. 77. —

sacerdos praesederit muliebri ornatu Tacit. Germ. c. XLIII. nam omnino sacerdotalis habitus communi delicatior, splendidior muliebrique propior [t] fuit, sive quia ab antiquitate ultima, ut pleraque instituta sacra, retentus, sive decoris causa. Ac sponsos quoque stolam induisse Plutarchus testatur Quaest. Gr. LVIII. 409. illo ipso loco, quo morem Coum ab Herculis occultatione repetit, sicut alio muliebrem Oschophorôn vestitum a Thesei et comitum latebris [v], quod genus conjecturarum quam leviter profuderint veteres, abunde patere arbitror.

His et talibus si quis credere volet, is neque Judaicorum doctorum argutias repudiare debebit, arcam Noemi, structuram tabernaculi, templum Salomonis, habitum pontificalem ita scite conjectantium, ut nullum licium, nullam unam bracteam praetermittant, quin divini quiddam intellectus subnotent; neque ille his similes Patrum Ecclesiasticorum θεωρίας μυστικὰς aspernabitur, neque vasorum et actuum sacrorum interpretationes symbolicas in Durandi aliorumque Rationalibus et Officialibus propositas. Nam haec omnia Graecanicis illis tam similia sunt ortu, genere, usu, ut, qui illa exploserit, scholasticas Graecorum sapientias non possit non contemnere, qui autem his faveat, meruisse videatur, cur in ruspandis cu-

[t] Epiphanius Pharisaeorum vestes molliores ἱμάτια γυναικεῖα nominat. v. Ruben. de Re vest. L. I. c. 17.

[v] Is fortasse antiquus Ionum vestitus fuit. v. Himer. Or. XI. 569. Diod. IX. p. 41. T. IV. Lycios in luctu muliebri veste uti tradit Valerius Max. II. 6. 13.

culli et scapularis mysteriis[w] ingenium tempusque conterat. Neque tamen haec nostra disputatio eo pertinet ut in deorum cerimoniis nihil significatum esse contendam, nec sum ignarus in regum inauguratione, in creatione equitum, in renuntiatione doctorum, item in baptismo, in ordinatione et in cathedratione, denique in traditione fundorum et aedium et in investitura feudali, multas res, quae oculis subjici non possunt, signis quibusdam ostendi. Sed hoc concedere non possumus, ut quibuscumque ritibus sensiculi insinuentur extra rem petiti et commenticii. Hoc enim requirimus, ut ritus ipse non extrinsecus ad pompam et oblectationem oculorum assumtus, neque etiam ex re ipsa natus sed significationis ergo arcessitus appareat, ut ea clare expressa, cum tempore et causa instituti conjuncta nec aliena sit ab eorum ingenio, a quibus mos susceptus est primis. Haec si signa omnia congruunt (quod in nullo superiorum exemplorum contigit) non dubitabimus symbolicum dicere, quidquid isto modo comparatum est. Si pleraque, veri simile quidem videbitur illud, sed quoniam veri similia quoque frequenter falsa sunt, non magnopere affirmabimus, nedum pro argumento utemur, rei praesertim controversae concertataeque. Si plane desunt, irridebimus argutantes. Cujus discriminis observatio praeceptis tradi nequit, sed naturali quodam acumine sentitur, non secus quam inter Criticorum conjecturas veras, veri similes et vanas quid

[w] v. Dorothei Doctr. T. I. p. 755. sq. in Bibl. Bign. T. XI.

intersit, etsi arte comprehendi non potest, tamen unusquisque peritorum intelligit.

§. 22.

Longa haec fuit ab instituto cursu digressio sed ad explicandum, quae exorsi sumus, necessaria. Nam si apparet veteres archaeologos in interpretandis majorum institutis haud aliter versatos esse quam in poetarum fabulis interpretes allegoricos, hinc concludere possumus, omnia illa, quae in mysteriis tradita esse dicuntur, non tradita esse sed a spectatoribus excogitata, sicut sententiae Pythagoricae, Platonicae, Stoicae, quas in Homeri carminibus legi affirmant Allegoretae, non poetae sunt effata sed ipsorum interpretamenta. Sacerdotes, periegetas, aedituos nonnulla privatim subministrasse sacricolis, non negaverim, sed potius ita contendam, sacrorum opertorum ritus, quo occultiores essent et insolentiores, eo magis tum spectatores ad causas indagandas excitasse, tum illos, quorum intererat, ne quid earum rerum nescire viderentur, ad comminiscendas sacrorum causas fecisse promtiores. Haec autem omnia, quae initiati vel a sacerdotibus acceperunt, vel conjectura augurati sunt, qualia demum fuere, quam pusilla et puerilia! Vino libidinem incitari, mortales frugibus et fructibus victitare, veris initio agros efflorescere, autumno exacto deflorescere, haeccine sunt illa Pelasgicorum philosophorum sancta et augusta mysteria, quae soli

initiati scire deberent? Hiscine adstupere aequum est? Ceterum de Eleusiniis nihil ejusmodi proditum legimus, unde suspicari liceat, Hierophantas ante vel post peracta solemnia cum adeuntibus de rebus sacris sermocinatos esse, praeter quod Pausanias de Orphei et Pamphi hymnis a Daducho quodam accepisse se dicit IX. 27. Ipsorum vero initiatorum conjecturae et sermunculi de rituum sacrorum significationibus sine dubio perquam diversi fuere pro cujusque ingenio et eruditione. Specimen praebet Porphyrius, qui ap. Euseb. Pr. Ev. III. 117. sacerdotum Eleusiniorum habitum et insignia sic enarrat, ut nihil excelsius cogitari possit; Hierophantam enim demiurgi imaginem repraesentare ait, Daduchum solis, Epibomium lunae, Hierocerycem Mercurii, ceteros ministros stellarum minorum vice esse. Idque decantatur jam dudum ab omnibus quasi quaedam authentica interpretatio. An, quia testem luculentum habet? At est levissimus. An, quod aliunde constat, Cereris et Liberae sacra ad siderum cultum pertinuisse? At nemo tale quidquam vel tacita significatione prodidit. An demum, quia res ipsa veri similis videtur? Quid vero tam extra fidem est, quam in antiquissimis Atheniensium solemnibus Demiurgi, dei Platonici, cujus imago nulla imitatione exprimi potest, non solum mentionem factam, sed etiam personam in conspectu omnium positam esse? Confitendum est igitur, hanc esse conjecturam hominis spectaculum mysticum ex suo sensu interpretantis, unde myste-

riorum indoles non magis cognoscitur quam ex Heraclidis aut Cornuti argutiis Homericarum fabularum intellectus.

§. 23.

His veterum arbitriis subjungam novitiorum conjectorum commenta iisdem fundamentis superstructa. Exempli loco proponatur is, quem omnes gregatim sequuntur, Sancrucius. Is singulos mysteriorum actus a primo Hierophantae progressu usque ad extremum Conx Ompax sic enarrat, ut, quid in primordio operis, quid tum, quid postea factum et quomodo, lectores sibi haud secus ac praesentia cernere videantur. Sed verba ipsa ponam: „Dans les petits mystères on commençoit „par des lustrations — Un prêtre nommé Hy„drane en étoit chargé. — L'office du Dadouque „consistoit à faire placer les pieds du récipien„daire sur des peaux de victimes immolées a Ju„piter Meilichius et Ctesius — A l'égard des „femmes, il paroît que c'étoit une prêtresse, qui „faisoit cette lustration — Enfin, le mystagogue „exigeoit des aspirans un serment redoutable, „pour s'assurer, qu'ils regarderoient inviolable„ment le secret qui leur étoit imposé. — Ce mi„nistre finissoit par s'adresser à tous les mystes, „et leur disoit, qu'ils devoient être purs de mains, „de l'esprit et de la langue, c'est à dire, par„ler grec; et en dernier lieu il demandoit à cha„cun en particulier: Avez-vous ou n'avez-

„vous pas mangé du pain? N'êtes vous „point pur?" T. I. 301. quae omnia cum pulvisculo abstulit Creuzerus Symbol. T. IV. 496.

Quemadmodum lectorum aures impleret bibulas, providisse videtur Sancrucius; vera an ficta traderet, nihil pensi habuit. Nam praeter illud prooemium de lustrationibus, quae a nullo genere sacrorum sejunctae erant, sex quae sequuntur effata perinde vana et lusoria sunt. Primum est de Hydrano, de quo tantum scimus, quantum Hesychius refert: Ὑδρανὸς ὁ ἁγνιστὴς τῶν Ἐλευσινίων [a]. Quid tandem hoc aliud significat, quam eum, qui apud Eleusinios sacra lustrationum perageret seu publice, ut Athenis Exegetae, seu privatim, ut piatores plebeji, nomen Ὑδρανοῦ habuisse? Ab hoc eos qui Cereri sacra facturi essent, lustratos esse, idque mysteriis minusculis, majusculum mendacium est. Fortasse ultimo Mysteriorum die, quum Manibus Plemochoae factae essent, concio ritu funebri lustrata est. Quod sequitur secundo loco de Daducho Recipiendorum pedes sic dirigente, ut insisterent Jovio, id nititur Hesychii et Suidae testimoniis: *Διὸς κῴδιον, οὗ τὸ ἱερεῖον Διῒ τέθυται· θύουσι δὲ τῷ Μειλιχίῳ καὶ τῷ Κτησίῳ* [aa]. *Χρῶνται δὲ αὐτοῖς οἵ τε Σκιῤῥοφορίων τὴν πομπὴν στέλλοντες καὶ ὁ Δᾳδοῦχος ἐν Ἐλευσῖνι καὶ ἄλλοι τινὲς πρὸς τοὺς καθαρμοὺς ὑποστρωννύοντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν.* Quo in

[a] Idem: *Οὐδραίνει, περικαθαίρει· Λάκωνες.*

[aa] *Ἱκεσίῳ* legendum est pro *Κτησίῳ*, quod ab hoc loco alienissimum.

loco si quis eas res videt, quas eruditus Baro narrat, illo genere visus praeditus est, quod alterum visum (the second-sight) vocant Hebridum insularum incolae, quo qui pollet, ea videt, quae nemo alter. Hesychius dicit pelle Jovia usos esse ductores pompae et Daduchum et alios quosdam substernentes eam lustrandis piacularibus. Hoc lustrandi officium, quod si nuda verba intuearis, prorsus incertum est utrum ad omnes tres an solos postremos pertineat, Sancrucius Daducho quasi plus licitanti addicit. Sed fallacia alia aliam trudit. Hesychius *τοὺς ἐναγεῖς* subiculo interposito lustratos dicit, Sancrucius Recipiendos. Quid hoc est? Num hominem occidisse oportebat, qui in mystarum coetum recipi vellent? Nesciebatne ille homicidas a mysteriis, imo ab omnibus ludis, festis diebus, coetu hominum deorumque abactos esse ut sceleratos contaminatosque? *Ὁ ἀνδροφόνος χερνίβων εἰργέσθω, φησὶν ὁ φονικὸς νόμος, σπονδῶν, κρατήρων, ἀγορᾶς, ἱερῶν, ἢ κἂν ὑπὸ τὰς ψήφους ἔλθοι, θανάτῳ ζημιούσθω — — καὶ τῶν μυστηρίων ἀποκεκλείκασι καὶ οὐδὲ τοῖς ἀκουσίοις φόνοις παντελῶς συγγνώμην εἴασαν εἶναι — φυγὴν τάξαντες* Liban. Progymn. T. IV. 893. qui verba legitima e Demosth. Or. c. Lept. p. 505. sumsit. Ab exilio reversis notum est Exegetas [b] praescripsisse, qui-

[b] Horum recordatio nos deducit ad locum controversum Athen. IX. 410. A. *παρέθετο ταῦτα καὶ Δωρόθεος φάσκων ἐν τοῖς τῶν Θυγατριδῶν πατρίοις τάδε γεγράφθαι περὶ τῆς τῶν ἱκετῶν καθάρσεως,* ubi neque *Θυργωνιδῶν*, generis *ἀδόξου* (Phot. s. *Τιτανίδαι*) nomen apte reponitur in hoc negotio inauditum neque Ottfr. Muelleri placet emendatio *Εὐπατριδῶν* rescribentis de Minerv. Pol. p. 10. quo nomine

bus cerimoniis Jovis Februi et Averruncorum iram placarent; Daduchum autem mysteriis minusculis, hoc est, solemnibus publicis et anniversariis hoc tetro sanguinis piandi officio functum esse non ignotum solum sed etiam a fide alienum. Unde sequitur, postrema Hesychii verba *ὑποστρωννύοντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν*, ad hunc non magis pertinere, quam ad pompae Scirophoriae ductores [c] sed ad illos alios quosdam sive Exegetas publicos sive sacrificulos, qui caede pollutos substrata pedibus hostiae lustralis pellicula expiarent [d]. De Daducho prorsus nescitur, quid ea fecerit. Thebaei exuvias arietis, quem Jovi immolassent, capiti dei adaptabant Herodot. II.

Ephetas intelligi putat; hi vero caedes inconsulte commissas judicabant, non expiabant, neque universo Eupatridarum ordini communia erant *πάτρια* sed singularum familiarum propria. Ad nominis *Θυγατριδῶν* similitudinem proxime accedit *Φυταλιδῶν*, vitiose fortasse scriptum *Φυταλειδῶν*, ut *Βραγχειδῶν* Himer. Or. XI. 576. *Ὁμηρείδας* Agon. Hom. p. 474. *Θεαγενείδης* Diod. XI. 65. quem *Θεαγενίδην* vocat Dionysius Antiqq. IX. 56. *Ἀδραστειδῶν* Pind. Ol. II. 80. quod pleonasmi nomine excusat Etym. M. p. 18. et Grammaticus in Hort. Adon. p. 525. cf. Heyn. in Varr. Lectt. ad Aen. II. 82. Phytalidarum hoc antiquum et patrium munus fuisse ut sacra piacularia administrarent, colligitur ex eo, quod Pausanias I. 37. et Plutarchus V. Thes. c. XII. fabulose narrant, Theseum occiso Sinide cognato a Phytali posteris apud aram Jovis Milichii expiatum esse, in Delphinio judicatum tradit Pollux VIII. 119. Apud Romanos gens Horatia jure hereditario cerimoniis lustralibus et depulsoriis praeerat Liv. I. 26. et fortasse etiam Claudia. Festus p. 387. Propudianus porcus in sacrificio gentis Claudiae piamentum omnis contractae religionis.

[c] Inter varia praeconum genera Pollux III. 103. memorat *τοὺς περὶ τὰς πομπὰς ἐκ τοῦ Εὐνειδῶν γένους*.

[d] Festus p. 586. Subici aries dicitur, qui agitur ut caedatur, quod fit exemplo Atheniensium, apud quos expiandi gratia inigitur ab eo, qui scelus admisit i. e. *ἐναγής*. Hunc lustralem arietem intelligi in Cic. Top. c. XVII. ex quo aries ille subjicitur, in vestris actionibus, olim suspicabar in Diss. de Myst. Priv. P. II. idemque Noodtio visum ad Leg. Aquil. c. IV. p. 123. In actionibus videmus dici Varro L. L. VI. 98.

42. Albogalerum pileum, quo Diales flamines utebantur, fiebat ex hostia alba Jovis Festus p. 42. idemque p. 431. tradit in carminibus saliaribus pescia vocari capitia e pellibus. In pompis lustralibus Athenienses Jovio usos esse pro caduceo testatur Eustathius p. 1935. 8. *Δῖον ἐκάλουν κῴδιον ἱερείου τιθέντος*[*] *Διὶ Μειλιχίῳ ἐν τοῖς καθαρμοῖς φθίνοντος Μαιμακτηριῶνος, ὅτε ἤγετο τὰ πομπαῖα καὶ καθαρμῶν ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγένοντο· εἶχον δὲ μετὰ χεῖρας πομπὸν* (f. *πομπαῖον*) *ὅπερ ἦν φασι κηρύκιον σέβας Ἑρμοῦ·* quod lustrandi caussa gestasse videntur, sicut Luperci pellibus immolatarum hostiarum incincti, aliasque manibus gestantes urbem pervagantes lustrabant; Junonis amiculum vocabant illi pellem caprinam, qua mulieres a Lupercis februabantur Fest. s. Februarius. Hinc conjecturam facere licet Daduchum quoque *Δῖον* suum prae manibus tulisse atque mystarum concionem, ut in solemnibus populi conventibus mos erat, lustrandi causa circumivisse.

Veniamus ad quintum actum fabulae Sancrucianae. Feminas ab Hierophantide lustratas esse memorat, in vanitatem usus Helladii testimonio, in quo neque Hierophantidis mentio neque lustratio sacerdotalis, neque quidquam aliud inest, quod ad mysteria referri possit; de Thargeliorum prisco ritu agitur, ut et Silvester vidit et videbit unusquisque qui legerit. Par geminumque priori-

[*] *Τυθέντος* recte Scaliger de Emendd. Temp. L. IV. p. 217. et hoc voluisse videtur Casaubonus ad Theophr. XVI. p. 186. ed. Fischer.

bus sequitur commentum de mystagogo initiandos ad jusjurandum adigente [f], in quo utitur Firmici auctoritate: Quum Orpheus ignotis hominibus sacrorum cerimonias aperiret, ab iis, quos initiabat, juris jurandi necessitatem exegit, ne profanis auribus — religionis secreta proderentur L. VII. Praef. p. 493. Mystas Eleusinios jure jurando devinctos esse quum nullus veterum prodiderit, Firmico, ne si diceret quidem, crederemus. Sed quae tandem ratio est ad Eleusinios transferre quae de Orpheo dicta sunt, et, quum Firmicus nullum genus mysteriorum nominatim designaverit, veteratorie Eleusinia substituere, quae ille multorum mysteriorum conditor non condidit, si veterum quidem auctoritate stamus et fama communi [g]. Quod septimo loco affertur, unum e ministris nomen habuisse mystagogi [gg] et hunc mystas admonuisse ut graece loquerentur neve hominem occiderent, et hoc fuisse in minusculis mysteriis pronuntiatum et quidem in fine orationis, ea omnia Sancrucius apud nullum veterum legit sed pro se ipse commentus est. Et ut extrema initiis responderent, Libanii locum, quem proximo loco enarrabimus, sic pervertit, ut neque pes neque vola compareat.

[f] Sancrucium sequens Boettigerus Kunstmythologie des Zeus p. 44. „Ohnstreitig wurden die in die Eleusinischen Geheim-„nisse einzuweihenden durch die fürchterlichsten Eide gebunden.“ Minime.

[g] v. L. II. P. I. C. I. 5.

[gg] Baehrius ad Plut. Alcib. p. 248. *Μυσταγωγός* „est in Eleu-„siniis summus sacerdos, qui plerumque *Ἱεροφάντου* vel „*Προφήτου* nomine consignatur bene monente Creuze-

§. 24.

Haec ille de mysteriis Atheniensium minusculis, quorum ortus, apparatus et institutio in occulto iacet, nisi quod Clemens, si modo de his loquutus est, *ὑπόθεσίν τινα διδασκαλίας* iis tribuit; qualis ea fuerit, sciri nequitur. Nam quod Warburtonus opinatur II. 4. 200. tres Triptolemi leges, *γονεῖς τιμᾷν, θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, ζῶα μὴ σίνεσθαι,* coram tironibus recitatas et explicatas esse, fabula est. Veteres unum hoc tantummodo nec praeterea quidquam narrant, mystas, priusquam maiora percipiant mysteria, quodam modo praeparari ad eam rem atque instrui[h]; sed qua in re haec praeparatio posita fuerit, utrum in solo sacrorum adspectu an in praeceptis et monitis, et haec quorsum spectaverint, ad rationem vitae an ad cerimoniarum observationem, latet aeternumque latebit. Hortamenta quaedam pietatis significare videtur Sopater loco eo, quem Gronovius in Praef. T. VII. p. 9. exhibet: *ὁ τοῖς μυστικοῖς παραγγέλμασιν ἐγκαρτερῆσαι ὑπομείνας καὶ πρὸς τὰς τελετὰς αὐτὰς εὐσεβὴς καθὸ δεισιδαίμων γενόμενος περὶ οὐδενὸς ἔτι τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς ἔχει θρησκείαν ἀμφίβολον·* iterumque his verbis: *ἐπεὶ οὖν εἴσω τῶν ἀνακτόρων γεγένημαι καὶ μύ-*

„ro.“ Ne semel quidem mystagogi Hierophantae, aut hi Prophetae vocantur.

[h] Procl. in Parmen. p. 131. Cousin. *ὡς ἂν εἰ λέγοις τὰ μικρὰ μυστήρια βοήθειαν εἶναι τῶν μειζόνων, οὐχ ὡς τῶν μειζόνων ἀτελῶν ὄντων, ἀλλ' ὡς διὰ τῶν μικρῶν κἀκείνων τελειότερον ἐκφαινομένων.* Jamblichus Protrept. II. 20. *ὡς πρὸ τῶν μεγάλων μυστηρίων τὰ μικρὰ παραδοτέον, καὶ πρὸ φιλοσοφίας τὴν παιδείαν.*

στης ὢν ἱεροφάντην καὶ δᾳδοῦχον τεθέαμαι καὶ τὴν τελετὴν ἐκείνην εἶδον, ἐξῄειν ἀπὸ τῶν ἀνακτόρων ἐπ᾿ ἐμαυτῷ ξενιζόμενος, μᾶλλον δὲ ἠσθόμην (f. ἡδόμενος) καὶ τὰ παραγγέλματα φυλάττων ὡς ἀληθῶς ἀκριβέστερον· Ζητ. Διαιρ. p. 335.[i] Sed quodcunque illorum argumentum fuerit, non admodum copiosam fuisse hanc institutionem, indicat nomen ipsum παράγγελμα, quod de brevibus adstrictisque sententiis dicitur, ut sunt Pythagorae symbola. v. Plutarch. V. Num. XIV. 171. Philopon. in Aristot. de Anim. D. III. a. Neque solum brevia erant haec praecepta sed etiam parvis de rebus. Porphyrius de Abst. IV. 16. 353. παραγγέλλεται γὰρ Ἐλευσῖνι ἀπέχεσθαι καὶ κατοικιδίων ὀρνίθων καὶ ἰχθύων καὶ κυάμων καὶ ἐπίσης μεμίανται τό τε λεχοῦς ἅψασθαι ὡς τὸ θνη-

[i] Olim, quum libri copiam haberem, haec excerpsi, quae vellem apud ipsum auctorem relegere possem (p. 339.): Ἂν εἰςέλθῃς εἴσω τῶν ἀνακτόρων, ἐπ᾿ αὐτῆς τῆς τελετῆς σοι τῶν ἐνυπνίων γενήσομαι (ἐξηγητής addendum videtur) διδάξω λόγῳ λοιπὸν οὐκ ἔτι νεύματι τὰ μυστήρια· ἂν δᾳδουχίαν θεάσωμαι καὶ σχῆμά τι περὶ τοῦ ἀδελφοῦ γιγνόμενον εὐθὺς ἀνυμνήσω (scrib. ἀναμνήσω) τὴν διὰ τῶν ἐνυπνίων θέαν ὑπάρξασαν· ἂν τῶν Ἱεροφάντου ῥήσεων αἴσθωμαι, τὸ ὄναρ σοι σαφέστερον ἐξηγήσομαι· εὐθὺς ἐρῶ πρὸς σέ, τοῦτ᾿ ἔστιν ὃ τεθέασαι, ταῦτ᾿ ἦν ἐκεῖνα τὰ σχήματα, ταύτας αἱ θεαί σοι τὰς ῥήσεις διὰ τῶν συμβόλων ἐκείνων ἠνίττοντο· quo in loco σχήματα et Ἱεροφάντου ῥήσεις notanda sunt. Lucianus in Pseudom. §. 40. p. 100. T. V. conjungit Alexandri δᾳδουχίαν καὶ σκιρτήματα μυστικά, quae Sopater σχήματα vocare videtur. Huic, ni fallor, sermo est de homine non initiato, qui quum πᾶσαν τελετὴν per somnium quasi praesens vidisset, visumque enarrasset, proditi mysterii sibi crimen fecit, quod consuetum fuit scholasticarum declamationum argumentum. Curius Fortunat. in Arte Rhet. L. I. p. 61. ed. Caperon. Quaestio duplex sive conjuncta, quum prima pars duas res, quas definit, easdem adversarius impugnat, ut qui non initiatus sacra enuntiaverit, capite plectatur; non initiatus sacra vidit in somnis, retulit ei qui fuerat initiatus; ille ait, haec sacra sunt; petitur ad poenam et contra dicitur. Hic enim quaeritur, quid sit initiatum esse et quid sit enuntiare.

σειδίων [k]· unde intelligitur homines religiosos quorundam ciborum abstinentia et castimoniis sese ad sacra suscipienda praeparasse, consuetudine barbara et a veterum Graecorum moribus aliena, quam utrum Hierophantae invexerint an mystagogi scientiam suam venditantes, disceptari non potest. In hos potissimum suspicionem inclinat Libanius Or. Corinth. p. 356. T. IV. *ἐπεὶ δὲ μυστηρίων ἐμνημόνευσα, βούλομαί τι τῶν ἐντεῦθεν εἰπεῖν· ἔστι δ᾽ οὐ τῶν ἀῤῥήτων ὃ μέλλω λέγειν· οὗτοι γὰρ τά τ᾽ ἄλλα καθαροῖς εἶναι τοῖς μύσταις ἐν κοινῷ προαγορεύουσιν (οἷον τὰς χεῖρας, τὴν ψυχὴν) τὴν φωνὴν Ἕλληνας εἶναι· καὶ ἰδίᾳ πάλιν τὸ εἰ τοῦ καὶ τοῦ ἢ εἰ τοῦδε ἐγεύσω* [l], *οὐ καθαρὸς πάρει· καὶ πολλὴ τούτου παρὰ τοῖς μυσταγωγοῖς ἐπιμέλεια.* Et de hoc genere prae-

[k] Pro *μεμίανται*, quod insolentius est, prius *μεμύσακται* legendum putabam passiva significatione, ut *δεδηλῆσθαι, λελυμάνθαι, βεβουλεῦσθαι·* sed calculum ut reducam facit Horapollo Hierogl. I. 44. p. 58. *ἀθέμιτον δηλοῦντες ἰχθὺν ζωγραφοῦσι διὰ τὸ τὴν τούτων βρῶσιν μισεῖσθαι καὶ μεμιάσθαι ἐν τοῖς ἱεροῖς·* ubi *μεμίανται* idem valet quod *μιαρὸν δοκεῖ.* *Καταμιαίνεσθαι* dicuntur qui in luctu sunt Herodo. VI. 58. et *ἡμέραι μιαραί* dies funesti. Hasius ad Saintecr. p. 282. emendat *μεμίανται τῷ λέχους ἅψασθαι* contaminari se putant commercio feminarum, nomen *λεχώ* in prosa perrarum esse dicens; est certe multo frequentius quam pluralis *μεμίανται* et dictio illa *ἅψασθαι λέχους.* Pro antiqua lectione *στελέχους* recte Galeus ad Jambl. p. 229. *τε λεχοῦς;* intolerabilem Boissonadii conjecturam *σπελέθου* laudat Barkerus in Diar. Class. T. XXVI. p. 71. et in Steph. Thes. p. 519. Chrysippus ap. Plut. Stoicc. Repugn. 370. T. XIII. *τὸ φαγεῖν τι τῶν ἀπειρημένων καὶ προελθεῖν ἀπὸ λεχοῦς ἢ θανάτου πρὸς ἱερὸν ἀλόγως διαβέβληται.* Pythagoras vero Diog. VIII. 33. et leges Judaeorum sacerdotales *ἁγνείαν ἀπὸ κήδους καὶ λεχοῦς* praescribunt Joseph. c. Apion. II. 23. 486.

[l] Vulgatam lectionem *τὸ σίτου καὶ τὸ μὴ σίτου δὲ ἐγεύσω*, Casaubonus Exercitt. p. 399. non emendatam reponit, Jacobsius in Append. ad Porson. Advers. p. 229. aliqua ex parte correxit *τὸ σίτου εἰ τοῦ μὲν ἢ τοῦδε ἐγεύσω.* Sed *σίτου*, sive frumentum significat sive in universum *τροφήν* ut Lucian. Paras. §. 60. p. 152. VII. cf. Boisson. ad Philostr. Heroicc. p. 518. ab hoc loco alienum est nec convenit se-

ceptorum loqui videtur Seneca Epp. XCV. 64. Sanctiora sacrorum soli initiati sciunt, at praecepta et alia hujusmodi profanis quoque nota sunt. Neque solum quibusnam rebus abstinerentur initiandi in vulgus notum erat sed etiam qua de causa. Plutarch. de Soll. Anim. c. XXXV. 202. T. XIII. *ἐν Λέπτει τοὺς ἱερεῖς τοῦ Ποσειδῶνος οὐδὲν ἅναλον ἐσθίοντας, τρίγλαν δὲ τοὺς Ἐλευσῖνι μύστας σεβομένους ἴστε ἐπὶ τιμῇ τοῦ ζώου· τὸν γὰρ θαλάττιον λαγωὸν κτείνουσι·* quod confirmat Aelianus H. An. IX. 65. et 51. *ἐν Ἐλευσῖνι τιμὰς ἔχει* (trigla) *ἐκ τῶν μυουμένων· καὶ διπλοῦ ὁ λόγος τῆς αἰτίας τῆςδε· οἱ μέν φασιν ἐπεὶ τρὶς τοῦ ἔτους τίκτει, οἱ δὲ ἐπεὶ τὸν λαγωὸν ἐσθίει·* Apollodorus vero (cf. Jacobs. ad Anth. T. VIII. p. 356.) triglas Hecatae triformi consecratas esse ob nominis similitudinem et maenas, quia dea maniae effectrix Athen. VII. 325. B. Quis vero non intelligit hos pisciculos viles frivolosque mortuis appositos esse, quia cuique parabiles, et ob hanc causam a mystarum mensis remotos? Ae-

quentibus *εἶτα τὰ μὲν ἐπὶ τῷ σιτεῖσθαι φύντα καὶ νομισθέντα ἐξ ἀρχῆς οὐ πάντα δίδοται οὐδὲ συγχωρεῖται ἀλλὰ καὶ τούτων ἐξέτασις καὶ κρίσις γίνεται, ὧν ἥ τε γῆ καὶ θάλασσα δίδωσι.* unde patet certum genus cibi excludi illa formula non cibum universum, ut v. c. Amphiaraum consulturi tres dies vini abstinebant, unum *σίτου* Philostr. Ap. II. 38. 90. Neque quod Hieronymus dicit Isidis et Magnae Matris cultores jejunium panis sagina carnium compescere et gulosa abstinentia Phasidis aves et fumantes turtures devorare, ne scilicet dona contaminent Cerealia. (v. Th. Canter Varr. Lectt. II. c. 21. et ad Arnob. V. c. 16.) ad Eleusinia transferri potest in memoriam munerum Cerealium instituta. Itaque syllaba *ΣΙ* in *ΕΙ* mutata, *ΤΟΜΗ* in *ΤΟΥΗ*, hanc scripturam restituimus: *εἰ τοῦ καὶ τοῦ ἢ εἰ τοῦδε ἐγεύσω*, ut idem Libanius p. 506. *ὁ δεῖνα ἀδικεῖ τὰ καὶ τὰ διαπραττόμενος καὶ τάδε ποιῶν.* Mystagogi, ut exemplum ponam, hoc modo sacrificaturum interrogabant: *εἰ ἐρεβίνθου ἢ κυάμου ἢ εἰ γαλῆς ἐγεύσω, οὐ καθαρὸς πάρει.*

lianus addit mustela (*γαλεός*) non vesci initiatos, ut impura, quia per os pariat; quam fabulam deridet Aristoteles. Sed praeter has ratiunculas in publico jactatas fortasse aliae quaedam fuere secretiores, partim ethicae atque physicae partim ex historia repetitae, si minus in Eleusiniis, certe in aliis mysteriis. Clemens Strom. II. 406. (482.) *ἐντεῦθεν οἶμαι καὶ τὰς τελετὰς οὐ μόνον τινῶν ζώων ἀπαγορεύειν ἅπτεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ τῶν καταθυομένων ὑπεξείλετο μέρη, δι' αἰτίας, ἃς ἴσασιν οἱ μύσται.* Julianus dicit Magnae Matris cultores rapis abstinere, quia eae radices deorsum in terram agant, Porphyrius pios homines avibus arcet, quia volatu suo nos doceant volaticos fieri et alta capessere. — Haec et talia, opinor, erant illa sanctiora sacrorum, quorum notitiam soli initiati habere putabantur. Dio Chr. Or. XVII. 464. *ἐν τοῖς μυστηρίοις ὁ ἱεροφάντης οὐχ ἅπαξ προαγορεύει τοῖς μυουμένοις ἕκαστον ὧν χρὴ — καθάπερ τιν' ἀπόῤῥητον πρόῤῥησιν,* quam ad castimonias potissimum pertinuisse e Josephi loco simillimo colligi potest c. Apion. L. II. 22. 485. *ἃ γὰρ ὀλίγων ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐπιτηδεύοντες ἀλλόφυλοι φυλάττειν οὐ δύνανται, μυστήρια καὶ τελετὰς ὀνομάζοντες, ταῦτα φυλάττομεν διὰ τοῦ παντὸς αἰῶνος· τίνες οὖν εἰσὶν αἱ προῤῥήσεις καὶ ἀπαγορεύσεις* etc. Si quis igitur quaerit, quid docuerint sacerdotes, qui *διδάσκειν τοὺς μυουμένους* et *ἐξηγεῖσθαι* dicuntur [m], haud cunctanter respon-

[m] Schol. Aristoph. Rann. 158. *ὁ τὰ μυστήρια διδαχθείς.* Philemon p. 161. *τελούμενοι οἱ τα μυστικα διδασκόμενοι.* Plutarch. V.

debimus catechumenos de solemnium causis, de castimoniis, de ordine serieque sacrorum et quid in quoque momento observandum, partim a mystagogis, partim ab Hierophantis edoctos esse. Hoc enim tum testimoniis multorum claris atque apertis, tum tacito omnium consensu firmatur; illae autem infinitae de rebus coelestibus dissertationes, quibus Critici Warburtoniani nos beant, neque literarum monimentis testatae, neque antiquitatis moribus et institutis consentaneae sunt.

§. 25.

Eumolpidarum *πάτρια*, quae Cicero ad Att. I. 9. sibi transmitti jubet et illi *ἄγραφοι νόμοι, καθ' οὓς Εὐμολπίδαι ἐξηγοῦνται*[a], v. Saintecr. T. I. 249. quum nemo contenderit iis dogmata sacra tradita esse, ab hac quaestione segregari debent. Magis huc pertinent libri, quos Galenus in recondito haberi dicit de Simpl. Med. VII. c. I. p. 181. T. XIII. Chart. *καὶ μυστηρίων βίβλους ἐτόλμησαν ἔνιοι τῶν ἀμυήτων ἀναγινώσκειν, ἀλλ'*

Rom. c. X. Romulum ex Etruria arcessivisse dicit *ἄνδρας ἱεροῖς τισι θεσμοῖς καὶ γράμμασιν ὑφηγουμένους ἕκαστα καὶ διδάσκοντας καθάπερ ἐν τελετῇ.* Idem V. Aemil. Paul. c. III. *ὥςπερ ἱερεὺς ἄλλων ὀργίων, τῶν περὶ τὰς στρατείας ἐθῶν ἐξηγεῖτο ἕκαστα* etc. Et in L. an seni resp. ger. c. XXIV. 131. *ὥςπερ ἐν Ῥώμῃ ταῖς Ἑστιάσι τοῦ χρόνου διώρισται τὸ μὲν μανθάνειν, τὸ δὲ δρᾶν τὰ νενομισμένα, τὸ δὲ τρίτον ἤδη διδάσκειν, οὕτως ὁ πολιτικὸς τὰ μὲν πρῶτα μανθάνων καὶ μυούμενος, τὰ δ' ἔσχατα διδάσκων καὶ μυσταγωγῶν.*

[a] Id est, ex consuetudine et institutis majorum; *ἔθος ἐστὶ νόμος ἄγραφος* Artemid. IV. 2. 203. *ὁ κατὰ ἔθη γενόμενος νόμος ἄγραφος καλεῖται* Diog. La. III. 86. v. Faber. Semestr. L. I. 24. p. 137. Tayl. ad Lys. p. 204. Spanheim. ad Julian. Or. I. 35. Suevern in Dissert. Acad. Berol. A. MDCCCXXIV. p. 17. Sic Romae collegium Pontificum, quos Graeci Hierophantas et *ἱεροδιδασκάλους* vocant, *νομοθετοῦσιν ὅσα τῶν ἱερῶν ἄγραφα* Dionys. Hal I. 63.

οὐκ ἐκείνοις ἔγραψαν οἱ γράψαντες. et Manetho II. 197. *μακάρων — ὄργια — γινώσκοντες ὅσ' ἐν βίβλοις ἐχαράχθη κρυπταῖς, ἃς οὐ πᾶσι βροτοῖς θέμις ἐν φρεσὶν ἴδμεν·* quorum argumenta conjicere possumus ex Apuleji et Tertulliani verbis, quorum ille Met. XI. p. 209. de opertis adyti profert quosdam libros — indidem mihi praedicat, quae forent ad usum teletae necessario praeparanda. Alter autem Apol. c. IX. Volentibus initiari mos est, prius patrem illum sacrorum adire, quae praeparanda sunt describere. Quos libros apparet, de arte sacrificandi scriptos fuisse; nec minus illos, de quibus Demosthenes p. Cor. p. 313. *τῇ μητρὶ τελούσῃ τὰς βίβλους ἀνεγίνωσκες.* Idemque argumenti habuisse videntur illi a Pheneatis in Petromate conditi, unde die Cereris Eleusiniae solemni recitabantur *τὰ ἔχοντα ἐς τελετὴν ἐς ἐπήκοον τῶν μυστῶν* Paus. VIII. 15. et fortasse etiam *αἱ νόμιμοι καὶ ἱεραὶ βίβλοι,* quas Thesmophoriazusae die festo (*κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελετῆς*) Eleusinem deferebant Schol. Theocr. IV. 25. quo loco utuntur docti Itali in Pitture di Ercolano T. V. 288. ad illustranda veterum artificum monimenta, quibus sacella et reposita in iis librorum volumina repraesentantur [b]. Neque solum artem sacrificandi sed etiam fabularum sacrarum significationes allegoricas libris istis tradi-

[b] cf. ibid. T. IV. 84. et 279. Pausan. VIII. 37. *πινάκιόν ἐστι γεγραμμένον ἔχον τὰ ἐς τὴν τελετήν,* Sylburgius tabulam scriptam interpretatur, alii pictam. v. Oederus in Diss. de Programm. Graec. p. 62.

tas esse Theodoreti testimonio, quo paullo ante usi sumus, cognosci potest. Quin etiam hodie multi, qui ex professo de mysteriis scripserunt, nomine tenus nobis noti sunt, Stesimbrotus, Neanthes, Melanthius aliique a Meursio et Gronovio Praef. Thes. T. VII. p. 7. conquisiti, unde sua mutuatus est Sancrucius T. I. p. 397. Denique veterum sacerdotum haud paucos libris scribendis operam dedisse scimus. Velut Aristides Adrianensis, sacerdotis philosophi filius, sacris Aesculapii praefuit, Apollinis Nicander Colophonius [c] Cereris et Liberae Arrianus Nicomedensis; Aelianus pontifex maximus fuisse dicitur; quorum omnium monimenta ingenii extant, tum plures alii fama tenus noti, partim Aegyptii graece eruditi, partim graecis parentibus nati, Chaeremon, Manetho, Melampus, Ptolemaeus [d], ambo Apollonii, unus Letopolitanus [e], alter Aphrodisiensis [f], Charax Pergamenus [g], Phavorinus Arelatensis [h], Pyrrho Eleates [i] et quorum nomina notiora sunt, Philicus seu Philiscus Corcyraeus, sacerdos Liberi Patris [k] Marsyas Herculis [l], Dionysius Rhodius Solis [m], Proculus Proculejus hierophanta Laodicenus (Suid.) et his

[c] v. Sprengel. Hist. Med. T. I. p. 638.
[d] v. Ebert. Dissert. Sic. T. I. 132.
[e] Steph. Byz. s. v.
[f] Suid. cf. Haym. Thes. Br. T. II. p. 217.
[g] Jacobs. ad Anthol. T. XI. 414.
[h] Philostr. V. Soph. I. 8. 489.
[i] Diog. La. IX. 63.
[k] v. Goeller. de Syracus. p. 118.
[l] Atheu. XI. 467. C.
[m] Suid. s. v.

antiquiores Antipho et Philochorus, aruspices Athenienses. Horum aliqui fortasse sacerdotii honore contenti scientiam non professi sunt, sed haud pauci scriptis suis disciplinam sacrificalem et antiquitates rerum divinarum illustrarunt. Philochorus de sacrificiis scripsit; Nicander tum gentium urbiumque origines scrutatus est tum historiam oraculorum concinnavit; Proculus, Nicomachi interpres, commentarium de Theologia edidit, itemque de fabula Pandorae; Apollonii Aphrodisiensis liber fuit *περὶ Ὀρφέως καὶ τῶν τελετῶν αὐτοῦ.* Arrianum in utroque opere rerum divinarum antiquitates tractasse tum Photius testatur, tum ex iis, quae supersunt, judicari potest. Quum igitur de mysteriis multa privatim et dicta et scripta sint, quorum auctores ignoramus, manifesto apparet, ad demonstrandum, quid inter penetralium consepta propositum fuerit initiatis, nullo testimonio uti licere, cui non auctor et locus et tempus nominatim sint praescripta; cujusmodi testimonium, quod quidem ad rerum divinarum doctrinam pertineat, nullum invenitur, neque inveniri potest.

§. 26.

Quanto opere eorum improbamus opinionem, qui Eleusiniorum auctores et antistites gloria et praedicatione efferunt summisque generis nostri praeceptoribus aequiparant, tantum abest, ut Apologetis Christianis assentiamur, quibus secreti mysteriorum coetus helluandi et scortandi causa tum

ab initio congregati tum in posterum retenti videntur. Quam criminationem sibi incredibilem videri permulti testificati sunt, cur autem credi non possit, ostendere supersederunt. Si vero eorum fides maxime suspecta est, qui veri cognoscendi minimam facultatem habuerunt, nescio an illorum scriptorum nullus ad persuadendum satis auctoritatis habeat. Clementem Alexandrinum, Arnobium et Julium Firmicum scimus a gentilium sacris ad nostra transiisse neque dubitamus quin flagitiorum, quibus Isiaca, Bacchanalia et Mithriaca pollui vociferantur, aut ipsi testes et spectatores fuerint [a], aut a spectatoribus notitiam acceperint. Eleusiniis nemo illorum se initiatum esse profitetur, ac ne in Attica quidem commoratum; totaque eorum disputatio ostendit, crimina illa partim ex historia fabulari collecta partim e communi sacrorum mysticorum infamia derivata esse. Nam quia in universum constabat uniuscujusque dei cerimoniis imaginem eorum, quae ipse fecisset tulissetve, contineri, non dubitabant, quin ii turpiter colerentur, qui multa turpiter fecisse crederentur. Itaque etiam argumentati sunt, quidquid poetae de Cybelae vel Cereris Liberaeque stupris retulissent, eadem omnia in sacris earum dearum dictis factisque sacrificantium impudicis instaurari. Huc tota redit Athenagorae, Justini et Tatiani

[a] Tatian. adv. Graec. p. 165. A. *ταῦτα οὖν ἰδών, ἔτι δὲ καὶ τῶν μυστηρίων μεταλαβὼν καὶ τὰς παρὰ πᾶσι θρησκείας δοκιμάσας διὰ θηλυδριῶν καὶ ἀνδρογύνων συνισταμένας, εὑρὼν δὲ παρὰ μὲν Ῥωμαίοις τὸν Λατιάριον Δία λύθροις ἀνθρώπων τερπόμενον, Ἄρτεμιν δὲ οὐ μακρὰν τῆς πόλεως τῶν αὐτῶν πράξεων τὸ εἶδος (αἶσχος) ἐπανηρημένην.*

disputatio Jovis incestum Eleusiniis exprobrantium, nempe quia Orpheus turpem de Cerere et Proserpina fabulam narravit; hunc enim solum testem adhibent. Clemens autem ceteris copiosior omnium fere deorum sacra per saturam exponit, non exacte ad antiquariorum subtilitatem sed ut multa ubique flagitiose et dici et fieri demonstret; primum Bacchantium Omophagias, de quibus multa apud poetas legerat, deinde Proserpinae raptum Cererisque luctum, quorum simulacra sacris Eleusiniis inclusa esse, tertio Matris deorum mysteria, quarto Veneris, hoc est meretriculae Cypriae solemnia a Cinyra (quod a pragmatico nugatore accepit) instituta, hisque adjungit cujusque sacri propria symbola; namque Cerealibus Jovis cum Cerere et filia concubitum, repraesentari, Thesmophoriis et Scirophoriis Proserpinae raptum, Bacchanalibus Zagrei necem, Cabiriacis facinus fratricidarum; neque honestiora esse quae Athenienses de Cerere fabulentur, ut errabunda ad Autochthones Eleusinios devenerit, ut Baubûs joco rustico exhilarata fuerit — *ταῦτ᾽ ἔστι τὰ κρύφια τῶν Ἀθηναίων μυστήρια* p. 17. quae Orphei versibus confirmat, quasi omnia, quae forte poetarum aliquis de dei cujusdam rebus gestis luserit, haec ejus dei sacris popularibus repraesentata fuerint. His expositis cistarum mysticarum secreta evolvit, papavera, apium et ceteras quisquilias, quibus adjungit Themidis symbola, in quibus etiam eugii effigiem ferri [b], po-

[b] *Καὶ προσέτι τῆς Θέμιδος τὰ ἀπόῤῥητα σύμβολα, ὀρίγανον,*

stremo Hierophantas et Daduchos increpat, eosque qui puerum misere dilaniatum et muliérculam ejulantem et corporis partes pudendas venerentur, atheorum in numero habendos esse affirmat. Ex hac igitur confusissima narratione satis apparet Clementem de Eleusiniorum causis et ritibus tantum scisse, quantum de Cerere ipsa ex Orphei aliorumque poetarum carminibus collegisset, historiaeque fabularis turpitudines communicasse cum sacris popularibus. Ac ne dicit is quidem cultores Cereris stupra et incesta deorum imitatos esse. Ceteri autem, qui hoc clare eloquuntur, ab Eleusiniis tanto aut loci aut temporis intervallo disjuncti sunt, ut testibus domesticis et antiquis praeferri sine injuria non possint. Gregorius Naz. XXXIX. 626. D. *οὐ Κόρη τις παρ' ὑμῖν ἁρπάζεται ἢ Δημήτηρ πλανᾶται — καὶ τὰ μὲν ποιεῖ τὰ δὲ πάσχει. Αἰσχύνομαι γὰρ ἡμέρᾳ δοῦναι τὴν νυκτὸς τελετήν· Οἶδεν Ἐλευσὶς ταῦτα καὶ αἱ τῶν σιωπωμένων ἐπόπται·* foedum illud ministerium significare videtur, quo Ceres Celei gratiam aut captavit aut remunerata est v. L. II. P. II. c. 7. Plus ponderis haberet Tertulliani accusatio: Caeterum tota in adytis divinitas, tota suspiria epoptarum, totum signaculum linguae simulacrum membri vi-

λύχνος, ξίφος, κτεὶς γυναικεῖος ὅ ἐστιν εὐφήμως καὶ μυστικῶς εἰπεῖν μόριον γυναικεῖον. Pro *Θέμιδος* auctor libri: Charakteristik der alt. Myst. p. 117. *Θεσμοθέτιδος* emendat, quo nomine Lexicographis praetermisso Cornutus N. D. c. 28. 212. Cererem significari docet. Neque hoc satis tutum neque *Ἀρτέμιδος*, quanquam vulgata lectio suspicione non caret; *Δίκη ξιφηφόρος* nota est.

rilis revelatur, si modo doctus Afer consponsorem afferret morum graecorum peritum. Ab hoc non procul aberrat Theodoretus Therap. VII. 885. T. VII. Schulz. *ἐν ταύταις ταῖς ὁμηγύρεσι πᾶν εἶδος ἀκολασίας ἀδεῶς ἐτολμᾶτο· καὶ γὰρ αἱ τελεταὶ καὶ τὰ ὄργια τὰ τούτων εἶχεν αἰνίγματα, τὸν κτένα μὲν ἡ Ἐλευσὶς, ἡ φαλλαγωγία δὲ τὸν φάλλον· ἀτὰρ δὴ καὶ δίχα τῶν αἰνιγμάτων τῶν τὰ παρὰ τῶν ὀργιαστῶν δρώμενα εἰς πᾶν ἀσελγείας τοὺς ὁρῶντας ἠρέθιζε — ὁποῖα τῶν Σατύρων ὁ χορὸς ἠσέλγησε δημοσίᾳ πομπεύων, ἔχων ἐν μέσῳ τὸν Σειληνὸν καὶ τὸν Πᾶνα, τὸν μὲν ἐπιλυττῶντα ταῖς Νύμφαις τὸν δὲ λελυμένον ὑπὸ μέθης.* sed paullo antea rerum obscoenarum cultum Thesmophoriis adscribit, quae eadem Eleusine celebrata et cum Eleusiniis saepe confusa sunt: *τὸν τοῦ Διονύσου φαλλὸν ἴσμεν ἐν τῇ φαλλαγωγίᾳ παρὰ τῶν ὀργιαζομένων προσκυνούμενον καὶ τὸν κτένα τὸν γυναικεῖον ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις παρὰ τῶν τετελεσμένων γυναικῶν τιμῆς ἀξιούμενον* III. 521. Pecten ille fortasse nihil aliud fuit quam placentae species, mullo similis v. ad L. II. Epimetr. XIV. nihilque ad contestationem turpitudinis publicae confert; nam si pistores male seduli talia fingebant, quid hoc ad Eumolpidas? Reliqua Theodoreti criminatio a mysteriis longe aversa Dionysiacarum pomparum ludibria perstringit; itâque saepius illi sacrorum paganicorum oppugnatores Thesmophoria, Eleusinia, Dionysia, Bacchanalia in unum quasi cinnum confundunt, majore suae causae quam nostrae quae-

stionis emolumento [c]. Omitto caetera testimonia, his etiam futiliora, quibus vir doctus et acutus in libro anonymo Charakteristik der alten Mysterien, für Freymaurer und Fremde, Leipz. 1787. usus est ad affligendam mysteriorum famam, et quae praeterea afferri possunt in universum dicta, velut hoc Chrysostomi Or. de S. Babyl. in Jul. p. 558. T. II. *οὐδὲν αὐτῶν* (paganorum) *ἕτερον τὰ μυστήρια ἀλλ' ἢ ἔρωτες ἄτοποι καὶ παίδων ὕβρεις καὶ γάμων διαφθοραὶ καὶ οἰκιῶν ἀνατροπαί· τῶν γὰρ φόνων τοὺς σκαιοὺς (καινοὺς) τρόπους καὶ τὰ τῶν φόνων ἀνομώτερα δεῖπνα ἀφίημι νῦν — κακουργοὶ καὶ γόητες καὶ λοιμοὶ οἱ ταῦτα τελοῦντές εἰσι·* et Augustini in Quaest. e Vet. et Nov. Test. mixt. p. 100. D. in Append. T. III. P. II. ed. Benedict. Pagani mysteria sua in tenebris celebrant; erubescunt enim palam illudi; piacula enim, quae illic vice legis aguntur, nolunt manifestare, ne hebetes his videantur, quos stultos vocant. His igitur opprobriis apparet Eleusiniorum dignitati nihil derogari, partim quia universe de mysteriis dicta sunt, cui nomini diversissima sacra, publica et privata, casta incestaque subjecta esse scimus, partim quia a scriptoribus proferuntur religionum peregrinarum et jam evanescentium parum gnaris, partim etiam propter sacrorum et profanorum confusionem. Sacra dico quae pro salute

[c] Perinde foret, si quis quae ubique de Illuminatis Templariis et roseae crucis fratribus seu vere seu secus, scripta sunt ea omnia si in Latomorum conventibus fieri statueret.

reipublicae ex lege et ordine apud aras et delubra deorum fiebant; profana, quae per occasionem festae licentiae audebantur a singulis; quo pertinent illa scurrarum pompas comitantium dicteria et obscoeni gestus turbaeque sacris perfunctae ludibria, de quibus alio loco dicere propositum est. Jam si clericorum occultae libidines, si laicorum per dies festos bacchationes, si quae perditissima et infima faex populi templis egressa in popinis et ganeis agit, ea omnia si ad christianam religionem pertinent quia tempore sacro fiunt, tum denique concedam de Atheniensium sacris augustissimis valere quae scriptores Ecclesiastici criminati sunt. Sanequam credibile est in tanto hominum conventu tamque effusa omnium laetitia multa contra fas contraque bonos mores facta esse, quae etiamnunc fiunt praesertim in Catholicorum missis nocturnis et peregrinationibus religiosis catervatim susceptis [d]. Sed in sacris ipsis, in conspectu summorum magistratuum, ante oculos Cimonis, Platonis, Cleanthis, Lycurgi viros feminasque pudicitiam suam prostituisse, ne centum quidem Presbyteri nobis persuadebunt.

[d] In Caecilii fabula Titthe Fr. I. per mysteria hic inhoneste eam gravidavit probro, Nonius verbum gravidavit nescio an perperam interpretatur implevit. Plaut. Aulul. Prol. 36. illam stupravit Cereris vigiliis. His probris sine dubio Eleusinia non caruere, quibus meretriculas affuisse patet ex Alciphr. Ep. Fragm. IV. et Athen. XIII. 591. F. Themistius aliquis morte multatus quod citharistriam Rhodiam ὕβρισε τοῖς Ἐλευσινίοις Dinarch. c. Dem. p. 93. ἐν Ἐλευσῖνι μετὰ τὰ μυστήρια τῆς πανηγύρεως ἀκμαζούσης Plut. Symp. II. 2. 73. Neque tamen Bakio assentior ad Cleomed. p. 435. Eleusiniorum flagitia arguenti e Dem. p. Cor. p. 313. et Schol. Plut. 1015. quorum locorum prior omnino huc non pertinet, alter mulieres Atticas non plus fecisse probat, quam quod hodie faciunt diebus solemnibus, spectant spectentur ut ipsae.

§. 27.

Haec quidem sunt quae de Eleusiniis dicenda habui — ἀντία προτέρων. Nec puto ullum a me testimonium, quo vulgaris opinio confirmari posse videatur, aut praetermissum aut non explanatum esse. Sed omnia persequi, quae unquam ab hominibus otiosis conjecta et effutita sunt, nequaquam necessarium duxi, neque apud illos ipsos horum commentorum auctores gratiam inirem, si, quae ab imperitis credi voluerunt, peritorum judicio commisissem. Quod si quis inhumanius dictum putet, is aut eandem sibi in scribendo licentiam dari cupit, aut librorum censuram similem esse existimat epulo funebri, in quo vel pessimi laudantur, aut omnino nihil istorum legit. His igitur ut ostendam, quo quorundam licentia procedat, specimen proponam ex libro, quem Phil. Moritzius edidit hoc elogio: Die symbolische Weisheit der Aegypter aus den verborgensten Denkmählern des Alterthums Berl. 1793. in quo Aegyptiorum mysteriorum forma exactissime tanquam e commentariis pontificum describitur: „Jeder Einzuweihende musste erst von einem „Eingeweihten besonders empfohlen werden. Ge„wönlich geschah dieses vom Könige selbst durch „ein Schreiben an die Priester, die ihn von He„liopolis nach Memphis und von da nach Theben „wiesen — Nun musste er mehrere Monathe in „einer unterirdischen Höhle zubringen und seine „Gedanken aufschreiben — Von da führte man „ihn in den Säulengang des Hermes — dann kam

„der Thesmophor, verband ihm die Augen und „Hände und führte ihn durch das Thor der Profanen vor das Thor der Menschen, als dem ersten Grade des Lehrlings oder Pastophoros —. „Nach einigen Fragen öffnete man das Thor und „der neue Eingeweihte wurde eingelassen, der „nun einige Fragen des Hierophanten beantworten musste — wobey man durch künstlichen „Wind, Regen, Blitz und Donner auf den Neuling herabstürmte“ deinde sequitur tota Hierophantae oratio: „Ich wende mich zu euch die „ihr das Recht habt mich anzuhören, Kinder der „Arbeit und der Forschung“ etc. etc. p. 171 sq. Haec et talia quae cum summa lectorum irrisione scribuntur, serio refutari nemo postulabit, neque ego his diutius immorabor ne mihi Polydamas — et quidquid hominum venustiorum est. Tantum dicam, quantum sine cujusquam offensione dici potest, virorum celeberrimorum, qui de his rebus scriptitant, commenta mihi megalographiae simillima videri, quae ex longinquo spectantem delectat; si propius accesseris, omnia hiare et diffluere videas. Interim de hoc scribendi genere dici licet, quod de simili hominum secta Tacitus scripsit, in civitate nostra et vetabitur semper et retinebitur, propter eorum prolubia, qui aliter inescari nolunt, δοῦλοι ὄντες τῶν ἀεὶ ἀτόπων, ὑπερόπται τῶν εἰωθότων.

EPIMETRUM I.

ad §. 7.

In H. Hom. in Cer. 473. quum dea reditum ad coelestium sedes pararet, perpetuum mansionis suae monimentum relictura

δεῖξεν Τριπτολέμῳ τε Διόκλεϊ τε πληξίππῳ
Εὐμόλπου τε βίῃ, Κελεῷ θ᾽ ἡγήτορι λαῶν
δρησμοσύνην θ᾽ ἱερῶν καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσι.

unde Matthiae p. 437. Ed. II. in Plat. Phaedon. p. 69. E. *οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν καταστήσαντες* scribendum putat *καταδείξαντες*, quo non opus est, *τελετὰς καταστῆσαι* Paus. II. 41. VIII. 31. *Δάρδανος ὁ Μητρὸς θεῶν καταδείξας τὰ μυστήρια, Ἠετίων ὁ τὰ Σαμοθράκων ὄργια καὶ τελετὰς ὑποστησάμενος.* Cybele in Samothracia *κατέδειξε τὰ τελούμενα* Diod. IV. 34. *Ζάμολξις τελετὰς κατέδειξε Γέταις* Steph. Byz. s. v. *Οἱ παλαιοὶ τὰς μυστηριώδεις τελετὰς κατέδειξαν* Plut. de Educat. XIV. 40. T. VII. *ἡ τοῦ Μίθρου τελετὴ καταδειχθεῖσα ὑπ᾽ αὐτῶν* V. Pompej. XXIV. 166. T. IV. Nec minus crebrum hoc verbum de aliarum rerum auctoribus, Aesculapius *κατέδειξε τὴν ἰατρικήν* Plat. Rep. III. 406. *δικαστήρια καὶ νόμιμα* Dem. c. Aristocr. p.

647. 13. et in universum de omnibus qui aliquid in notitiam hominum proferunt, in usum inducunt: ὁ καταδείξας τὴν ἐσθῆτα Strab. XI. 565. τὰς οἰνοποιΐας Diod. III. 62. τὴν πολυτέλειαν I. 45. ὁ πλοῦτος μάχας κατέδειξε Liban. T. IV. 979. His omnibus in locis Creuzerus, si constare sibi voluerit, verba δεῖξαι et καταδεῖξαι interpretabitur docere symbolice Symb. T. I. 11.

Homerus neque Eleusinis urbis mentionem fecit neque heroum Eleusiniorum Celei, Dysaulis, omniumque celeberrimi Triptolemi, quorum de genere tanta est inter auctores dissensio [a], ut pateat, nihil, quod apud omnes pro certo obtineret, antiquitus traditum eoque cuivis summam fingendi, quod libuisset, copiam factam esse [b]. Duo autem celeberrima Eleusiniarum antiquitatum monumenta, bellum Eleusinium et ludi publici a nullo veterum poetarum celebrantur; horum primus Pindarus meminit [c]. De illo Thucydides II.

[a] Triptolemum Athenienses Celei filium perhibent, Musaeus et Pherecydes Oceani et Terrae, Orpheus Dysaulis, Choerilus et Pherecydes Rari, Panyasis Eleusinis, Pausan. I. 14. Apollod. 5. 2. ubi Heynius Pherecydis testimonium interpolat pro Oceano Uranum substituens. Mater Eleusinis herois Daira Oceani filia dicitur. v. Siebel. ad Paus. I. 38. 7.

[b] Paus. l. c. Ἐλευσίνιοι ἀρχαῖοι, ἅτε οὐ προσόντων σφίσι γενεαλόγων, ἄλλα τε πλάσασθαι δεδώκασι καὶ μάλιστα ἐς τὰ γένη τῶν ἡρώων.

[c] Ol. IX. 150. XIII. 157. ubi Scholiastes hos omnium ludorum Graeciae antiquissimos haberi dicit, idemque Aristoteles judicavit in Peplo primum Eleusinium certamen institutum esse frugibus recens repertis, proxime Panathenaea Schol. Aristid. p. 106. quibus plerique summam antiquitatem asserunt, quippe ab Erichthonio institutis, quem quinto loco sequutus est Pandion v. Perizon. ad Aelian. V. H. III. 38. Versus, quem Artemidorus allegat I. 8. ταύροις ἐν Ἰωνίᾳ παῖδες Ἐφεσίων ἀγωνίζονται καὶ ἐν Ἀττικῇ παρὰ ταῖς θεαῖς ἐν Ἐλευσῖνι Κοῦροι Ἀθηναῖοι περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, auctor latet, neque lectio integra est, certe κοῦροι Ἀθηναίων scribendum ut in Hom. H. in Cer. v. 267.

15. memorat Atticae urbes sub primis regibus nullo certo inter se foedere junctas fuisse: *καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥςπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ᾽ Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα.* Eumolpum Thracem Erechtheo bellum intulisse Euripides in Erechtheo et Isocrates Panath. §. 78. 476. multique inferiorum narrant. v. Plat. Menex. 239. B. Lucian. de Gymn. §. 34. 194. T. VII. Quod Schol. Eur. Phoen. 854. tradit Eleusinios rebelles ab eo adjutos esse cf. Schol. Soph. Oed. C. 1051. hoc probabilius fictum, quod Eleusinii Neptunum, Eumolpi patrem, generis sui auctorem ferebant Paus. I. 38. Alii vero non Athenienses ab Eleusiniis sed hos ab Eumolpo bello petitos esse decreverunt, ut docent Homeri interpretes ad Il. XVIII. 509. quo loco divinus scuti artifex duas effingit urbes, unam pacatam et feriantem, alteram infesto exercitu cinctam. Eustathius p. 1156. *τὰς δὲ πόλεις ταύτας τὰς δύο Ἀγαλλίας Κερκυραῖος Ἀθήνας φησὶν εἶναι καὶ Ἐλευσῖνα· δύο δὲ στρατοὶ περὶ τὴν Ἐλευσῖνα Φόρβαντός τέ φησιν ἐξ Ἀκαρνανίας καὶ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος ἐκ Θρᾴκης, ἔνθα βοηθοῦσιν Ἄρης μὲν χάριτας ἀποδιδοὺς ὅτι ἀπελύθη κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, Ἀθηνᾶ δὲ ὅτι ἡ πόλις αὐτῇ ἐπωνόμασται.* Hic igitur utrumque exerci-

περιπλομένων ἐνιαυτῶν Παῖδες Ἐλευσινίων κ. τ. λ. De taurorum venationibus, praeter eos quos Reiffius nominat, dixerunt plurimi, Reines. Varr. Lectt. p. 171. Fabric. ad Dion. Cass. LXI. 9. Larcher sur les fêtes in Comm. Acad. Paris. T. XLVIII. 280. Coray ad Heliod. p. 358. Jacobs ad Anthol. T. II. P. II. 191. et in Add. p. 20. Boeckh. ad Schol. Pind. P. II. 78. qui omittunt *ταύρων θήραν* Pergami institutam, quam Aristides Or. Sacr. IV. 324. *λαμπρὰν θεωρίαν* vocat; Taurinicia apud Viducasses Hagenbuchius Epist. Epigr. p. 34. nihil differre putat a Thessalorum Taurocathapsiis.

tum peregre advectum, unum Eumolpi, alterum Phorbantis ductu contra Eleusinem arma conjunxisse statuit, sed quomodo Athenienses interim voluptatibus epulisque indulgere possint, periclitantibus sociis et diis ipsis ad auxiliandum profectis, nobis deliberandum reliquit. Pergit Eustathius p. 1159. *τινὲς μὲν μιᾷ πόλει καὶ ἀμφοτέρους (τοὺς στρατούς) ἐπελθόντας φασὶν, ὡς προεῤῥήθη νοεῖν ὁ Κερκυραῖος σοφός· οἱ δὲ ἕτεροι τὸν μὲν ἕνα πολέμιον πάνυ τοῖς ἐν τῇ πόλει, τὸν δὲ ἕτερον οὐ λίαν τοιοῦτον*, illum Eumolpi, hunc Atheniensium Eleusiniis, ut par erat, auxiliantium. Hujus interpretationis auctores illa poetae verba

δίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλή,
ἠὲ διαπραθέειν ἢ ἄνδιχα πάντα δάσασθαι — [d]

non ita accepisse videntur ut Suidas s. *Ἄνδιχα* sumit *οἱ πολιορκούμενοι ἐξίστασαν τοὺς πολεμίους ἐπιμεριζόμενοι τὰ χρήματα,* quasi oppugnatores consilium habuissent accepta bonorum parte ab urbe absistendi, sed potius hostium duces hanc oppidanis conditionem tulisse putarunt, ut se suosque tectis ac sedibus reciperent, partitisque omnibus fortunis mixti habitarent indigenae advenis, id quod alias factum legimus: *μένοντας ἐπὶ τοῖς αὐτῶν τοὺς Δωριεῖς ἐπὶ ἀναδασμῷ γῆς δέχεσθαι* Paus. II. 13. Phorbantem illum Eumolpi socium commemorat Schol. Taur. ad Eur. Phoenn. 854.

[d] Post v. 552. quidam inseruerunt
καρπὸν Ἐλευσινίης Δημητέρος ἀγλαοδώρου
quo loco et aliis *Ἐλευσίνης* emendat V. D. in Mus. Crit. Vol. I. p. 187. cf. Bernhardy in Eratosth. p. 148. Formam Eleusinus pro Eleusinius rejicit Oudendorpius ad Suet. Claud. c. XXV.

Εὔμολπος πολεμῶν τὰς Ἀθήνας ἐπὶ τοῦ νεωτέρου Ἐρεχθέως ἐφονεύθη· ἕτεροι δὲ καὶ ἄλλοι δύο υἱοὶ παρ' αὐτοῦ Ἐρεχθέως ἀνῃρέθεντο (leg. *ἔπεσον δὲ καὶ ἄλλοι καὶ δύο υἱοὶ αὐτοῦ παρ' Ἐρεχθέως ἀναιρεθέντες*) *ἐν ἐκείνῳ τῷ πολέμῳ συμμαχοῦντες Εὐμόλπῳ, Φόρβας καὶ Ἰμμάραδος· τότε δὲ ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ τὰ μυστήρια Δήμητρος ἐτέλεσαν* et Schol. Vict. ad Il. XVIII. 490. Supplem. Heyn. T. VII. 802. *ἀπέθανον ὑπὸ τῶν Ἐλευσινίων Ἰμμάραδος ὁ Εὐμόλπου, Κλύτιος ὁ Ἀγριόπου τοῦ Κύκλωπος, Ἔγρεμος ὁ Εὐρυνόμου τοῦ μετὰ Φόρβαντος* [*], quorum nominum pleraque ignota sunt. Eundem Phorbantem fortasse significat Harpocratio: *Φορβάντειον ὠνομάσθη ἀπὸ τοῦ Φόρβαντος τοῦ βασιλεύσαντος Κουρήτων καὶ ὑπ' Ἐρεχθέως ἀναιρεθέντος* [e]. *ἦν δὲ Ποσειδῶνος υἱός*, quo minus mirum eum cum Eumolpo societatem inivisse. Sturzius quidem ad Hellan. p. 54. Curetes Euboeenses ab Harpocratione denotari putat, quorum cum Atheniensibus commercia Nonnus celebrat XIII. 135. Curetes narrans cum matre Combe a Soco [f] ex Euboea pulsos primum Gnosum dein Marathonem habitasse et postremo post devictum a Cecrope Socum in patriam restitutos esse, cui fabulae memoria coloniae e tetrapoli Marathonia a Xuthi filiis deductae subesse videtur, licet haec quoque

[*] V. 483. ed. Bekk. ubi pro *ἄροτρον ἔχει Μαίνιδος ὁ καὶ Βουζύγης ἔζευξε* scribendum *Ἐπιμενίδης*.

[e] Idem sacellum fortasse alii Phorbanti Thesei aurigae vel paedotribae dedicatum putarunt v. Sturz. Pherecyd. p. 213. Siebelis ad Istri Fragm. p. 55. Musgrav. ad Suppl. 680.

[f] *Σωχόν* vocat Hesychius, *Σωκὸν* Zonaras p. 1202. Comben *ἑπτατόκον* nominat Nonnus septemque filios recenset, centuriam explet Zenobius Cent. VI. 50.

fabulose ficta sit. Sed Harpocratio potius de illis Curetibus loqui videtur, qui ex Euboea profecti, Aetoliae et hinc ejecti Acarnaniae nomen suum impertiverunt. Phorbantem quendam Thesprotum, quum Cereri vim inferret, a Jove fulmine peremtum tradit Auctor de Mulier. quae bello inclar. in Biblioth. Vet. Art. et Lit. P. VII. p. 17. quod vulgo de Iasione narratur, nec ab illa urbis Cerealis oppugnatione procul distat. Erechtheo contra in illo bello suppetias tulisse Scirum vatem Dodonaeum [g] auctor est Pausanias I. 38. nullo tamen ad summam rei emolumento, si quidem rex eo redactus est, ut patriae servandae causa ex magna copia filiarum unam [h] Proserpinae immolaret, cujus mortem sorores tam aegre tulerunt ut sponte de vita decederent [i]. Tres puellas (*τριπάρθενον ζεῦγος*) post obitum in coelum relatas Hyadesque dictas esse Euripides prodidit solus quod constet. Demosthenes Epitaph. 1397. [k] et Phanodemus Fragm. p. 7. Erechthei filias Hyacinthidum nomen habuisse et pro patria obiisse consentiunt; quod quo tempore factum sit ille tacet, Phanodemus autem (nisi Suidas diversorum testimonia confudit) e sex Erechthei filiabus duas natu maximas Protogeniam et Pandoram, quum

[g] Eleusinium dicit Photius p. 385.

[h] Unam memorant Liban. Decl. T. IV. 785. Aristid. T. I. 119. Plutarch. Parall. XX. 420. Proserpinam hac victima placatam esse Demaratus perhibet.

[i] *Κρέουσα καὶ Χθονία διὰ Πρόκριν τὴν ἀδελφὴν μὴ ὑπομείνασαι ζῆν ἐκείνης σφαγιασθείσης* Anon. de Mulier. l. c. p. 8.

[k] *Ἐρεχθέα τὰς αὑτοῦ παῖδας, ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς προῦπτον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι.*

Attica a Boeotis bello premeretur, in pago Hyacintho sacrificatas esse; unam natu maximam hoc fato defunctam tradit. Demaratus in Tragodumenis convenienter Euripidi, cujus fabulam dedita opera exposuisse videtur; Apollodorus item unam sed natu minimam, tres autem reliquas (quatuor enim enumerat) voluntaria morte obiisse, et paullo ante singularum matrimonia enarrat, licet innuptas immolatas esse res ipsa et solemne nomen Παρθένοι declaret. Denique idem Apollodorus Minoe Atticam obsidente quinque Hyacinthi inquilini Lacedaemonii filias apud aram Cyclopis immolatas esse, unde patet nomina Hyadum, Hyacinthi pagi et Hyacinthi Lacedaemonii propter fortuitam similitudinem in unum confusa et praeterea virginum nomen, ortum, aetatem et numerum ita varie tradita esse ut manifestum fiat, nullum tradentium alterius se obstrinxisse auctoritate, nedum ut omnes ex communi quodam fonte hauserint; quo uno exemplo ex innumerabilibus delecto arguitur eorum temeritas, qui ex variis discordibusque poetarum et mythographorum narratiunculis antiquae famae formam et quasi lineamenta recognosci posse sperant. Postremo fuerunt, qui Agraulum Cecropis filiam tempore belli Eleusinii se pro patria devovisse narrarent Schol. Aug. ad Dem. p. 168. vel Erechthei filias Aglaurum, Hersen et Pandrosum mortem oppetivisse dicerent, Schol. Aristid. p. 41. neque non ambigit Schol. Apoll. I. 211. Procris, Creusa et Orithyia Cecropis fuerint an Erechthei. Quo minus utimur

Larcheri consilio ad Herod. T. V. 471. seq. duas Aglauros, totidemque Eumolpes inferentis, quum praesertim Alcidamas in Palam. p. 75. T. VIII. testificetur Menestheum Thesei filium aciem contra Eumolpum instruxisse, Strabo vero Ionem belli ducem perhibeat reprehensus ob hoc a Valesio ad Harp. p. 261. et Meinertio Comm. Goetting. T. XVI. p. 240. Euripides Tiresiam pacis inter Thraces et Athenienses conciliatorem, Pausanias denique Dysaulem Celei fratrem, qui tertia post Prometheum aetate vixit, ab Ione polemarcho pulsum narret II. 14. Haec omnes chronologorum circulos conturbant, rationes jacent, silet judicium, quid agant, nesciunt [1].

Quam accurate istorum temporum historia tradita sit, exemplo est quod qui tum fuerit Athenis quaestor, memoriae proditum legimus; Pyrrhandrum nominat Callisthenes in Thracicis, auctor certissimus Plut. Parall. c. 31. 430. Erechtheum Eumolpi victorem et interfectorem a Neptuno oppressum esse, Euripides Ion. 285. Apollodorus et Hyginus narrant; Pausanias vero I. 38. et Schol. Aristid. p. 40. utroque superstite pacem

[1] Injuste igitur Micyllus ad Ovid. Met. IV. Fab. VII. Verheyk. ad Anton. c. XXIV. et Schneiderus in Bibl. Philol. Goetting. T. III. p. 430. Scholiastam Eurip. Or. 962. reprehendunt, quod Cererem apud Hipppothoontem Cercyonis filium divertisse dixerit; nam Cercyonem hunc, quem Theseus interemisse fertur, Triptolemi fratrem perhibet Choerilus Paus. I. 14. cujus est fortasse versus ab Herodiano περὶ Μον. p. 10. allatus Εὔμολπος Δόλιχός τε καὶ Ἱπποθόων μεγάθυμος. Herculem a Triptolemo initiatum esse ipse Daduchus Callias pronunciat Xenoph. Hellen. VI. 3. 6. quo nullus certior rerum mysticarum testis esse potest. Neque non veri simile videtur, Dioclem Megarensem Eleusinis praefectum, quem Theseus circumvenit Plut. Thes. X. pro illo Cereris hospite, quem Homerus celebrat, habitum esse.

compositam esse ea conditione ut imperium penes Erechtheum esset; Eumolpus autem cum Celei filiabus dearum sacra administrarent et causas impietatis judicaret. Androtio vero mysteria multo post instituta esse affirmat ab Eumolpo tertio Musaei filio Eumolpi primi abnepote Schol. Soph. Oed. C. 1051. *Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι Κήρυκα, τοῦ δὲ Εὔμολπον, τοῦ δὲ Ἀντίφημον, τοῦ δὲ Μουσαῖον τὸν ποιητὴν*[m], *τοῦ δὲ Εὔμολπον τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν καὶ ἱεροφάντην γεγονότα*: quod ratum habent Rhoerius Fer. Daventr. c. 16. p. 82. et Heynius ad Apollod. p. 338. Photius *Εὐμολπίδαι πατριὰ ἀπὸ Εὐμόλπου· ἐγένοντο δὲ τρεῖς· ὁ μὲν ἐκ Θρᾴκης ἐπιστρατεύσας, ὃν οὐ προσποιοῦνται οἱ Εὐμολπίδαι· ὁ δὲ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀστυκόμης, ὁ δὲ Μουσαίου καὶ Δηιόπης·* quam Ister Fr. p. 53. Triptolemi filiam, alii matrem dixerunt Aristot. Mirab. CXLIII. 291. (885. A.) Pausanias unum novit Eumolpum belli adversus Erechtheum auctorem eundemque mysteriorum conditorem; huic superstitem fuisse Cerycem filium, licet Ceryces ipsi generis sui principem Mercurio et Aglauro prognatum esse velint I. 38.[n]; Thraces Eumolpi signa sequutos, quos Acesodorus

[m] *Μουσαῖος ὁ τῶν Εὐμολπιδῶν Ἀθηναῖος* Alcidam. Or. Ulyss. p. 75.

[n] *Κῆρυξ ὁ μέν τις τῶν μυστικῶν* (*ὁ τῶν μυστικῶν κῆρυξ* Xenoph. Hell. II. 4. 20.) *ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος* Poll. VII. 103. unde Cerycum familia Schol. min. ad Il. I. 334. quos cur Wesselingius praeconum et caduceatorum numero eximat ad Diod. L. I. 29. non intelligo; *τὸ γένος τῶν Κηρύκων τῶν τῆς μυστηριώτιδος* Athen. VI. 234. F. palam facit, eos inducias Eleusinias indixisse, Olympiis, Pythiis, Isthmiis multo, si Aristidi credimus, sanctiores; *αἱ γὰρ ἄλλαι παρῃνομήθησαν, μόναι δ' αἱ μυστη-*

Schol. Oed. Col. 1051. et Pausanias Eleusine resedisse narrant, ex Attica ejectos esse Lycurgus c. Leocr. p. 160. 15. et Demosthenes Epitaph. p. 1391. confirmant, palude Gorgopide submersos legimus ap. Etym. M. p. 384. Hort. Adon. p. 63. a. ἐσχατιῶτις λίμνη — ὅτι πολλοὶ τῶν ἀπὸ Θρᾴκης σὺν Εὐμόλπῳ στρατευσάμενοι ἐπ' Ἀθήνας ἐπ' αὐτῇ λουσάμενοι ἀπέθανον ὥσπερ ἐσχάτῳ λουτρῷ χρησάμενοι [o].

His igitur de bello Eleusinio fabulis, quarum prima origo inveniri nequit, nihil ad famam mysteriorum antiquius est. Eleusinem ipsam ne Solonis quidem temporibus Atheniensium imperio subjectam fuisse argumento est bellum utrinque cum magna vi gestum, in quo Telli virtus inclaruit, Solonis praeconio nobilitata Herod. I. 30. Devictis demum Eleusiniis et pace composita sacra quoque Cereris in urbem

ριώτιδες σπονδαὶ τοὔνομα ἔσωσαν καὶ μόνοις Ἐλευσινίοις ὑγίαινεν ἡ Ἑλλάς Or. Eleus. p. 258. Eleusiniis ipsis Ceryces praeconium fecisse intelligitur ex Isocr. Paneg. c. 42. ideoque in Xenoph. Hell. l. c. Cleocritus ille mystarum praeco μάλ' ἔμφωνος ὢν praedicatur. De Pastophoris quod dicit Wesselingius, nititur ludicro Aegyptiorum mendacio, cui ne Diodorus quidem multum tribuit.

[o] Eadem Gorgopis dicta ob Gorgae interitum; quae frequentissima in derivandis marium et fluviorum nominibus ratio; in mari Ionio interierunt Iones Schol. Pind. P. III. 120. in Aegaeo Aegaea Amazon Fest. s. v. in Eueno fluvio rex cognominis Apollod. in Tiberi Tiberinus Varr. in sinu Saronico Saro quidam Zonar. p. 1629. etc. nostramque Vistulam a regina submersa nomen accepisse narrant Philochori Polonici. — — Gephyraeorum δεκάτευσις et profectio Delphica, quae in idem tempus incidit Suid. s. Δόρυ κηρύκειον et Eustath. p. 408. an belli Eleusinii πάρεργον fuerint, in dubio relinquimus; sacra Cereris Gephyraeos coluisse notum est. Thracum ipsorum incursiones nonnulli usque ad Codri tempora producunt, quem a Thracibus occisum refert Sostratus ἐν δευτέρῳ Θρᾳκικῶν Stob. Serm. VII. 92. Nomen Θρᾴκη i. q. Τρᾶχις (ut Θελγίς et Τελχίς, κύθρη et χύτρα) sine dubio late patuit, pluresque regiones complexum est.

recepta videntur, cujus deae nulla est in antiquissima regulorum Atheniensium historia mentio. Foederatorum vero urbium sacra sibi adoptare non solum Romani solebant[p], sed etiam Graeci[q], ipsique Athenienses acceptis in fidem Eleutheris Dionysi Eleutherensis statuam in urbem traduxerunt. Ab eo inde tempore mysteriorum Eleusiniorum fama ad exteros propagata est.

Postremo adnotabo ad quod Hyginus narrat Triptolemo in itinere Carnabontem Getarum regem insidias struxisse Astron. XIV. ex Sophoclis Triptolemo esse derivatum, unde Herodianus *περὶ Μον.* p. 9. haec affert *καὶ χαρναβῶντος ὅτι τῶν ὅς γε ἄρχει τὰ νῦν,* id est, *ὅς Γετῶν ἄρχει* etc.[r] Secundo, quod Apollodorus III. 15. 4. Eumolpum narrat puerum in Aethiopiam translatum esse, ex

[p] Arnobius, ut nota testimonia praeteream, L. III. c. 38. Cincius deos novensiles numina peregrina novitate ex ipsa appellata pronunciat (fortasse, ut utensilis) nam solere Romanos religiones urbium superatarum partim privatim per familias spargere, partim publice consecrare. Illud perperam interpretatur Ansaldus de Deor. Evoc. p. 78. aurum argentumque statuarum captarum divenditum et a privatis ad exornandos deos domesticos adhibitum esse. Significatur nihil aliud quam quod Festus s. Stata narrat: Statae Matris simulacrum in foro colebatur; postquam id Coelius stravit, magna pars populi in suos quisque vicos retulerunt ejus deae cultum.

[q] Communem sacrorum de aliis adsumtorum curam testificatur Thucydides IV 98. *τὸν δὲ νόμον τοῖς Ἕλλησιν εἶναι, ὧν ἂν ᾖ τὸ κράτος τῆς γῆς ἑκάστης, τούτων καὶ τὰ ἱερὰ ἀεὶ γίγνεσθαι, τρόποις θεραπευόμενα; οἷς ἂν πρὸς τοῖς εἰωθόσι καὶ δύνωνται.* — *Τὰ ἱερὰ συνενέγκασθαι* est i. q. in unam civitatem coire Dion. Hal. I. 44. cf. I. 60. II. 46. Ex oppidis, quorum incolae Megalopolin transmigrare coacti sunt plura sacra eodem translata memorat Paus. VIII. 30.

[r] Carnabantem Triopae Perrhaeborum regis filium Zeliae conditorem commemorat Eustathius p. 448. 12. Carcabus vocatur in Schol. Vict. *Δ*. 88.

prologo Euripidis Erechth. Fr. XIV. *Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσ' ἐπὶ χθόνα,* quo loco ne quis Stephano diffisus Aethiopion Euboeae significari credat, obstat nota dei cum Aethiopibus conversatio; verba Neptuni sunt.

EPIMETRUM II.

ad §. 7. not. p.

Ex centenis hujus usus exemplis unum apponam propter quandam grammaticam rationem. Methodius Conviv. Sept. Virg. VII. 5. 707. T. III. Gall. *ταῦτα τῶν ὑμετέρων, ὦ καλλιπαρθένοι, τὰ ὄργια τῶν μυστηρίων, αὗται τῶν ἐν παρθενίᾳ μυσταγωγηθέντων αἱ τελεταί·* ubi masculinum pro feminino subrepsit; quod vitium latius, quam Grammatici opinentur, sparsum esse in Parergis ad Phryn. p. 751. scripsimus. Culpam omnem in librarios editoresve confert Schaeferus ad Apollon. Schol. p. 306. compendia participiorum perperam explentes, nec paucos locos hoc, ut ipsi videtur, errore depravatos ad rectam dicendi rationem revocat p. 628. Sed vitium hoc, ut dixi, altius defixum est quam ut exstirpari possit. Nihil dicam de ejusmodi exemplis *τῶν πόλεων ἀπεγνωκότων* Zosim. Hist. V. 26. 456. neque locis dubiis utar velut Plutarch. Quaest. Gr. c. 56. 407. *τῶν φονευθέντων* (Amazonum) sed integris. Nice-

phorus Greg. VII. 11. 168. C. τοσούτου κλύδωνος ἐπικειμένου, καὶ φροντίδων ἄλλοτε ἄλλων ἐπικλυζόντων αὐτῶν τὴν διάνοιαν. Stobaeus Ecl. Ph. I. 52. §. 61. p. 1090. Heer. ἐπιγεγονότων ψυχῶν. Memnon. Hist. I. p. 4. πολλῶν ἀλγηδόνων αὐτὸν κατατεινόντων. Eusebius de Theol. Eccl. L. II. p. 156. D. τοὺς περὶ τῶν ὑποβεβηκότων δυνάμεων λόγους. Africanus ap. Euseb. Demonstr. Evang. L. VII. 390. D. ἔτη πεντεκαίδεκα ὀλίγων ἡμερῶν δεόντων γίγνονται. Concedo et hoc non magna mole ad regulam redigi posse et ex superioribus unum aut alterum suspicionem recipere. Sed pro universo genere sat graves testes citare possum. Dionysius Areop. de Eccl. Hier. c. III. 255. τῶν ὑπερκοσμίων μαρμαρυγῶν εἰς τὴν τῶν ὁμοιειδῶν ἐσόπτρων ἀγλαΐαν ἀφιέντων διεῖναι τὴν οἰκείαν αἴγλην, ubi Pachymeres haec adnotat bona malis mixta: Ἀττικίζων ὡς Ἀθηναῖος συνέταξε τὸ ῥητὸν, φάσκων μαρμαρυγῶν ἐφιέντων· οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῷ έ κεφαλαίῳ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας πεποίηκε κατὰ τὸ κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Maximus ad Hier. Coel. p. τὸ εἰρημένον ἐν εἰκόσιν ἀποτυποῦσι, δέον εἰπεῖν ἀποτυπούσαις, μηδεὶς ὑπολάβοι σόλοικον ὡς ἀγνοήσαντος τοῦ μεγάλου Διονυσίου, ἀλλ' ἀκριβῶς ἴστω ὡς τῷ ὄντι Ἀθηναῖος καὶ λίαν ἀττικῶς οὕτω φησίν. Ἀττικῶν γάρ ἐστι τὸ μετοχὰς ἀρσενικὰς θηλυκῶς συντάττειν ὡς Ὅμηρος πληγέντε κεραυνῷ — καὶ τοῦτό φασι καὶ Κωμικοὶ θηλυκὸν ἀντ' οὐδετέρου ὡς ἀρσενικὸν κατὰ θηλυκοῦ, καὶ Πλάτων καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις διανεύων (δινεύων) δρομάσι βλεφάροις·

τὸ βλέφαρον γὰρ δρομὰς οὐκ ἄν τις εἴπῃ· καὶ ἐν Ὀρέστῃ Μανιάσιν λυσσήμασι, de quo genere multa diximus ad Aj. 271. Idem ad priorem Hierarchiae Eccles. locum p. 74. A. *ἀφιέντων τῶν μαρμαρυγῶν, καὶ νῦν ἀττικίζων συνέταξε τὸ ῥητόν.* Quam diversas res ille composuerit, ante oculos est; sed et illud apparet hanc generis enallagen aliquando pro cultu fuisse. Alia nonnulla a Grammaticis nostris pariter neglecta attulit Dorvillius ad Charit. p. 293 et 549. Ex alio genere *βραχέσι σημειώσεσιν* Euseb. c. Marcell. L. I. p. 2. D. *ταῖς ὀξέσι — ταῖς βραδέσι τῶν ψυχῶν* Stob. l. c. p. 1086. suo loco composuimus.

EPIMETRUM III.

ad §. 12. not. ff.

Sophocles Antig. 1146. Liberum *ἄστρων χοραγὸν* appellat, *κατά τινα μυστικὸν λόγον*, ut Schol. ait; Eustathius p. 514. paullo durius *μυστικὸν λῆρον* dicit. Hinc vero ne Theocrasiae mysticae suspicio ducatur breviter admonendum videtur, Dionysum non ideo siderum ducem nominari, quod idem Sol sit, sed ex poetarum consuetudine, qui deorum orgia sua concelebrantium adventu universam naturam commoveri et exsultare fingunt ita ut terra contremiscat, maria exaestuent, stellaeque ipsae augustiore lumine coru-

scare videantur. Sic chorus Bacchicus Eur. 117. Thebas bacchari thyrsosque rotare jubens praesentiam dei annunciat

αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει.

Et de ejusdem Liberi solemnibus Euripides Ion. 1078.

λαμπάδα θεωρὸν εἰκάδων
ὄψεται ἐννύχιος ἄϋπνος ὤν,
ὅτε καὶ Διὸς ἀστερωπὸς
ἀνεχόρευσεν αἰθήρ,
χορεύει δὲ σελάνα.

et Claudianus de Laud. Stilich. L. I. 84. Serenae et parentum egressum Theophaniae assimilans:

Tunc et Solis equos, tunc exsultasse choreis
astra ferunt, mellisque lacus et flumina lactis
erupisse solo.

Hujus igitur astricae choreae incitator non ineleganter πῦρ πνεόντων χοραγὸς ἄστρων dicitur, orgiis dei colludentium quasi et συνενθουσιώντων [a].

EPIMETRUM IV.

ad §. 15.

Est haec interpretatio sed absurda loci Platonici Phaedr. p. 248. A. αἱ δὲ ἄλλαι ψυχαὶ ἡ μὲν ἄριστα θεῷ ἑπομένη ὑπερῆρεν εἰς τὸν ἔξω τόπον

[a] Vir doctissimus, Naekius, qui dissertationem nostram de argum. myster. non legerat, hunc locum eodem modo interpretatus est in Indic. Praelect. Acad. Rhen. 1823.

τὴν τοῦ ἡνιόχου κεφαλήν. Eodem spectant Plotini verba Enn. IV. L. III. 12. 381. C. *ἀνθρώπων ψυχαὶ ἐκεῖ ἐγένοντο ἄνωθεν ὁρμηθεῖσαι. οὐκ ἀποτμηθεῖσαι δ' οὐδ' αὐταὶ τῆς ἑαυτῶν ἀρχῆς τε καὶ νοῦ — ἀλλ' ἔφθασαν μὲν μέχρι γῆς, κάρα δὲ αὐταῖς ἐστήρικται ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ*. Taylorus, qui Plotini ne verbo quidem tenus meminit, hoc fragmentum Chaldaicum, syringem Optationi referens, protulit T. XVII. p. 151.

Συνυφίσταται γὰρ τὰ φυσικὰ ἔργα τῷ νοερῷ φέγγει
τοῦ πατρός· ψυχὴ γὰρ ἡ κοσμήσασα τὸν μέγαν
οὐρανὸν καὶ κοσμοῦσα μετὰ τοῦ πατρός·
κέρατα δὲ καὶ αὐτῆς ἐστήρικται ἄνω.

et hoc e Proculi Tim. p. 106. sumsisse se dicit, ubi tantummodo priora verba *συνυφίσταται — πατρός* afferuntur, caetera ubi legantur, lectoribus quaerendum relinquit Taylorus, ridiculo mendo *κέρατα* pro *κρᾶτα* nihil offensus. *Φέγγος νοερόν* Plotin. VI. L. VII. 15, 708. in oraculis lectum, quorum diversos corrivavit Proculus Tim. III. 155. ubi Amorem rebus omnibus ingenitum dicit: *Ὄφρα τὰ πάντα μένῃ χρόνον εἰς ἀπέραντον ἰόντα μηδὲ πάσῃ* [a] *τὰ πατρὸς νοερῶς ὑφασμένα φέγγει· διὰ γὰρ τοῦτον τὸν ἔρωτα πάντα ἥρμοσται ἀλλήλοις. Ὡς ἐν ἔρωτι μένῃ κόσμου στοι-*

[a] *Μηδὲ παύσηται* Proculus scripsisse videtur; poeta *μηδὲ κάμῃ*. Certe *πατρὸς νοερῷ συνυφασμένα φέγγει* oraculi verba sunt. Male Bullialdus ad Theon. Math. p. 212. corrigit *μὴ δὲ πάντη — φεύγῃ*, relictis caeteris. Hermannus in Fragm. Orph. XXXVIII. *μηδὲ πέσῃ τὰ πατρός*. De Herrmanni Heyniani emendationibus et philosophematis in Feste von Hellas T. I. p. 34. tacere praestat. Primum versum affert Proculus in Alcib. p. 26. ubi *πυριβριθῆ* legitur.

χεῖα θέοντα. Taylorus pari ubique acumine Plotini et Proculi verba pro versibus Zoroastreis vendit, atque adeo Homericos versus Ἀλλ' ἄλλην ἐνίησι πατὴρ ἐναρίθμιον εἶναι Od. *M.* 56. et Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδη Il. *N.* 355. quum forte apud Proculum legisset, continuo illum Chaldaeis adscripsit T. XVII. 257. hunc Orpheo T. XXI. 253. et 361. nisi forte Homerum quoque et Orpheum oracula illa et legisse et expressisse putavit, quod de Platone etiam atque etiam affirmat. Atque ea mihi causa fuit, cur de hoc viro, quem Creuzerus nostratibus studiosissime commendat, paullo apertius dicerem, quam meus mos fert, nullo jurgandi studio, sed ne ii fallantur, qui aliis studiis occupati, quos duces sequantur, plerumque nesciunt.

EPIMETRUM V.

ad §. 15. not. e.

Toupius Emend. T. III. 318. et Ilgenius Opusc. Phil. p. 274. ἐπιπέμπειν ἀντία vel ἀνταῖα emendant, Welckerus in Specim. II. Epigr. 6. ἐπιπέμπειν ἄντα (vox poetica) quorum nihil egemus. De nominibus ἐπαγωγὴ et ἐπιπομπὴ praeclare disputat Ruhnkenius ad Tim. p. 114. sed significationem nimis coarctat; „genus quoddam θεαγωγίας vel ψυχαγωγίας est ἐπαγωγή, quum

ψυχοπομποὶ γόητες daemonas in aliorum perniciem ab inferis evocant. Nam non solum hoc consilio venefici aliis daemonas immittebant, ut corpus eorum morbis et doloribus, animum diris imaginibus vexarent (quae vocantur ἐπαγωγαὶ ἐπ' ἐχθροῖς Lucian. Alex. V. 68.) sed etiam ad insinuandum iis amorem [a] aliosque, quos vellent, affectus tacite per somnia gliscentes. Dio Cassius narrat LVII. 15. Tiberium institutione Thrasylli in rerum arcanarum scientia tantum profecisse ὥστε ποτὲ ὄναρ δοῦναί τινι ἀργύριον κελευσθεὶς συνεῖναι ὅτι δαίμων τις ἐκ γοητείας οἱ ἐπιπέμπεται [b] ubi vid. Interpr. Hi autem Oniropompi sive daemones somniales pertinebant ad proprium Magorum satellitium, quorum unusquisque suos paredros sive, ut nunc vocamus, spiritus familiares habere solebat [c], quorum ope et futura praenoscerent [d] et cetera conficerent, sicut Apollonio ejusmodi daemon assistere credebatur.

[a] cf. Acta Martyr. Ruinart. p. 141. ed. II.

[b] Heliod. Aeth. IV. 7. 174. ὀχλεῖται ὑπὸ τῶν δυνάμεων, ἃς αὐτὸς κατέπεμψα.

[c] Ὀνειροπομποὺς καὶ παρέδρους δαίμονας Justin. Apol. II. 65. Galenus de Med. Simpl. X. 275. C. οὐ μνημονεύω τῶν καλουμένων φίλτρων, ἀγωγίμων, ὀνειροπομπῶν τε καὶ μασήτρων. Fuerunt etiam genii paredri nullius servitio adscripti sed omnibus, quibus bene vellent, salutares; velut Hephaestio post mortem Alexandri amicos somniis et oraculis officiose admonens, tanquam θεὸς πάρεδρος καὶ ἀλεξίκακος cultus est Lucian. de Calumn. XVII. 47. T. VIII.

[d] Epiphan. L. I. T. III. 234. εἰκὸς αὐτὸν δαίμονα πάρεδρον ἔχειν δι' οὗ προφητεύει. Tertullian. de An. p. 351. D. scimus Magiche licere explorandis occultis per Catabolicos et Paredros et Pythonicos etc. Idem Apol. XXIII. 32. Herald. si magi phantasmata edunt et defunctorum inclamant animas, si pueros in eloquium oraculi eliciunt (scr. elidunt) et somnia immittunt, habentes simul invitatorum daemonum assistentem sibi potestatem.

v. Euseb. in Hierocl. XXXIX. 459. Olear. et Simoni Mago, qui apud Clement. Recogn. II. 13. 238. ita loquitur: Pueri incorrupti et violenter necati[e] animam adjuramentis ineffabilibus assistere mihi feci et per ipsum fit omne quod jubeo. Eorumque promta erat opera sive quis adversarii linguam in judicio[f] sive equos in curriculo[ff] praepedire, sive aliam inimico pestem importare cuperet[g] *Εἰώθασι γὰρ οἱ ἐχθροὶ ἐπαγωγάς τινας δαιμόνων ποιεῖσθαι ἐπὶ τὰς οἰκίας* Schol. Eur. Hipp. 317. Neque Lemures solum et Manias sed ipsam Orci dominam Hecaten. Hesychius *Ὠπώτηρε* (ante *Ὦπια*) *διὰ φαρμάκων εἰώθασί τινες ἐπάγειν τὴν Ἑκάτην ταῖς οἰκίαις·* quem locum nec Ruhnkenius correxit ad Tim. p. 115. nec Schneiderus ad Theophr. c. 16. Pro *ὠπώτηρε* reponendum *Ὠπήτειρα*, persecutrix, aptum Hecatae nomen *διὰ τὸ φοβερὸν τῆς δαίμονος καὶ φάσματα ἐπιπέμπειν τὰ καλούμενα Ἑκαταῖα* Schol. Apoll. III. 861. Ulixes

[e] Magos praecipue Ahoris et Biothanatis usos esse notum est. v. Salmas. Solin. p. 718. *Πολλοὶ νομίζουσι τὰς ψυχὰς τῶν βιαίῳ θανάτῳ τελευτώντων δαίμονας γίγνεσθαι* Chrysost. de Lazar. II. 727. T. I. cujus opinionis rationem reddit Servius Aen. IV. 386. dicunt Physici biothanatorum animas non recipi in originem suam nisi vagantes legitimum tempus fati sui compleverint.

[f] v. Reisk. ad Liban. Or. XXXV. 807. T. II. Galen. de Med. Simpl. X. 275. D.

[ff] v. Hieronym. Vit. Hilarion p. 8. Dorvill. in Observ. Misc. Nov. T. I. p. 7.

[g] L. 6. Cod. de Malef. Accitis Manibus ventilant, ut quisque suos conficiat malis artificiis inimicos. Verbum ventilare, de quo docti interpretes inter se discordant, nescio an a sciamachia magica traductum sit. Caunii daemones peregrinos ejiciebant *τύπτοντες δούρασι τὸν ἠέρα* Herodo. I. 172. i. e. ventilando.

quidem, quum ab infesto Hecubae spectro urgeretur, Hecatae statuam consecravit Ἐπωπίδι Schol. Lyc. 1176. 1184. ab assectatione sic dictae, ut Ἐνωπίδες αἱ θεράπαιναι παρὰ τὸ ἕπεσθαι Zonar. p. 732. et Ὀπηδητήρ, σύνοδος, ἀκολουθός Hesych. Similiter Etym. M. Ἐπωπίδα, εἰ μὲν δασύνεται, σημαίνει τὴν ἀκόλουθον, εἰ δὲ ψιλοῦται, τὴν ἐπίσκοπον, unde Ἐπωπέτης Ζεύς i. q. ἔφορος apud Hesychium, a quo etiam Ἐπωπὶς Δημήτηρ παρὰ Σικυωνίοις καὶ Ἐπωπίς commemoratur, incertum qua significatione.

Quanquam autem in oraculis Chaldaicis et Graecis passim Apollinis, Mercurii, Aesculapii et Minervae [h] numina compellantur, tamen prae ceteris Hecaten Theurgorum precibus fatigatam esse tum per se credibile est, tum etiam propter crebram et magnificam hujus deae commemorationem. Schol. brev. Od. XII. 124. Κραταιὶς ἡ μήτηρ τῆς Σκύλλης· Μάγοι δὲ Ἑκάτην αὐτὴν καλοῦσι. Luculentissimum vero exemplum Porphyrius ap. Eus. V. 7. 195. hoc affert:

> Δεσμῷ δ' οὖν κλήιζε· θεὴν γάρ ἄγεις με τοσήνδε
> ὅσση ψυχῶσαι πανυπέρτατον ἤρκεσα κόσμον [i].

Nec minus honorifice Chaldaei vivificae triadis, cui secundus ab intellectu locus assignatur,

[h] Hanc deam in Chaldaico oraculo ap. Procl. Theol. V. 35. 324. Καὶ γὰρ δὴ πάντευχος ἐνόπλιος εἶχα θεή, nominari ostendunt epitheta. Portus improspere εἶκε θεῆφι, quasi homericis formis εἶκε (pro ἐῴκει) et θεῆφι in his carminibus vulgari dialecto scriptis locus esse possit. Fortasse scribendum ἥκω Ἀθήνη, ut in Aesculapii Euseb. II. 14. 124. Τρίκκης ἐξ ἱερῆς ἥκω θεός· et Hecatae V. 8. 193. Ἦλυθον εἰσαΐουσα τεῆς πολυφράδμονος εὐχῆς.

[i] Initium hujusmodi est in codd.

monadem summam, nisi fallunt interpretes, Hecatem nominant. Psellus ad Orac. p. 117. *τῶν ζωογόνων ἀρχῶν ἡ μὲν ἀκρότης Ἑκάτη καλεῖται, ἡ δὲ μεσότης ψυχὴ ἀρχική, ἡ δὲ περάτωσις ἀρετὴ ἀρχική*, quod copiosius declarat Proculus in Cratyl. p. 111. *ἐν τῇ ζωογόνῳ τριάδι τὴν ὕπαρξιν ἔλαχεν εἴτε Ἑκατικὴ προσαγορευομένη θεότης, ὥς οἱ θεουργοί φασιν, εἴτε Ἄρτεμις, ὡς Ὀρφεύς.* Et in Theol. V. 32. 316. *εἰσὶν αἱ δεύτεραι μονάδες αὗται τοῦ θεοῦ τριπλαῖ καθάπερ οἱ σοφοὶ λέγουσι, μία μὲν ἡ τῶν ψυχῶν πηγή, δευτέρα ἡ τῶν ἀρετῶν, τρίτη δὲ ἡ ὄπισθεν τοῦ θεοῦ ἀπαιωρουμένη τῆς φύσεως πηγή*, versum respiciens, quem citat in Tim. I. 4. *τοιαύτη δὲ οὖσα (ἡ φύσις) προελήλυθεν ἀπὸ τῆς ζωογόνου θεᾶς Νώτου δ' ἀμφὶ θεῆς φύσις ἄπλετος ἠώρηται* [k] et rursus

Οὐδὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖς ποτε δῖα μάταιον
οὐδ' ἀκράαντον ἔλεξε σοφοῖς Ἑκάτη θεοφήταις.

vitiose Edd. *ποτ' ἀδείμαντον*, nisi in his *θέσπισμα μάταιον* latet. Ex sequentibus plura leguntur apud Philoponum de Mundi Creat. L. IV. 20. 560. T. XII. Gall. et Nicephor. in Synes. p. 404.

Ἠέριον μετὰ φέγγος ἀπείριτον ἀστερόπληθες
ἄχραντον πολὺ (l. *πάλι*) *δῶμα Διὸς λίπον ἠδ' ἐπιβαίνω*
γαίης ζωοτρόφοιο etc.

In ejusdem deae oraculo Eus. IV. 23. 176. pro *ἀπειροτεχνὴς* certe *ἀπειρολεχὴς* scribendum, idemque vitium I. Lydo de Mens. III. 4. 34. eximendum cum aliis foedioribus, quae Meineckii acumen effugerunt Quaest. Menandr. p. 22. Ejusmodi menda Schowius adhibitis necessariis subsidiis facile corrigere potuisset v. c. IV. 1. 55. ubi intercepta sunt verba, quae Suidas asservavit s. *Ἰανουάριος*. *Ἰσάτιδος βροντῆς* I. 7. 9. inepte scriptum pro *βοτάνης*, quod cum aliis Bandurius exhibet Comm. Antiqq. CSp. p. 832. et Boissonadius conjectura assequutus est ad Tiberium de Fig. p. 36. Plura Valesius ad Socrat. Hist. Eccl. V. 18. 284. Fabretti ad Columm. Traj. p. 158. [Haec scripsi ante sex annos; *ἀπειροτέχνη*, quod Roetherus in nova editione defendit, graecum non est.]

[k] Hunc, ut arbitror, praecessit versus a Plethone p. 30. cum inepta interpretatione prolatus: *Λαιῆς ἐν λαγόσιν κοινῆς ἀρετῆς πέλε*

L. V. 322. Altius in hanc doctrinae Chaldaicae inquisitionem non descendam quam nemo adhuc ne primoribus quidem digitis attigit.

EPIMETRUM VI.

ad §. 16. not. m.

In descriptione Asiae Strabo L. XIII. 626. ad lacum Gygaeum haud procul Sardibus, templum Dianae memorat Coloenae *μεγάλην ἁγιστείαν ἔχον· φασὶ δ᾽ ἐνταῦθα χορεύειν καλαθοὺς κατά τινας ἑορτάς, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως παραδοξολογοῦντες*, ubi quod cod. Venet. exhibet *πιθήκους* ex *πιθάκνας* detortum videtur. A Strabone sine dubio sumsit Eustathius quae p. 1627. 49. narrat: *κᾶλα θέοντα κυκλοειδῶς ἀποτελεῖ καλαθοὺς, ὁποῖοι καὶ οἱ τῆς Δήμητρος, οὓς ὀρχεῖσθαι λόγος ἔν τινι τελετῇ Δημητριακῇ*, quem errorem calathi Cerealis recordatio haud tempestive oborta festinanti objecisse videtur; alio loco p. 366. rectius subsultantes *καλαθίσκους* Dia-

πηγή· longe pejor ea lectio quam Psellus sequitur p. 81. *Ἑκάτης ἀρετῆς πέλε πηγή*. Proculus in Theol. VI. 11. 372. *τὴν μὲν πρωτίστην ἐκεῖνοι [οἱ βάρβαροι] μονάδα καλοῦσιν Ἑκάτην, τὴν δὲ μέσην ψυχὴν, τὴν δὲ τρίτην ἀρετήν.* Est autem *ἡ τῆς φύσεως πηγή* sive essentia (in Cratyl. c. 170. p. 100.) prima monas deae vivificae Id. in Theol. V. 64. 318. cujus deae in dextro latere anima fontana sive crater animarum, in altero fontana virtus residet. Id. in Tim. V. 315. Universam triadem Rheam appellat in Theol. V. 13. 882. et modo ad hanc deam revocat animarum fontem seu principium Tim. V. 315. modo singulis ejus monadibus ex Graeca Theologia, Dianam, Proserpinam, Minervam aequiparat in Theol. V. 11. 373. Cratyl. 179. p. 111.

nio adsignat. Ad similem usum comparatae videntur Romanorum subsiles. Festus p. 539. Subsilles sunt, quas aliter ipsilles vocant, lamellae necessariae sacris, quae ad rem divinam conferre dicuntur maxime, specie virum et mulierum. Idem p. 295. Ipsullices bracteae in virilem muliebremque speciem conversae[†], ubi Scaliger ipsiplices reponit, quod nomen in Gloss. Gr. Lat. *αὐτόπτυκα φύλλα* redditur. Num veteribus notas fuisse putabat illas ceratas bracteas, quas circulatores, quasi ad explorationem temperamentorum, manibus circumstantium imponunt, complicaturas sese magis minusve pro calore tenentis? In Nott. ad Catal. p. 74. easdem auriplices dictas putat et hoc nomen restituit in versibus Laevii ap. Apulej. Apol. 455. ubi philtra enumerantur. Gerhardus Vossius in Etym. p. 269. nomen ipsullices ab ipse et ilex compositum imagunculas significare existimat a Magis fictas, ut eum, cujus ea imago esset, pellicerent in amorem. Isaac Vossius ad Catull. p. 46. narrat rem nemini compertam, pontifices et Salios in ponte sublicio saltantes sacris suis adhibuisse ejusmodi bracteas, in quibus expressae essent deorum heroumque imagines[a]. Kircherus in Sphing. Myst. p. 41. de suo, ut solet, adjicit characteres ma-

[†] Diversae hinc videntur sacerdotales bracteae, mysticis literis inscriptae, quibus Assyrios se ipsos sanctificare ex Porphyrio et Proculo tradit Nicetas Comm. ad Greg. Naz. Or. XLII. p. 1132. D.

[a] Obscure Hesychius: *Πλάστρα ἐνώτια ἢ θεῶν τύποι.* Num significantur deorum typi sive clypei pectorales, quos Galli et Isiaci gestabant, an quod Vossius sentit?

gicos, a Stoecheomaticis insculptos. Checozius denique in Dissert. Acad. Corton. T. I. p. II. 137 ipsilles effigies fuisse hominum, quae pro victimis humanis substituerentur. Nobis subsiles potius ab eo quod est subsilire dictae videntur, ut insile apud Lucretium V. 1350. quod modo repellitur a pectore texentis modo recellit, et eaedem ipsilices seu ipsiciles a cillendo, hoc est, *αὐτοκίνητα*, automata seu neurospasta seu vi lapidis Magnetis mota, ut annuli Samothracii et simulacra divina, quae Gesnerus commemorat ad Claudian. XLVIII. v. 22.

LIBER SECUNDUS.

ORPHICA.

gicos, a Stoecheomaticis insculptos. Checozius denique in Dissert. Acad. Corton. T. I. p. II. 137 ipsilles effigies fuisse hominum, quae pro victimis humanis substituerentur. Nobis subsiles potius ab eo quod est subsilire dictae videntur, ut insile apud Lucretium V. 1350. quod modo repellitur a pectore texentis modo recellit, et eaedem ipsilices seu ipsiciles a cillendo, hoc est, *αὐτοκίνητα*, automata seu neurospasta seu vi lapidis Magnetis mota, ut annuli Samothracii et simulacra divina, quae Gesnerus commemorat ad Claudian. XLVIII. v. 22.

LIBER SECUNDUS.

ORPHICA.

INDEX CAPITUM.

PARS PRIMA GENERALIS.

PARS SECUNDA SPECIALIS.

CARMINUM ORPHICORUM RELIQUIAE.

PARS TERTIA.

FRAGMENTA INCERTA.

PARS PRIMA GENERALIS.

CAP. I.

De Orphei artibus et inventis.

Ordiendi operis initium sumam non unde vulgo prooemiantes auspicari solent, sed ab eo loco, ex quo, velut aliqua ex specula, in totam regionem, quam emensuri sumus, prospectus pateat. Nam quae de Orphei patria, genere, vita narrantur, parerga sunt, meliusque in transitu, si quis me locus admonuerit, tractabuntur; artibus vero, quas ei antiquitas affinxit, institutisque et inventis, quibus inclaruit, solum quasi et fundamentum totius fabulae continetur. Sunt autem, quae aut primus invenisse aut prae ceteris excoluisse dicitur, haec:

I. Metrum heroicum. Longinus Fragm. III. (p. 141. in Hephaest. Gaisf.) *ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, παράδειγμα τεθήσεται, ὅ τινὲς μὲν Ὀρφέως, τινὲς δὲ τῆς Πυθίας παραλαμβάνουσι· περὶ γὰρ τῶν ἐπῶν λέγων ἢ λέγουσα*

Ὄρθιον ἑξαμερὲς τετόρων καὶ εἴκοσι μέτρων.

quem versum qui Pythiae tribuerunt, communem

famam sequuti sunt, Phanotheae vel Phemonoae inventi hujus honorem deferentem. Orpheum auctorem praedicat Damagetas in Epigr. V. p. 39. Anall. T. 2.

Ὅς ποτε καὶ τελετὰς μυστηρίδας εὕρετο Βάκχου [a]
καὶ στίχον ἡρῴῳ ζευκτὸν ἔτευξε ποδί.

et Plotius de Metr. c. V. p. 1629. Heroicum metrum, quod et Delphicum et Theologicum nuncupatur; Delphicum ab Apolline Delphico, qui primus hoc est usus metro; Theologicum ab Orpheo et Musaeo, qui deorum sacerdotes quum essent, hymnos hoc metro cecinerunt. Phemonoen, quam plerique hexametrum heroicum invenisse consentiunt [v. Hermann. Doctr. Metr. Elem. p. 331.] paucis annis hos poetas antecessisse affirmat Clemens Strom. I. 323. (383.) *μετὰ Φημονόην ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσιν ὀκτὼ οἱ περὶ Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον καὶ Λίνον τὸν Ἡρακλέους διδάσκαλον.* Eusebius Pr. Ev. X. 4. 469. B. *πρῶτον γοῦν πάντων Ὀρφέα, εἶτα δὲ Λίνον, κἄπειτα Μουσαῖον ἀμφὶ τὰ Τρωικὰ γενομένους ἢ μικρῷ πρόσθεν.*

II. Literarum inventorem fuisse Orpheum testatur Alcidamas Or. c. Palam. p. 75. T. VIII. Reisk. *Γράμματα πρῶτον Ὀρφεὺς ἐξήνεγκε παρὰ Μουσῶν μαθών, ὡς δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα — Τῇδ' Ὀρφέα Θρῇκες ἔθηκαν, ὃς — Ἡρακλῆν ἐδίδαξεν,*

[a] Jacobsius ad h. l. Damagetes noster mysteria Orphica cum Bacchicis confundit, quae illis recentiora fuisse, dubitari non potest. Imo, quae Orphica vocantur, eadem Bacchica fuisse, res certissima est.

ἀνθρώποις εὑρὼν γράμματα καὶ σοφίην [Anall. T. III. 253.] quo loco sequitur de Musaei inventis narratio obscurissima et prioribus contraria: *Ἀριθμοὺς Μουσαῖος ὁ τῶν Εὐμολπιδῶν Ἀθηναῖος, ὡς καὶ τὰ ποιήματα αὐτοῦ δηλοῖ*

Ὄρθιον ἑξαμερὲς τετόρων καὶ εἴκοσι μέτρων.
ὡς δεκάτην γενεὴν ἑκατὸν βιοῦν ἄνδρες —

quae neque Passowius attigit in docto de Musaei carminibus commentario, neque ego expedire possum.

III. Item Magiae. Apulejus Apol. I. 326. (449.) Qui providentiam mundi curiosius vestigant et impensius deos celebrant, eos vulgo Magos nominant, ut olim fuere Epimenides et Orpheus et Pythagoras et Ostanes. Apollonius Epp. XVI. 390. *Μάγους οἴει δεῖν ὀνομάζειν τοὺς ἀπὸ Πυθαγόρου φιλοσόφους καὶ τοὺς ἀπὸ Ὀρφέως.* Pausanias VI. 20. Aegyptii cujusdam hominis opinionem affert: *εἶναι μὲν Ἀμφίονα, εἶναι δὲ καὶ τὸν Θρᾷκα Ὀρφέα μαγεῦσαι δεινὸν καὶ αὐτοῖς ἐπᾴδουσι θηρία τε ἀφικνεῖσθαι τῷ Ὀρφεῖ καὶ Ἀμφίονι ἐς τὰς τοῦ τείχους οἰκοδομίας τὰς πέτρας.* Non feras, ut vulgo dicitur, sed homines feros et silvestres ad mansuetioris vitae cultum ab Orpheo traductos esse Rhetorici interpretantur, Dio, Maximus, Heraclides, Quintilianus, Macrobius v. Markland. ad Max. Tyr. XXXVII. 6. 210. et Horatii imitator Palladius in Allegoria Orphei v. 10. Justitiam docuit coetuque congregavit uno Moresque agrestes expolivit Orpheus.

Artis magicae luculentum specimen est illa ἐπῳδὴ Ὀρφικὴ, qua uti cupiunt Satyri in Eur. Cycl. 639. ὥς αὐτόματον τὸν δαλὸν τρέχειν· cui simile magi Lucianei miraculum Philopseud. §. 35. p. 288. T. VII. Goethii imitatione nobilitatum [b] et Simonis Magi, qui, ut Clemens narrat in Homil. II. 32. 638. ἀνδριάντας ποιεῖ περιπατεῖν — τὰ ἐν οἰκίᾳ σκεύη ὡς αὐτόματα φερόμενα πρὸς ὑπηρεσίαν βλέπεσθαι ποιεῖ, plane ut Pancrates Lucianeus modo pistillum, modo scopas, modo aliud instrumentum humanis vestibus indutum sibi pro ministro bajulare jubet. Orphei numen in sacris magicis invocatum esse significare videtur Augustinus de Civ. XVIII. c. 14. per idem temporis intervallum extiterunt poetae, qui etiam Theologi dicerentur, quoniam de diis carmina faciebant, — Orpheus, Musaeus, Linus. Verum isti Theologi nonpro diis culti sunt [c], quamvis Orpheum nescio quomodo infernis sacris praeficere soleat civitas impiorum.

[b] Carmen inscriptum est Der Zauberlehrling. Ejusdem poetae epyllion Die Braut von Corinth. e Phlegontis Tralliani Mirabilium C. 1. derivatum; Hyonis et Amandae fabula, quam Wielandius a gallicano scriptore sumsisse se dicit, adumbratur a Charete Mitylenaeo Athen. XIII. 575. A.

[c] Aliter Tertullianus de An. c. II. 212. T. IV. Seml. plerosque auctores etiam deos existimavit antiquitas nedum divos, ut Orpheum, ut Musaeum. Lampridius in Sev. c. XIX. 981. Alexander Severus matutinis horis in larario suo, in quo — Apollonium, Christum, Abraham et Orpheum et hujuscemodi deos habebat, rem divinam faciebat. Orpheum semideis adnumerat Athenaeus XIV. 632. C. Orphei templum in Thracia et sacrificia prodidit Conon c. XLIV. Caput ejus a Lesbiis conditum ἵναπερ νῦν τὸ Βακχεῖον ἔστι Lucian. adv. Indoct. §. p. 14. T. VII. locum unde illud vaticinatur, ἄδυτον vocat Philostratus V. Apoll. IV. 14. 151. φασὶ δὲ ἐνταῦθά ποτε τὸν Ὀρφέα μαντικῇ χαίρειν, ἧς τὸν Ἀπόλλω ἐπιμεμελῆσθαι αὐτόν, ubi ἐπινενεμεσῆσθαι αὐτῷ scribendum videtur. Mortuorum capita fatidica jam multo ante

IV. Orphei vaticinia literis mandata complures celebrant. Clemens Strom. I. 400. Ὀρφέα Φιλόχορος μάντιν ἱστορεῖ γενέσθαι ἐν τῷ ά περὶ μαντικῆς. Schol. Alcest. 985. ποιητὴς καὶ μάντις ἦν ὁ Ὀρφεύς· Φιλόχορος ἐν ά περὶ μαντικῆς ἐκτίθησιν αὐτοῦ ποιήματα ἔχοντα οὕτως

Οὔ τοι ἀριστερός εἰμι θεοπροπίας * * * [ee]

v. Philoch. Fragm. p. 98. Isque significat oracula quae Orpheus, quum viveret, edidit; mortui vaticinium unum novi, illud quod Cyro tribus verbis edidit ἐμὰ. τὰ σά.

V. Sacra lustralia. Proculum Marinus narrat in Vit. c. XVIII. p. 13. noctu et interdiu usum esse ἀποτροπαῖς καὶ περιῤῥαντηρίοις καὶ τοῖς ἄλλοις καθαρμοῖς, ὁτὲ μὲν Ὀρφικοῖς, ὁτὲ δὲ Χαλδαϊκοῖς. Eusebius Pr. Ev. V. 31. 226. Ὀρφικούς τινας ἢ Ἐπιμενιδείους καθαρμούς. Adde quod apud Jamblichum V. P. XXVIII. (151.) 316. Pythagoras praedicat Orpheum summam habuisse rerum divinarum cognitionem, eoque καθαρμοὺς καὶ τὰς λεγομένας τελετάς accuratissime tradidisse. Eidemque philosopho et Empedocli scientiam expiandi tribuit Philostratus V. Apoll. VI. 5. 234. ὅσα Ἐμπεδοκλῆς καὶ Πυθαγόρας ὑπὲρ καθαρσίων νομίζουσι. fortasse ob hanc causam, quod uterque quorumvis animantium, non hominum solum, caedem religiose, tanquam piaculum, detestati sunt,

Bafometum et illud galeatum phantasma, quod in fabula Shakspeariana introducitur, memorat Phlegon Mirab. III. 60. cf. Vandal. de Idol. p. 667. Voss. ad Maimon. c. VI. 2. 74. Arnkiel. Cimbr. Heidenth. p. 90.

[ee] Supplendum ἀναφαίνειν vel ἀγορεύειν.

unde Themistius Or. II. 38. A. *καθαρὰς φυλάξαι καὶ δικαίου φόνου τὰς χεῖρας μᾶλλον Φερεκύδου καὶ Πυθαγόρου*· cujus religionis Orpheum quoque participem fuisse, proximo dicetur loco.

VI. Rituum secretiorum administratione Orpheum vatem a vulgaribus poetis discernit Plato Protag. p. 316. D. *πρόσχημα ποιεῖσθαι τοὺς μὲν ποίησιν, οἷον Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον, τοὺς δὲ αὖ τελετάς τε καὶ χρησμῳδίας, τοὺς ἀμφί τε Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον*, quo loco utrum de utro praedicetur, intelligitur ex Philostr. Herr. II. 19. 693. *Ὀρφέα ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ τὴν θεολογίαν ὑπερῇρεν (Ὅμηρος), Μουσαῖον δὲ ἐν ᾠδαῖς χρησμῶν.* Ab Orpheo Liberi Patris sacra instituta esse, plerique tradunt et antiquissimi, non ita multi Eleusinia, pauci mysteria in universum. Apollodorus I. 3. 2. *εὗρε δὲ Ὀρφεὺς καὶ Διονύσου τὰ μυστήρια.* Lactantius Instit. I. 22. p. 154. ed. Buenem. Sacra Liberi primus Orpheus duxit in Graeciam — — ea sacra etiamnunc Orphica appellantur. Proculus in Polit. p. 398. *Ὀρφεὺς ἅτε τῶν Διονύσου τελετῶν ἡγεμὼν γενόμενος τὰ ὅμοια παθεῖν λέγεται τῷ σφετέρῳ θεῷ.* Diodorus III. 64. auctor est Tharopem Thraciae regem a Dionyso eruditum esse, a Tharope autem Oeagrum filium cum imperio accepisse *τὰς ἐν τοῖς μυστηρίοις τελετὰς, ἃς ὕστερον Ὀρφέα μαθόντα πολλὰ μεταθεῖναι τῶν ἐν τοῖς ὀργίοις, διὸ καὶ τὰς ὑπὸ Διονύσου γενομένας τελετὰς Ὀρφικὰς προςηγόρευσαν*, quibus consentanea sunt Herodoti aliorumque testimonia infra C. II. producenda.

Eleusiniorum institutionem communi fere antiquitatis consensu ad Orpheum referri auctorem asseverat Clavierius in Hist. d. prem. tems T. I. 87. et Meinersius in Comment. Goetting. T. XVI. 213. Eumolpum post Diodori demum tempora ad hunc honorem evectum putat, sed neuter evincet ut apertissima Istri, Androtionis, Acesodori aliorumque testimonia, qui Eleusinia definite *Εὐμόλπου ὄργια* (Epigr. ἀδέσπ. DCCL.) Eumolpum conditorem vocant, postponamus ambiguis Aristophanis et Demosthenis indiciis Rann. 1059. Or. I. c. Aristog. p. 772. qui quum Orpheum indistincte teletas invenisse affirmant, non impediunt, quominus unum earum genus seorsum Eumolpo inscribamus auctori. Neque necesse est in Eurip. Rhes. 933. ubi Orpheus *μυστηρίων ἀποῤῥήτους φάνας* (*φανάς*) instituisse commodo Atheniensium dicitur, Eleusinia potius intelligi quam sacra lustralia in universum, Atheniensibus non minus quam ceteris Graecis honora et salutaria. Gravissimum vero argumentum praebent Eumolpi cum Cerere commercia [d] et in bello Eleusinio principatus, quarum rerum memoria cum Eleusiniorum institutione conjunctissima est; Orpheum autem ne in Attica quidem commoratum esse constat [e]. Generatim mysteria ei imputat Eusebius Praep. Ev. I. 6. 17. D. *φασὶ πρῶτον Ὀρφέα μεταστησάμενον*

[d] Huc etiam referri potest, quod Plinius narrat VII. 57. p. 59. Bip. Culturas vitium et arborum invenit Eumolpus Atheniensis.

[e] Nihil contra valet quod Sidonius Apoll. Carm. VI. 1. Orpheum Panathenaea concelebrantem inducit, nec Lei Leontidarum Eponymi ab Orpheo ortus; sed carmina Musaeo Atheniensi inscripta, modo

τὰ παρ' Αἰγυπτίοις Ἕλλησι παραδοῦναι μυστήρια: et Schol. Eur. Alc. 985. πρῶτος Ὀρφεὺς μυστήρια θεῶν παραδέδωκεν, ὅθεν καὶ θρησκεία τὰ μυστήρια καλεῖται, ἀπὸ τοῦ Θρᾳκὸς Ὀρφέως: quae originatio certatim laudatur. v. Kuester. ad Suid. s. Θρησκεύειν. Sed singula mysteriorum genera ab Orpheo introducta recenset Theodoretus Therap. I. 699. T. IV. Schulz. Ὅτι τῶν Διονυσίων καὶ τῶν Παναθηναίων καὶ μέντοι τῶν Θεσμοφορίων καὶ τῶν Ἐλευσινίων τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκόμισε, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος τὰ τῆς Ἴσιδος καὶ τὰ τοῦ Ὀσίριδος εἰς τὰ τῆς Δηοῦς καὶ τὰ τοῦ Διονύσου μετατέθεικεν ὄργια, διδάσκει Πλούταρχος (Fragm. 84, 891.) καὶ Διόδωρος (I. 96.). μέμνηται δὲ καὶ Δημοσθένης (Or. c. Arist. l. c.) καί φησι τὸν Ὀρφέα τὰς ἁγιωτάτας τελετὰς ἐπιδεῖξαι· perverse ille veterum testimonia interpretatus; nam Thesmophoria et Panathenaea nihil ad Orpheum, ac ne Dionysia quidem sed Bacchica. Plutarchi locus, quem ante oculos habuit, non extat amplius; sed Diodorus hanc narrat Aegyptiorum fabellam, cui vix ipse fidem habet: Ὀρφέα φασὶ τῶν μυστικῶν τελετῶν τὰ πλεῖστα ἀπενέγκασθαι· τὴν μὲν γὰρ Ὀσίριδος τελετὴν τῇ Διονύσου τὴν αὐτὴν εἶναι, τὴν δὲ τῆς Ἴσιδος τῇ τῆς Δήμητρος ὁμοιοτάτην ὑπάρχειν, τῶν ὀνομάτων μόνον ἐνηλλαγμένων· et c. 23. Ὀρφέα εἰς Αἴγυπτον παραβαλόντα καὶ μετασχόντα τῆς τελετῆς καὶ τῶν

ut antiqua sint, indicium quoddam gentilitatis afferunt. Qui Eumolpum ab Orpheo eruditum tradunt. v. Ovid. III. Pont. III. 41. hujus controversiae componendae rationem ostendunt speciosam magis quam probabilem.

Διονυσιακῶν μυστηρίων μεταλαβόντα τοῖς τε Καδμείοις φίλον ὄντα μεταθεῖναι τοῦ θεοῦ γένεσιν ἐκείνοις χαριζόμενον [f], unde nihil aliud consequimur, quam ut Orphei sacra potissimum in Cereris Liberique cultu posita fuisse intelligamus; quos deos inferis praeesse crediderunt non solum Aegyptii Herodot. II. 123. verum etiam Graeci Artemid. II. 35. [g] Nec fortuitum videtur, quod Herodotus eodem loco subjungit, Aegyptios primos fuisse qui animos interitus expertes post mortem animalium corporibus insinuari, transactis autem ter mille annis in humanam formam restitui dicerent, eamque sententiam Graecorum nonnullos amplexos esse. Hinc enim intelligitur, cur Orphici ejusdem sententiae fautores sacra sua, quibus scelera expiari omnisque poenae post mortem subeundae metum amoveri sponderent, iis inscripserint numinibus, quorum vis ad inferos et ad alterius vitae conditionem pertinere crederetur. Verum hoc in antecessum; nam tractabitur postea ex professo.

[f] Orpheum natu Aegyptium fuisse serio defendit Larcherus ad ad Herodo. II. 81. 343. et hinc in anaglyphis Orum simillime Orpheo repraesentari ferarum coetu circumdatum. Pausaniae locus VI. 20. quo Schmidtius Opusc. Diss. III. p. 10. 120. ridiculam opinionem stabilivit, jam dudum emendatus est. Orphei ille comitatus silvestris saepius in artificum veterum monimentis apparet. v. Aringhi Rom. subterr. VI. c. 21. Caylus Rec. T. III. 51. Eckhel Doctr. Num. IV. 68. et 74. Welcker ad Philostr. Imagg. p. 611.

[g] Praecidanea porca Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo justa non fecisset. Festus s. v. Heredi porca praecidanea suscipienda Telluri et Cereri. Varro Fragm. p. 247. Bip. *τῇ δωδεκάτῃ θύσαντας ἔδει Δήμητρι λύειν τὸ πένθος* Plutarch. Lycurg. c. XXVII. *τοὺς νεκροὺς Ἀθηναῖοι Δημητρείους ἐκάλουν τὸ παλαιόν* Id. de Fac. in Orb. Lun. XXVIII. 91. T. XIII. Et quidam c e r r i t u s hinc derivant, quasi l a r v a t u s. v. L. I. §. 11. not. c.

Complurium sacrorum auctorem ferri Orpheum Pausanias tradit, sed ita ut aut non adsentiatur affirmantibus aut etiam aperte repugnet: *Λακεδαιμονίοις ἐστὶ ναὸς Κόρης Σωτείρας, ποιῆσαι δὲ τὸν Θρᾶκα Ὀρφέα λέγουσιν, οἱ δὲ Ἄβαριν* III. 13. *Δήμητρα χθονίαν Λακεδαιμόνιοι μὲν σέβειν φασὶ παραδόντος σφίσιν Ὀρφέως· δόξῃ δὲ ἐμῇ διὰ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Ἑρμιόνῃ κατέστη καὶ τούτοις χθονίαν νομίζειν Δήμητρα* ib. c. 14. *Θεῶν Αἰγινῆται τιμῶσιν Ἑκάτην μάλιστα καὶ τελετὴν ἄγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος Ἑκάτης, Ὀρφέα σφισι καταστήσασθαι τὴν τελετὴν λέγοντες* II. 30. De his loquitur Origenes c. Cels. VI. 290. *οὐ δοκεῖ παρ' Ἕλλησιν εἶναι ἐξαίρετα τὰ τοῦ Μίθρα παρὰ τὰ Ἐλευσίνια ἢ τὰ παραδιδόμενα τοῖς ἐν Αἰγίνῃ μυουμένοις·* de argumento (ne quis a me praetermissum miretur) nihil constat; sed lustralia fuisse haec sacra eoque Eleusiniis dissimilia intelligitur ex Aristophanis Vesp. 122. ubi Philocleo, ut ab insania liberaretur, primum Corybantibus initiatus, post Aeginam deductus dicitur. Lucian. Navig. §. 15. p. 168. T. VIII. *πρῶτον ἐς Αἴγιναν ἐπὶ τὴν τῆς Ἐνοδίας τελετὴν διεπλεύσαμεν·* ubi *πρώην* legendum. A Libanio Or. p. Aristoph. p. 426. laudatur Menander quidam *φίλος Ἑκάτῃ πλέων μὲν εἰς Αἴγιναν ὑπὲρ τῶν ἐκείνης ὀργίων, κορυφαῖος ὢν τοῦ θιάσου.*

VII. Quantam Orpheus artis medicae scientiam habuerit, ostendit Chori oratio Eur. Alc. 976. medicamentum expetentis in tabulis Thraciis perscriptum, *τὰς Ὀρφέως κατέγραψε γῆρυς.* Musi-

cum summum fuisse non solum novitii testantur auctores, quales hactenus producti sunt, sed Pindarus, Aeschylus Agam. 1640. Euripides Iph. A. 1199. Summam autem omnium, quae de Orpheo praedicantur, Pausanias complectitur IX. 30. Ὀρφεὺς ἐπὶ μέγα ἦλθεν ἰσχύος οἷα πιστευόμενος εὑρηκέναι τελετὰς θεῶν καὶ ἔργων ἀνοσίων καθαρμοὺς νόσων τε ἰάματα καὶ τροπὰς μηνιμάτων θείων, quae omnia ad unum genus recidunt, cui recentiores Magiae nomen indiderunt. Quo continetur τελεστοῦ notio piacula publice privatimque suscepta procurantis et animi corporisve labes seu proprio errore contractas sive hereditarias arcanis quibusdam cerimoniis expiantis.

VIII. Postremo, ne quid omittatur, Orpheus Thracum populis fuit auctor amorem in teneros transferre mares. Ovid. Met. X. 83. Hyginus Astron. VII. eum a mulieribus discerptum tradit per Venerem instigatis, quia Jupiter in lite de Adonide Calliopen judicem dederat; alii dicunt quod Orpheus primus puerorum amorem induxerit; quod a Phanocle ita traditum est. Plato Rep. X. 620. A. ejus mortem violentam et natum hinc in mulieres odium commemorat, quas an vivus offenderit Orpheus, nullius antiquioris auctoris testimonio constat, nec satis liquet crimen ipsum (quo Thamyris quoque infamatur) utrum ex Thracum moribus conjectum an e sacris carminibusque Orphicis ductum fuerit.

CAP. II.

De vita Orphica.[a]

Adhuc in vestibulo totius quaestionis versati sumus; sequitur ut de disciplina Orphica dicamus, quae pluribus praeceptis continetur et reconditioribus. Primum hoc ponam quod Herodotus in transitu prodidit II. 81. ubi Aegyptios vulgo laneis vestibus uti narrat: *οὐ μέντοι ἔς γε τὰ ἱρὰ ἐσφέρεται εἰρίνεα οὐδὲ συγκαταθάπτεταί σφι· οὐ γὰρ ὅσιον· ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι καὶ Πυθαγορείοισι*[aa]· *οὐδὲ γὰρ τούτων τῶν ὀργίων μετέχοντα ὅσιόν ἐστι ἐν εἰρινέοισι εἵμασι θαφθῆναι· ἔστι δὲ περὶ αὐτῶν ἱρὸς λόγος λεγόμενος·* ex quo non sequitur Orphicorum sacrorum cultores usum lanearum vestium prorsus repudiasse, licet id affirmare videatur Apulejus Apol. p. 495. Lana jam inde Orphei et Pythagorae scitis profanus vestitus est. Pythagoram ipsum huic legi se obstrinxisse negat Aristoteles Diog. VIII. 19. Neque veteres Orphicos scrupulosiores fuisse arbitror quam Aegyptios ipsos, qui quum vulgo valeret opinio morticinis coelestes pollui religiones[b], eadem cautione in sepulcro-

[a] Minimam partem eorum, quae huc pertinent, complexus est Fraguierius in Dissert. Sur la vie Orphique, in Mem. Acad. Paris. T. V. p. 117.

[aa] Prave hunc locum a Wesselingio sollicitari dudum monuit Gesnerus in Prolus. qua ostenditur dogma de perenni animorum natura per Eleusinia propagatum esse mysteria, in Biogr. Goetting. T. II. p. 87. sed id, quod ostendere conatus est, non obtinuit.

[b] Varro de L. L. VI. 5. scortea ea, quae ex corio et

rum cerimoniis usi sunt; idque superstitiosis hoc facilius persuaderi poterat, quod linteae vestis usus Graecis antiquis domesticus erat (v. Wernsdorf. ad Him. XI. 572.) eoque aptior ad rem divinam. Ille vero *ἱερὸς λόγος* sine dubio ad metempsychosin spectabat monebatque initiatos ut animum a corporis commerciis, quantum fieri posset, avocare studerent; quam rationem quia Bacchicorum initiorum auctores Orphici a Pythagorá assumserant, Pythagoras ab Aegyptiis, propterea Herodotus orgia illa Pythagorica et Aegyptia esse dicit, quippe ad Pythagorae et Aegyptiorum sententias composita.

Haec quidem de cultu Orphicorum traduntur; nec minor illis cura victus mundi, nullaque animantium caede parati. Plato Legg. VI. 782. D. *θύειν ἀνθρώπους ἔτι καὶ νῦν παραμένον ὁρῶμεν πολλοῖς, καὶ τοὐναντίον ἀκούομεν ἐν ἄλλοις ὅτι*

pellibus sunt facta; inde in aliquot sacris et sacellis scriptum habemus, Ne quid scorteum adhibeatur, ne quid morticinum. De Carmentae hoc refert Ovidius Fast. I. 629. Appianus Civ. IV. 11. 726. *ὑπόδημα λευκὸν ἀττικὸν, ὃ καὶ Ἀθηναίων ἔχουσιν ἱερεῖς καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ καλοῦσι φαικάσιον* et papyro, ut videtur, textili, quo sacerdotes Aegyptios usos esse scimus. v. Schmidt. de sacerd. Aeg. p. 44. *ὑποδήματα Αἰγύπτια* vocat Aristides Or. Sacr. I. 287. In Eratosthenis versu (Bernhardy p. 160.) quem affert Balduinus de Calc. ant. c. 14. p. 181. *πέλμα ποτιῤῥάπτεσκεν ἐλαφροῦ φαικασίοιο*, scribendum videtur *ποτιῤῥίπτασκε*, de aquila illa, quae lavanti Rhodopidi calceum surripuit *καὶ ἐκόμισεν εἰς Μέμφιν δικάζοντος Ψαμμιτίχου καὶ εἰς τὸν κόλπον ἐνέβαλε τὸ ὑπόδημα* Aelian. V. H. XIII. 33. sive ut Strabo ait XVII. 808. *ἔῤῥιψε*. Pythagoricus ille, qui a sutore Phaecasia emit Senec. Benef. VII. 21. sine dubio propter praeceptoris interdictum scorteis uti noluit, ac fortasse etiam *βασιλίδες*, quas Athenis rex sacrorum gestabat Poll. VII. 25. papyraceae aut linteae erant; Romae quidem Flaminicae morticinis calceis uti non licebat Serv. Aen. IV. 646. nec fortuitum videtur quod Lucianus Alex. §. 89. 100. T. V. Eumolpidas et Ceryces Paphlagonicos carbatinis induit; certe in magico sacro Ammian. XXIX. 1. 30. oraculi consultor linteis indumentis amictus est, calceatusque itidem linteis soccis.

οὐδὲ βοῦς ἐτόλμων γεύεσθαι, θύματα δὲ οὐκ ἦν θεοῖς ζῶα, πέλανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα· σαρκῶν δ' ἀπείχοντο ὡς οὐχ ὅσιον ἐσθίειν, οὐδὲ τοὺς τῶν θεῶν βωμοὺς αἵματι μιαίνειν, ἀλλὰ Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι ἐγένοντο τοῖς τότε, ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάντων, ἐμψύχων δὲ πάντων ἀπεχόμενοι· quibus concinunt Euripides Hipp. 946. ἄψυχον βορὰν ad speciem vitae sanctae Orphicaeque referens, et apertius Plutarchus Conviv. Sept. XV. 38. T. VIII. (159. C.) τὸ ἀπέχεσθαι σαρκῶν ἐδωδῆς, ὥσπερ Ὀρφέα τὸν παλαιὸν ἱστοροῦσι, σόφισμα μᾶλλον ἢ φυγὴ τῶν περὶ τὴν τροφὴν ἀδικημάτων ἐστί. Et Hieronymus adv. Jovin. L. II. p. 206. T. IV. ed. Martian. Orpheus in carmine suo esum carnium detestatur. In carminum Orphicorum reliquiis nullum hujusmodi praeceptum legitur, nisi forte senariis istis, quos idemtidem profert Sextus c. Math. II. 31. IX. 15. c. Phys. I. 2. 551. c. Rhetor. II. 295. νόμων ἀναιρεθέντων καὶ αἱ πόλεις διόλλυνται· παρ' ὃ καὶ ὁ θεολόγος Ὀρφεὺς τὸ ἀναγκαῖον αὐτῶν ὑποφαίνει

Ἦν χρόνος, ἡνίκα φῶτες ἀπ' ἀλλήλων βίον εἶχον
σαρκοδακῆ, κρείσσων δὲ τὸν ἥττονα φῶτα δάϊζε [*]

[*] Simile exordium Lini

ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει

(ἦν ὁ χρόνος ὅτ' ἦν Κρισαῖον ἔθνος Presbeut. Thesal. in Hipp. Opp. T. I. p. 4. ἦν ποτε χρόνος ἐκεῖνος ὅτ' ἤμην ἐγὼ τοιοῦτος Diog. VI. 56.) sed eadem sententia Moschionis:

ἦν γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος, ἦν ὁπηνίκα
θηρσὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοί.
ὁ δ' ἀσθενὴς ἦν τῶν ἀμεινόνων βορὰ κ. τ. ἑ.

declarare voluit poeta quam immanis fuerit pristinum victus et quam facile eo relapsuri sint homines, nisi a teneris insuescant manus a caede et sanguine abstinere. Aristophanes, quum Orpheum praedicat quod *τελετάς ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι*, ambigue loquutus est; clarius Horatius A. P. 391. silvestres homines caedibus et victu foedo deterruit Orpheus, anthropophagorum immanitatem designat. —

Tantulum est, quod de Orphica disciplina, si veterum testimoniis acquiescimus, dicere possimus; sed multa, quae de Pythagoreorum institutis [ee] memoriae prodita sunt, ad Orphicos, propter summam utriusque sectae similitudinem, transferre licebit. Falsa fortasse sed pervagata opinio est, Pythagoram sanctioris vitae praecepta aut ab Aegyptiis accepisse aut ab Orpheo. Illud affirmant Isocrates Busir. c. XI. 375. *Πυθαγόρας ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος ἐς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε καὶ περὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐμφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν·* et Plutarchus Symp. L. VIII. Quaest. VIII. c. 2. *Αἰγυπτίων τοῖς σοφοῖς συγγενέσθαι ὁμολογεῖται, ζηλῶσαί τε μάλιστα τὰ περὶ τὰς ἱερατικὰς ἁγιστείας.* cf. Suid. s. *Ἱερατική.* Ab Orphicis, Aegyptiis et Chaldaeis edoctum Pytha-

ap. Stob. Ecl. Ph. I. 9. 38. p. 240. et Euripidis in Sisypho I.

ἦν χρόνος ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος
καὶ θηριώδης ἰσχύος θ' ὑπηρέτης.

[ee] Haec quoque Plato Rep. X, 600. B. *Πυθαγόρειον βίον* nominat.

goram philosophiam cum deorum colendorum scientia conjunxisse auctor est Jamblichus XXVIII. 151. Id qui tradidere, prae ceteris superstitiones castimoniarum et praecepta (ut verbo utar ecclesiastico) sanctimonialia respexisse videntur, quibus Pythagorei sese devinxerunt. Horum plurima et Orphicis simillima affert Diogenes La. VIII. 33. τοὺς θεοὺς τιμᾶν ἁγνεύοντας· τὴν δὲ ἁγνείαν εἶναι διὰ καθαρμῶν καὶ λουτρῶν καὶ περιρραντηρίων καὶ διὰ τοῦ αὐτὸν καθαρεύειν ἀπό τε κήδους καὶ λεχοῦς καὶ μιασμάτων πάντων, καὶ ἀπέχεσθαι βρωτῶν θνησειδίων τε κρεῶν καὶ τριγλῶν καὶ μελανούρων καὶ ᾠοτόκων ζώων καὶ τῶν ἄλλων, ὧν παρακελεύονται καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιτελοῦντες· unde disciplinae mysticae et Pythagoricae congruentia cognoscitur, sed utra utram imitata fuerit, in ambiguo manet. Pythagoram multa ab Eleusiniis et Samothracibus didicisse tradunt vitae ejus scriptores; quorum non tantum valet auctoritas, ut non potius mystagogos et exegetas Pythagorae exuvias sibi adaptasse credamus, quod reapse ad fidem propius, quia sacerdotes nobilissimi cujusque philosophi inventa sibi asseruerunt. Plurima utrisque communia, neutris propria fuere, quippe a natura ipsa in animis hominum inchoata. Hujus enim vox est, qua D. Aurelianus cives suos rem divinam facturos compellavit q u a p u r i, q u a m u n d i, q u a s a n c t i, q u a v e s t i t u a n i m i s q u e s a c r i s c o m m o d i templum a s c e n d e r e n t Vopisc. Aurel. XIX. 460. (215. D.) Hinc

manarunt illa, quae de vitando rerum feralium et puerperii contactu deque morticinis praecipiuntur, et magna pars Pythagoricarum constitutionum: ἀνυπόδητον θύειν [d], μὴ τίκτειν ἐν ἱερῷ [e] et alia ejusmodi [f] quae quis primus sanxerit, non magis quaeri debet, quam qui primus nauta aut agricola fuerit. Pythagoreorum nonnullos piscibus abstinere, hujusque observationis λόγον ἀπόθετον καὶ ἀπόῤῥητον praetendi Plutarchus refert Symp. VIII. Quaest. VIII. c. 1. nec omittit apud Aegyptios quoque et Syros et quosdam Neptuni sacerdotes Graecos, id castum haberi, quorum alii aliam rationem sequuti sunt; Graeci, mea quidem opinione, hanc potissimum quod heroicis temporibus pisces haud facile nisi quum necessitas urgeret, in coena apponebant. v. Plat. Rep. III. 404. B. et quos Astius allegat p. 461. Nitzsch. Comm. ad Odyss. IV. v. 363. neque diis immolabantur [g]. Sed quod ad hujusmodi arbi-

[d] Post Braunium, Bynaeum aliosque, quos Lomeierus de Lustr. p. 429. et Schmidius de Sacerd. p. 42. allegant, plura de hoc pervagato more collegit Spanhemius ad Callim. H. in Cer. 125. Varro ap. Nonium p. 231. b. (478. ed. Lips.) quum duo templa memorat in quae introeuntes se non excalceent, rem singularem narrare videtur. Solinus contra c. XI. de Britomarte loquens Aedem numinis praeterquam nudus vestigia nullus licito ingreditur.

[e] v. Wyttenbach. ad Plut. de Superst. p. 1030.

[f] τὸ προςκυνήσαντας καθῆσθαι Numae praeceptum erat Tristan. Comment. T. I. 340. Brouckh. ad. Tibull. I. 3. 30. Marini gli atti d. frat. Arv. T. II. 528. non Pythagorae, ut multi affirmant, licet a Graecis quoque observatum sit. v. Polyb. XV. 29. Epigr. Adesp. CCLXXV. p. 172.

[g] Plutarch. d. III. 1. c. ἰχθύων θύσιμος οὐδεὶς οὐδὲ ἱερεύσιμος quod in universum valet, quanquam non defuerunt, qui piscibus rem divinam facerent. v. Lud. Nonii De re cibar. L. III. c. 8. Festus: Pisciculi vivi a praetore pro animis hominum Vulcano dati; et eosdem Julianus dicit Or. V. p. 176. perinde ut canes, equos,

tria attinet dextra in templa ingrediuntor, sinistra egrediuntor[h]; dis inferis paria offerunto, imparia coelestibus. Plut. Num. XIV. 171. Jamblich. l. c. c. 156. Serv. Aen. IV. 305. haec dubito an apud ullam civitatem in commune recepta fuerint, quamquam in cetero deorum superorum et inferorum cultu plerumque diversis atque adeo contrariis caerimoniis agitur [hh]. Sunt vero etiam quae, prout interpreteris, tam populi arbitrio constituta quam philosophorum decretis apta et consona videntur. Cujus generis sunt illa: Apulej. Met. XI. 537. se-pties summerso fluctibus capite, quod eum numerum praecipue religionibus aptissimum divinus ille Pythagoras prodidit. Idem Apol. p. 476. non enim ex quovis ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exsculpi[i]. Plinius XVI. 14. quidam superstitiosius exquirunt materiam, unde numen exsculpant, et quanquam Priapus haud gravatur ficulneus esse, non tamen idem liceat in Mercurio. quae Ho-

ἐν τελεστικαῖς θυσίαις immolari, ἐν τιμητηρίαις non item; nec veteres Ebraei deo offerre fas duxerunt.

[h] Petron. c. 30. exclamavit unus e pueris, dextro pede. v. Goesii not.

[hh] Servius Aen. VIII. 106. dici solebat in sacris: da quod debes de manu dextra aris. Septimius in Wernsdorf. Poet. Min. T. II. p. 288. inferis manu sinistra immolamus pocula. cf. Marini l. c. T. II. 592. Sic et Servius Aen. VI. 244. vina libari in sacris supernis, vergi in infernis dicit.

[i] Proverbium in Lex. Ms. Osann. Auctar. p. 73. ἐκ παντὸς ξύλου κλῷος γένοιτ᾽ ἂν καὶ θεός· vel, quod eodem redit, κύφων γένοιτ᾽ ἄν. pro quo mendose ibi scriptum κύρων.

ratii loco Sat. I. 8. aptissima, sed ab Heindorfio praetermissa sunt. Ex his igitur numquid in disciplinam Orphicam influxerit, sciri non potest, sed quam multis in rebus sectatores ejus cum Pythagoricis consenserint, tum aliunde cognoscitur tum ex abstinentia τῶν κυάμων, quo nomine plerique fabas (Aegyptiacas) Plutarchus autem ova significari putat Symp. II. 3. ᾠῶν ἀπεχόμενος ὑπόνοιαν παρέσχον ἐνέχεσθαι δόγμασιν Ὀρφικοῖς ἢ Πυθαγορικοῖς καὶ τὸ ᾠὸν [ii] ὥσπερ ἔνιοι καρδίαν καὶ ἐγκέφαλον, ἀρχὴν ἡγούμενος γενέσεως ἀφοσιοῦσθαι· καὶ προὔφερέν τις ἐπὶ γέλωτι τὸ

Ἶσόν τοι κυάμους ἔσθειν κεφαλάς τε τοκήων.

Didymus in Geopon. II. 35. p. 183. πρῶτος ἀπέσχετο κυάμων Ἀμφιάραος διὰ τὴν δι' ὀνείρων μαντείαν· φέρεται δὲ καὶ Ὀρφέως τοιάδε ἔπη

Δειλοί, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε

καὶ

Ἶσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν κεφαλάς τε τοκήων.

Orpheum quoque significare videtur Heraclides ap. Lyd. de Mens. p. 76. dum ineptissimae fabulae de fabis in speciem humanam, si sub stercore defossae fuerint, transituris adstipulatorem nominat poetam: καὶ διὰ τοῦτο τὸν ποιητὴν φάναι Ἶσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν κεφαλάς τε τοκήων. Alii hunc versum Pythagoricum celebrant, sed ambigue, ut nescias utrum ab Orpheo usu ceperint Pythagorei an proprio fetu enixi

[ii] Augustin. de Haer. XLVI. 12. Manichaei nec vescuntur carnibus — nec ova sumunt. Id propter alias quasdam Haereticorum sententias Orphicis similes praeterire nolui, plura alias dicturus.

sint. Clemens Strom. III. 435. D. μυστικῶς ἀπαγορεύουσι κυάμῳ χρῆσθαι κατὰ τὸ ἐπύλλιον ἐκεῖνο Ἶσόν τοι — κεφαλάς τε τοκήων. Lucianus in Gallo §. 4. 296. T. 6. ἀνάγκη σοι Πυθαγόρᾳ ὄντι παρανενομηκέναι καὶ τὸ ἴσον ἠσεβηκέναι κυάμους φαγόντα, ὡς ἂν εἰ τὴν κεφαλὴν τοῦ πατρὸς ἐδηδόκεις. Athenaeus indistincte philosophos hoc praecipere ait II. 65. E. ubi κεφαλὰς τρώγειν legitur, Eustathius p. 948. veteres, τοῖς παλαιοῖς[*] λόγον φασὶν εἶναι ἱερὸν Ἶσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν· quo ex loco perperam colligit Sturzius ad Emped. p. 652. monostichon hoc ex Orphei carmine, Ἱερὸς λόγος, excerptum esse; nam Eustathius praeceptum sacrum intelligit. Nec minus ambigue Sextus Pyrrh. Hyp. III. p. 184. ἔνιοι θᾶττον ἂν τὰς κεφαλὰς φαγεῖν φασι τῶν πατέρων ἢ κυάμους· quibus verbis Aegyptios significari putat Hemsterhusius ad Lucian. Dial. Mort. XX. 40. eadem, ut constat, superstitione obstrictos. Sturzius, quo nemo exactius hunc locum tractavit, Empedoclis versibus ἐπύλλιον illud inseruit, nullo, ut ipse profitetur, certo auctore. Haec de secundo versiculo. Antecedentem Empedocli tribuit Gellius II. 11. sententiae summam (κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχειν) Pythagorae vindicat Callimachus, a Gellio allegatus; Orpheo Gregorius Naz. Or. XXIII. 535. C. βάλλε μοι Πυθαγόρου τὴν σιωπὴν καὶ τοὺς κυάμους τοὺς Ὀρφικούς. Et

[*] Hoc omittit Schol. Vict. *N.* 589. τοὺς μέλανας κυάμους οὐκ ἐσθίουσιν οἱ ἱερεῖς, διὰ τὸ ψυχῆς αἰζηῶν βάσιν ἔμμεναι ἠδ' ἀναβαθμὸν ἐξ Ἀΐδαο δόμων ὅταν αὐγὰς εἰσανίωσιν.

Pausanias I. 37. ad viam sacram monumentum esse dicit Mnesithei, quem complura signa dedicasse, ἐν οἷς καὶ ὁ Ἴακχος [k] πεποίηται· ᾠκοδόμηται δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ναὸς οὐ μέγας, καλούμενος Κυαμίτου [l]· σαφὲς δὲ οὐδὲν ἔχω λέγειν εἴτε πρῶτος κυάμους ἔσπειρεν οὗτος, εἴτε τινὰ ἐπεφήμισαν ἥρωα· (δῆλον δὲ) ὅτι τῶν κυάμων ἀνενεγκεῖν οὐκ ἔστιν ἐς Δήμητρα τὴν εὕρεσιν· ὅστις δὲ ἤδη τελετὴν Ἐλευσῖνι εἶδεν ἢ τὰ καλούμενα Ὀρφικὰ ἐπελέξατο, οἶδεν ὃ λέγω· quod sufficit ad probandum, Eleusinios quoque sacerdotes legumentum fabaceum detestatos esse. Ab eadem parte ste-

[k] Plutarchi locum in V. Aristid. c. XXVII. 338. ἑαυτὸν ἐκ πινακίου τινὸς ὀνειροκριτικοῦ παρὰ τὸ Ἰάκχειον καθεζόμενος ἔβοσκε· et Alciphronis III. Ep. 59. παρ' ἕνα τῶν τὰ πινάκια παρὰ τὸ Ἰακχεῖον προτιθέντων καὶ τοὺς ὀνείρους ὑποκρίνεσθαι ὑποσχομένων· jam olim contuli in Diss. de Thriis, Iaccheumque illo loco, quem Pausanias designat, positum fuisse suspicatus sum; in Ceramicum transfert Osannus in Syllog. I. 153. cui accedit Boeckhius Inscr. Cl. IX. N. 481. nulla alia ratione quam quia ibi quoque Iacchi sacellum fuit. Equidem illud mihi explicari velim, quae sint πινάκια ὀνειροκριτικά sive, ut Plutarchus dicit in Parall. Caton. c. III. 433. ἀγυρτικοὶ πίνακες. Haec nomina affert Casaubonus ad Spartian. Adrian. c. XI. p. 19. sed tabulae divinae, quales ille describit, in somniorum conjectione nullum usum habent. Talem significare videtur Menander in Heniocho Fr. p. 71.

> οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεός
> μετὰ γραός, οὐδ' εἰς οἰκίας παρεισιὼν
> ἐπὶ τοῦ σανιδίου·

cujus forma e Paus. VII. 25. cognosci potest, usus sine dubio multiplex fuit in triviis circulisque, ubi οἱ ἐν τοῖς κύκλοις ἀγείροντες δυοῖν ὀβολοῖν τῷ προςτυχόντι ἀποθεσπίζουσι Max. Tyr. XIX. 362. Hanc autem quasi justam mercedem sortilegorum trivialium et hujus plebeji, ut Juvenalis vocat, fati fuisse apparet ex Aristoph. Vesp. 52. δοὺς δύ' ὀβολοὺς μισθώσομαι ὑποκρινόμενον οὕτω σαφῶς ὀνείρατα. Lucian. Deor. Conc. §. 12. 188. T. 9. θεσπιῳδεῖ τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἕνεκα. cf. Alex. §. 19. 82. T. 4. Obolo Apollinem absolvunt Libanius Decl. T. IV. 668. et Gregorius Naz. Or. III. 108. A.

[l] Photius Κυαμίτης ἥρως, ἴσως διότι παρ' αὐτῷ ἐκληροῦντο οἱ κυαμευτοὶ ἄρχοντες ἢ ὅτι ὁ κύαμος ἐπιπράσκετο παρ' αὐτῷ· quorum posterius verius videtur reputanti forum fabarium viae sacrae vicinum fuisse. v. Plutarch. Vit. Isocr. p. 237. T. XII.

terunt Cereris Eleusiniae antistites Pheneatae, deamque narrarunt quum caetera legumina hospitibus suis largiretur, fabas excepisse Paus. VIII. 15. *κύαμον μὲν οὖν ἐφ᾽ ὅτῳ μὴ καθαρὸν εἶναι νομίζουσιν ὄσπριον, ἔστιν ἱερὸς ἐπ᾽ αὐτῷ λόγος·* Neque Ceres solum Pythagorae sententiam approbavit, sed idem in aliorum quoque deorum mysteriis pro lege valuit: *κύαμος πάσης τελετῆς καὶ παντὸς ἱεροῦ ἀπελήλαται* Artemid. I. 65. p. 58. et a fabis ad cognata genera translatum est. Plutarchus ait Quaest. Rom. c. XCV. *νενόμισται τοὺς ἁγνεύοντας ὀσπρίων ἀπέχεσθαι·* sive ob eas causas, propter quas Pythagorei fabis, pisis et cicerculis abstineant, seu quia ad evocationes manium et ad coenas funebres adhibeantur [k] quarum inter fercula lupini quoque erant, ob id ferales dicti Calpurn. Ecl. III. 82. et Pythagoreis interdicti Lucian. Ver. Hist. II. 28. Neque tamen id obstitit, quo minus et fabae et ceterae species Cerealibus adnumerarentur frugibus [ll]. Sed quoniam conji-

[k] Lydus de Mens. p. 77. *κύαμοι εἰς τοὺς τάφους ῥίπτονται ὑπὲρ σωτηρίας ἀνθρώπων·* Festus: Fabam nec tangere nec nominare flamini Diali licet, quia creditur ad mortuos pertinere; nam et Lemuralibus jacitur larvis et parentalibus adhibetur sacrificiis. De ervo Plutarchus: *οἱ Τράλλεις τὸν ὄροβον καθαρτῆρα καλοῦσι καὶ χρῶνται πρὸς τὰς ἀφοσιώσεις καὶ καθαρμούς·* idemque in V. Crass. XIX. *φακοὺς καὶ ἅλας Ῥωμαῖοι προτίθενται τοῖς νέκυσι·* quae omnia confirmant, fabae et cetera genera quantum religionis habuerint. Eoque etiam spectare videtur, quod Diogenianus tradit Cent. I. 50. *οἱ μάντεις εἰώθασι τιθέναι τὸν ἅλα καὶ κύαμον· ὅθεν καὶ τοὺς ἀποῤῥήτων κοινωνοῦντας τοὺς περὶ ἅλα καὶ κύαμον ἔλεγον.* quanquam proverbii hujus aliam fuisse causam arbitror; *οἱ περὶ ἅλα καὶ κύμινον* Plutarch. Symp. V. 10. 237. dicuntur amicorum intimi.

[ll] Galenus in Hipp. de Morb. Acut. L. I. 14. D. T. XI. Charter. *σῖτον μὲν ὀνομάζουσιν οἱ ἄνθρωποι μάλιστα μὲν τοὺς πυρούς· ἤδη δὲ καὶ τὰς κριθάς· τούτοις προςνέμουσι καὶ τὰς ζειάς· ἐπὶ πλέον*

ciendae praeparandaeque causae gratia jam satis multa dicta sunt, propius propiusque ad Orpheum ipsum accedamus, primumque omnium, qua aetate nomen ejus celebrari coeptum sit, pro facultate nostra investigemus.

Cap. II.

De aetate Orphei [a].

§. 1.

Quod graecorum scriptorum antiquissimus nullum de Orpheo verbum fecit, id quidam sic excusare solent, ut neminem scribentium omnia quae sciat in libros suos referre dicant. Credo id quidem; sed quomodo sciri potest, notum ei fuisse quod tacet? Duae omnino sunt viae, quibus quid quisque veterum noverit, nec tradiderit autem, invenire queamus; prima, si quid his, quae prodidit, ita conjunctum et connexum est, ut, qui illa noverit, ne hoc quidem nescire possit; altera, si quam rem ea aetate, qua ipse fuit, aut omnibus aut certe plerisque notam fuisse constat. Atqui de Homeri aequalibus nullum praeter ipsius testimonium valet. Ergo ex adjunctis et antecedentibus et consequentibus argumentum ducat necesse est, si quis Orphei notitiam Homero asserere velit, hoc est, ex temporum illorum condi-

δὲ ἐκτείνοντες τὴν προσηγορίαν καὶ τὰ Δημήτρια καλούμενα σπέρματα συγκαταλέγουσι, φακοὺς δηλονότι καὶ θέρμους καὶ λαθύρους, ἔλυμόν τε καὶ κέγχρον καὶ πίσον ἐρεβίνθους τε καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα.

[a] Haec pars primum edita Calend. Januar. MDCCCXXV.

tione, ex artibus, literis, moribus memoriam et vestigia ejus latenter impressa eruat[*].

Ad hujus autem quaestionis explicationem percommode accidit, quod Orphei nomen tot tantisque inventis illustratum itaque cum omni publica privataque Graecorum religione copulatum est, ut, si nihil omnium, quae de eo praedicari solent, Homero notum fuisse appareat, ipsum adhuc in abdito latuisse necesse sit. Sic enim de Orpheo accepimus, eum et cantorem fuisse eximium et fatorum interpretem et medicinae arte clarum et mysticarum cerimoniarum inventorem unicum. v. Cap. I. Talem vero hominem tamque multarum rerum conscium nullum nobis narrat ille fidissimus antiquitatis nuncius; sed alii medendi facultatem tribuit, alii scientiam rerum futurarum, hunc sacerdotio praeditum inducit, illum cantu fidibusque pollentem; quod ut cuique manifestum sit, faciam, quod jam diu factum oportuit sed nemo adhuc exequi voluit[b] atque omnes locos, quibus aliqua istorum munerum significatio subjecta est, ordine enumerabo.

Et primum quidem sacerdotes commemorantur hi: apud Cicones Maron Apollinis luco praepositus Od. IX. 197. fictum procul dubio nomen assimilatumque urbi Maroniae jam ab Augia memoratae. v. Procl. Chrestom. p. XII. Bekk. Inter

[*] Hoc ratiocinativo probandi genere ipse utitur Strabo seditiosae sententiae auctor: *μοχθηρῷ σημείῳ χρῆται πᾶς ὁ ἐκ τοῦ μὴ λέγεσθαί τι ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ ἀγνοεῖσθαι ἐκεῖνο ὑπ᾽ αὐτοῦ τεκμαιρόμενος* L. XII. 554.

[b] Nuper Nitzschius in comment. ad Odyss. III. 439. accuratius haec pro operis ratione tractare instituit.

Trojanos socioseque eorum. Dolopion Scamandri ἀρητήρ Il. V. 77. Onetor Jovis Idaei ἱερεύς XVI. 604. summo uterque apud suos honore; Dares Vulcani V. 9. praetereaque Chryses et Theano, ille Apollinis Sminthii, haec Minervae sacro praefecta. Inter Graecos autem nullius dei sacerdotem nominatim proditum legimus; sed fuisse tamen aliquos et in nonnullis urbibus complures ex Il. IX. 575. cognosci potest, ubi Aetoli ad Meleagrum placandum θεῶν ἱερῆας ἀρίστους ablegant. Munus eorum conjectantibus nihil prius occurrit, quam ut templorum curam penes eos fuisse dicamus. Cujus generis praeter illud, ubi Chryses curabat, duntaxat duo nominantur, nisi quid de Neptuni aede apud Helicen culti suspicari libet Il. VIII. 203. unum Minervae Erechthei II. 546. alterum Apollinis Pythii IX. 405. Od. VIII. 80. Neque mihi fiducia est, ut ea sola fuisse contendam; nam et templorum exstructio inter prima condendae urbis opera refertur Od. VI. 10. et Ulixis socii, mediocris fortunae homines, tamen Hyperioni pro delibatis gregibus templo se satis facturos spondent XII. 347. At si quis vel Minervae Alalcomeniae vel Junonis Argivae quamvis a Proetidibus ob pauperem cultum contemtae Schol. Od. XV. 225. exstructa saxo domicilia indulgere velit, a nobis quidem facile impetrabit. Sed tamen plerisque in locis sacrarum aedium vice aras subdiales lucosque consecratos fuisse, crebrior mentio indicat. Apollinis ara Deli Od. VI. 125. Jovis, ut videtur, Aulide Il. II. 305. ejus-

demque dei ad castra Graecorum VIII. 250. et quarta Nympharum in Ithaca Od. XVII. 210. Lucum Neptuni Onchesto vicinum celebrat Il. II. 506. et Apollinis apud Ithacenses Od. XX. 274. Quo sensu Pyrasus Cereris τέμενος dicatur, veteres ambigunt; sed Spercheo suum constat in Hellade τέμενος βωμός τε θυήεις Il. XXIII. 144. quibus verbis poeta locum quoque Veneri consecratum apud Paphios designat Od. VIII. 287. et Jovis in Gargaro Il. VIII. 48. Sed ut his quoque locis, si minus omnibus, at certe iis, quae eximia quadam religione praedita essent, sacerdotes praesedisse putemus, adducimur Maronis exemplo et Onetoris, quem arae Idaeae curam habuisse credibile est. Jam si omnia, quae passim de hoc genere hominum dicta sunt, in brevem summam redigamus, haec sine ulla dubitatione affirmari possunt: primum nec numerum tantum fuisse sacerdotum quantum Graecia templis frequentata tulit, neque usum aeque necessarium, quoniam pleraque sacrificia administrabant qui vellent, publica reges [c], privata domini majores, deinde habuisse

[c] Philosophi politici regibus heroicis tria assignant munera, quorum tertium in sacrorum publicorum administratione ponitur. v. Diotogenes Stob. Serm. XLVI. 329. sq. Aristot. Polit. III. 9. p. 125. κύριοι ἦσαν οἱ βασιλεῖς καὶ τῶν θυσιῶν, ὅσαι μὴ ἱερατικαί· quod Schneiderus minus recte ita interpretatur, sacerdotes procurasse sacrificia stata et ordinaria, reges et magistratus ea quae ex voto vel republica bene gesta fierent. Sed Aristoteles non plus dicit quam ex Homero intelligi potest, sacris modo reges praeesse ut Od. III. 345. modo sacerdotes, hos autem cerimoniis anniversariis praepositos fuisse, illos extraordinariis prorsus non significat, et quum duo tantum stata solemnia memoret, unum Minervae l. c. alterum Apollinis Od. XXI. 258. quis ea curaverit silentio praetermittit. Ac postea quoque Archontes Athenienses singuli statis intervallis certisque diis sacrificabant.

illos quidem tantam apud suos aucteritatem, quantam rerum divinarum administris adjungi par est[d] nec tamen regiam, ut quidam fingere non erubescunt, aut regiae similem; nam in imperii gubernatione et reipublicae procuratione omnino nullae iis tribuuntur partes. Denique nihil aliud negotii habebant quam ut templa adornarent et aperirent supplicaturis, adolerent altaria, suspenderent donaria a cultoribus oblata eorumque nomine deos propitiarent; quae quidem munia Chryses et Theano obiisse dicuntur. Postremo si qua coelestium irarum signa apparerent, sacerdotes fuisse, qui sollicitis causam offensionis et placandi viam monstrarent, manifestum ex Il. I. 62. *ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ὅς κ' εἴπῃ ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.* et eosdem etiam interdum deorum nuntios et interpretes egisse testatur Priami oratio Il. XXIV. 221. *εἰ μὲν γάρ μ' ἄλλος ἐπιχθονίων ἐκέλευεν ἢ οἳ μάντιές εἰσι θυοσκόοι ἢ ἱερῆες, ψεῦδός κεν φαῖμεν.* Sed de sacerdotibus satis.

§. 2.

His succedant nunc ii qui aut somnia interpretabantur aut observandis ostentis et avium vo-

[d] *Τοῖς ἱερεῦσιν αἰδῶ καὶ τιμὴν αἱ πόλεις νέμουσιν, ὅτι ἀγαθὰ κοινῇ πᾶσιν αἰτοῦνται τοῖς πολίταις* Plut. an philos. c. princ. III. p. 87. T. 12. Paullo insolentius Artemidorus III. 13. 268. *ἱερεὺς καὶ μάντις — τῆς αὐτῆς τοῖς θεοῖς τυγχάνουσι τιμῆς.* Sed bullae aureae digna illa dei Didymaei apophasis, qua jura stolae sanciuntur:

Ὅσσοι ἐς ἀρητῆρας ἀτασθαλίῃσι νόοιο
ἀθανάτων ῥέζουσ' ἀποφώλια καὶ γεράεσσιν

latibus cantibusque res futuras cognoscebant aut quodam naturali animi acumine coelestium consilia conjectabant; quorum et numerus longe major et plane sejunctum a sacerdotibus munus fuit. Etenim Calchas etsi Graecorum militantium sacris omnibus interest, tamen nunquam *ἱερεύς* vel *ἀρητήρ* dicitur sed *οἰωνοπόλος* Il. I. 69. *θεοπρόπος οἰωνιστής* XIII. 70. et saepius *μάντις*, ab Aeschylo *στρατόμαντις*. quo nomine olim et itineris ducem se praebuit I. 71. et oblatum in Aulide ostentum interpretatus est II. 308. 324. et postea, quoties res exigit, invocato Apollinis numine, *θεοπροπίας ἀναφαίνει*. Ithacenses inter auspiciorum interpretatione inclaruit Halitherses Od. II. 158. eandemque artem professus Theoclymenus exul XV. 528. praeter alios *θεοπρόπους*, quos Penelope subinde domum arcessit mariti super reditu consultura I. 415. Euchenori Corinthiorum duci ad Trojam proficiscenti mortem praedixit pater Polyidus *μάντις* Il. XIII. 663. Argos nobilitat Melampus eodem nomine insignitus Od. XI. 281. cf. XV. 285. Troadem Helenus *οἰωνοπόλος* Il. VI. 75. [e] colloquii, quod

ἀντία βουλεύουσιν ἀδεισιθέοισι λογισμοῖς,
οὐκέθ' ὅλην βιότοιο διεκπεράουσιν ἀταρπόν etc.

ap. Julian. Ep. XII. 451. cf. Fragm. p. 297.

[e] Eustath. 1468. 5. *Νεοπτόλεμος χρησθεὶς ὑπὸ Ἑλένου μένειν ὅπου ἂν οἴκῳ ἐντύχῃ θεμελίους μὲν ἔχοντι σιδηροῦς, τοίχους δὲ ξυλίνους καὶ ὄροφον ἐρεοῦν*. quorum ignarus Bernhardy in Eratosth. p. 82. in verbis Schol. Med. corruptelam (*κατασκηνοῦντας* pro *καὶ οὕτω σκηνοῦντας*) reliquit. E scriptoribus qui *τὰ μεθ' Ὅμηρον* tractarunt, et hoc oraculum sumtum videtur et illud quo Philoctetes e Lemno accitus est Schol. Pind. P. I. 100, Helenus, cujus *χειροσκοπικόν* Nonnus Expos. c. LXIX. et Suidas citant, Trojanus ille videtur, qui prius Scamandrius vocatus ab Edoni filio Heleno nomen artemque accepit Arrian. ap. Eustath. p. 626. 25.

Minerva et Apollo conserunt auscultator et interpres VIII. 44. cf. Quint. Cal. VIII. 254. et Eurydamas ὀνειροπόλος V. 148. Quem ad numerum accedunt Merops μάντις eximius apud Percosios II. 831. et Mysorum dux Ἔννομος οἰωνιστής II. 858. XVII. 218. Illi autem, qui in extrema Iliade nominantur θυοσκόοι, quamnam artem professi sint, majoris est deliberationis. Grammaticorum sententiae discrepant. Unus, θυοσκόοι, inquit, οἱ διὰ τῶν ἐπιθυμιωμένων μαντευόμενοι, οἱ καὶ ἐμπυροσκόποι καὶ λιβανομάντεις· ἱερεῖς δὲ οἱ διὰ σπλάγχνων· alius vero hoc modo: θυοσκόος ὁ διὰ σπλάγχνων τὸ μέλλον δηλῶν ἢ δι' ἐμπύρων ἱερῶν τὰ σημαινόμενα νοῶν. Stoici, quum duo fecissent vaticinandi genera, unum artis, quo ἱεροσκοπία continetur, alterum naturae, quo divinatio furoris (τὸ περὶ τοὺς ἐνθουσιασμούς), Homerum utriusque notitiam habuisse contenderunt v. Plutarch. de Poes. Hom. II. c. 212. p. 1238. qui fortasse Chrysippi librum περὶ μαντικῆς sequutus est. Et furentium divinationem quomodo confirment, paullo post videro; prioris autem generis nullum argumentum afferunt, in vulgus credito, nomen μάντις a μαίνεσθαι derivatum idem significare quod ἐνθουσιαστής. v. Eustath. p. 48. et 1489. Galenus in Comment. in Hipp. de Morb. Acut. Vict. L. I. p. 10. B. T. XI. μαντικὴν ὠνόμασε τὴν οἰωνιστικὴν, καὶ ἱεροσκοπίαν τὴν θυτικὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν καλουμένην, ἣν ὄντως οἱ ἄλλοι παλαιοὶ καλοῦσιν ἱεροσκοπίαν — — Τοὺς διὰ τῆς τῶν ὀρνίθων πτήσεως μαντευομένους μάντεις

ἐκάλεσε, καίτοι τὸ τοῦ μάντεως ὄνομα καὶ ἡ μαντικὴ κατὰ πασῶν τῶν οὕτω προλεγουσῶν τεχνῶν ἐπιφέρεται· μάντεις γὰρ καλοῦνται οἵ τε ἱεροσκόποι καὶ οἱ οἰωνισταὶ καὶ οἱ γενεθλιακοὶ καὶ οἱ διὰ συμβόλων καὶ οἱ διὰ ἱερείων προλέγοντες, πρὸς τούτοις δὲ χρησμολόγοι καὶ θεομάντεις· ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς ὀνειροπόλους ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κληθέντας ἐν τοῖς μάντεσι καταλέγουσιν· ἀλλ' ὅγε Ἱπποκράτης τοὺς οἰωνιστὰς μόνους ὀνομάζει μάντεις ὡςαύτως τῷ ποιητῇ Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν κ. τ. λ. ἱερέα μὲν λέγων τὸν ἱεροσκόπον, ὀνειροπόλον δὲ τὸν περὶ τοὺς ὀνείρους ἔχοντα, μάντιν δὲ τὸν οἰωνιστήν· οὐ γὰρ δὴ παρέλιπεν ἂν αὐτὸν, εἰς τὰ μέγιστα πολλαχόθι τῆς ποιήσεως καὶ τῇ περὶ τοὺς οἰωνοὺς τέχνῃ χρώμενος [f]. Postrema verissime sed cetera in eodem errore versantur, quo Stoicorum opinio. Nam apud Homerum nemo exta consulit, neque omnino aliud genus vaticinandi illis in usu fuit, praeter quae supra nominavimus. Narrat quidem multa Plinius VII. 57. Auguria ex avibus Car invenit; adjecit ex ceteris animalibus Orpheus; aruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia avium Tiresias, sed qui totum locum meditate legerit, ex futilissimis illis *Εὑρημάτων* scriptoribus haustum esse intelliget. Apollodorus autem, qui Melampum tradit apud Alpheum cum Apolline congressum *τὴν ἐπὶ τῶν ἱερῶν μαντικὴν*

[f] Fuit liber *τὰ περὶ οἰωνιστικῆς τῆς καθ' Ὅμηρον* inscriptus Schol. Il. *B.* 305. cujus auctor Polles, nisi fallit conjectura Wolfii Prolegg. p. CXCVI. v. Fabric. ad Marin. 88. 147.

addidisse, L. 9. 11. non Hesiodum sequutus esse videtur, qui aures ejus a draconibus perpurgatas narrans aliud genus vaticinationis indicat Schol. Apoll. I. 118. sed illud commenticium stemma, quo Clytiadae Eliaci Melampodidarum genti inserti sunt interposito Clytio Alcmaeonis filio [g]. Postremo, quod Quintus Parall. IX. 331. et Appulej. de Gen. Socr. p. 52. Calchanti extispicium tribuunt, eodem jure faciunt, quo Virgilius Heleno astrologiam Aen. III. 360. et Ulixi Tzetzes λεκανομαντείαν ad Lyc. 873. Ergo Homero solum nomen θυοσκόων relinquitur, sed et ambigua significatione et in eo libro positum, qui jam dudum Criticorum suspicionibus arguitur. Leodem autem θυοσκόον dictum Od. XXI. 144. XXII. 310. 328. nullam rerum futurarum scientiam habuisse, valentissimum argumentum est; quod neque suam neque amicorum sortem non modo praevidit, sed ne explorare quidem per exta conatus est. Neque plus auctoritatis afferunt, qui θυοσκόους nihil aliud quam λιβανομάντεις fuisse contendunt et Homerum θυέων nomine θυμιάματα et ἀρώματα significasse volunt. Fuit quidem Tiresiae liber de thuris signis, a Fabricio praetermissus v. Lutat. ad Theb. IV. 468. sed Homerus ipse nomen λιβάνου ignorat, nec fallit fortasse Porphyrius Pythagoram narrans πρῶτον τῇ διὰ τοῦ λιβανωτοῦ μαντείᾳ χρήσασθαι in V. P. XI. p. 24.

[g] v. Siebelis ad Paus. VI. 17. Simili consilio in Il. I. 69. interjecerunt nonnulli versum, quo Calchantis patria Euboea, pater Abas proderetur Eust. p. 51.

quanquam is et ceteri[h] conjecturam potius sequi quam rem compertam referre videntur. Nihilo secius, quod Plinius XIII. 1. et Arnob. VII. c. 26. affirmant, Iliacis temporibus thure supplicatum non esse, de omni genere suffimentorum valet.

Sed enthusiasmi sive furoris divini hoc a Stoicis affertur exemplum: *τοῖς μνηστῆρσιν ἐφίσταται ἔνθεος μάντις ἔκ τινος ἐπιπνοίας σημαίνων τὰ μέλλοντα*; eoque Theoclymenum significant, quem Plutarchus quoque Placit. Phil. IV. c. 20. in hujus rei exemplum producit, et illam feralem caedis stragisque speciem a Minerva objectam Od. XX. 345.—355.[hh] Qui locus singulari quodam et paene dicam mystico sapore imbutus neque nihil probat, neque tantum, quantum illi volunt. Nam proci ipsi, quorum mentes dea pervertisse dicitur, nihil divinant, Theoclymenus autem, quem nulla ejusmodi vis a sensu mentis abstraxit, ventura naturaliter praesagit. Pythiarum vero et Sibyllarum furibundae voces si cui occurrant, is meminerit, harum quidem nullam ante Heraclitum[i] mentionem fieri, Pythiae autem ne in Hymno quidem, qui in Apollinem Py-

[h] cf. Jamblich. V. P. c. CL. p. 314. Diog. La. VIII. 19. qui Pythagoreos nullum genus vaticinandi praeter illud ex libano probasse affirmat; Nemesius autem de Nat. Hum. XII. 204. unum illud, quod in somniorum interpretatione versatur.

[hh] Apud Statium Achill. I. 522. Calchas furibundus vaticinatur, Homerico dissimilis.

[i] v. Fragm. p. 332. et in Heracliti Epist. ad Hermodor. VIII. *Σίβυλλα ἐν πολλοῖς καὶ τοῦτο ἐφράσθη Ἐξ Ἰάδος χώρης ἥξειν σοφὸν Ἰταλίδαισι.*

thium compositus est. Quibus omnibus confirmatur, illum furorem, quo incitati homines singulari quodam deorum munere futura cernunt sic ut praesentia, ab homericis vatibus prorsus abesse. Delphis quidem deus ipse consulentibus incertum quomodo respondisse dicitur Od. VIII. 79. sed a Jove Dodonaeo oracula eadem ratione, qua aliquot seculis post in luco Deliaco, edita credo, interpretibus Sellis, gente fera et silvestri, nulloque divino instinctu mota sed diuturna fatidicae arboris observatione, quid cuique significaretur, scire edocta.

Ceterum heroicorum vatum nonnulli regibus affinitate conjuncti aut ipsi reges fuere, ut Melampus, Amphiaraus, Helenus, quibus Cicero de Divin. I. 40. Amphilochum et Mopsum Argivorum principes adjungit, nec tamen efficit, quod persuadere conatur, omnino apud veteres, qui rerum potirentur, eosdem auguria tenuisse [ii]. Nam pleraque pars augurum vitam privatam agebant, vagi et liberi, sicut cantores, medici, fabri et ceteri *δημιοεργοί*, quibus nominatim aggregantur Od. XVII. 542. et quanquam eorum monitis saepe obtemperatum est, tamen non summam omnium apud omnes auctoritatem fuisse, exemplo sunt Hector Il. XII. 237. Priamus XXIV. 221. et Telemachus Od. I. 415. augurum et conjectorum responsa ingenuo fastidio repudiantes. Nec

[ii] Strabo XVI. 762. *διὰ τοῦτο καὶ οἱ μάντεις ἐτιμῶντο, ὥστε καὶ βασιλείας ἀξιοῦσθαι — τοιοῦτος δὲ ὁ Ἀμφιάρεως καὶ ὁ Τροφώνιος καὶ ὁ Ὀρφεὺς καὶ ὁ Μουσαῖος καὶ ὁ παρὰ Γέταις θεός.* Ita se res habet; barbari vatibus servierunt, non Graeci.

obtineri potest, quod multi asseverant, vaticinandi facultatem quibusdam familiis ita a natura insitam et infixam fuisse ut ad posteros quasi per jus successionis perveniret. Nam quotquot nominantur fatidicorum filii, hi aut ignorant, quid sibi eventurum sit, aut a patribus acceperunt Il. V. 150. II. 832. XIII. 663. et in numeroso Melampodidarum genere minime omnes illa scientia praediti sunt, non Antiphates, non Oicles, non Mantius; qui vero eam nacti sunt, Polyphides[k] et Amphiaraus, his Apollinis dono concessa dicitur. Od. XV. 245. Sacerdotia an quaedam hereditaria fuerint, quod affirmat Zoega in Commentatt. Antiquar. p. 303. dubito; non quia res per se veri absimilis, sed quia nullo exemplo comprobata; Theano quidem non hereditate sed populi suffragiis sacerdotium accepisse, perspicue docet Homerus; quae autem Muellerus affert[l] Panthoidarum, Aeneadarum et Nelidarum sacra et sacerdotia gentilicia, nullo idoneo auctore nituntur. Panthoum Virgilius Apollinis sacerdotem facit; in quo eum antiquam famam sequutum

[k] Welckerus in libro de Trilogia Aeschyli p. 211. nomen hoc multiscium interpretatur, quasi a verbo *εἰδέναι* derivatum, quod refellit Eustathius p. 1628. 60. *Εὐπείθης βαρυτόνως πρὸς διαφορὰν τοῦ ἀνὴρ εὐπειθής, ὁμοίως καὶ Εὐμάθης καὶ Πολυπείθης* (leg. *Πολυφείδης*). Idem p. 1967. 20. *βαρύνεται ὁ Εὐπείθης, ὥσπερ καὶ πολυφειδὴς μὲν ἐπιθετικῶς, Πολυφείδης δὲ κύριον, ὡς ἐν τοῖς πρὸ τούτων εἴρηται·* et ratio ipsa, quae ab *εἰδέναι πολύειδος* duci ostendit, non *πολυειδής*, quod multiformem significat, nedum *πολυφειδής*, quod parcipromum. Polyphides rex Sicyonis Tzetz. Chil. I. 458. Haec moneo propter eos, qui ignotorum nobis hominum munera ex nominibus eorum conjectare solent, ne quis, ubicunque Thumantis, Eumantis, Mantitheus aut Manticlus aliquis memoratur, continuo vatem et fatidicum fuisse opinetur.

[l] Prolegomena z. Mythol. p. 352.

esse Muellerus concludit ex eo, quod filium ejus Polydamantem Homerus semel ab hoc deo servatum narrat. Sed quid mirum, si maximus Trojae propugnator unum principum Trojanorum ex faucibus fati eripit atque servat? Et cui non manifestum est, hoc ipsum poetis, qui res ab Homero traditas ornare et variare constituissent, materiam fingendi praebuisse, sive auguris personam Polydamanti vellent imponere, sive sacerdotis? Quod is gravissimo ostento admonitus Hectorem a certamine avocare studet Il. XII. 207. id quosdam induxit, ut et ipsum et patrem in vatum numerum adscriberent[m] utique praeter Homeri sententiam, qui prodigium illud, quorsum spectaret, nemini praesentium latuisse scribit et Polydamantem ipsum ad augures tanquam ad judices provocantem inducit v. 229. Verum hoc nihil morabantur poetae, qui Homerum, si fieri posset, superare fingendo quam presse subsequi mal-

[m] Aelianus Hist. An. VIII. 5. Polydamantem Tiresiae, Polyido et Theoclymeno adjungit, tanquam ejusdem artis auguralis conscium. Panthoum Eustathius tradit p. 900. 46. natione Delphum cum legatis Trojanis oraculi interpretandi causa Trojam venisse; Servius Aen. II. 318. Panthus Othryadis filius (Euphorbi dicit Dares c. VIII. fratrem et patruelem confundens) templi Delphici sacerdos — quem filius Antenoris Trojam perduxit et sacerdotem Apollinis fecit Priamus. Hinc suspicari licet, Panthoi fabulam iisdem deberi auctoribus, qui oracula Delphica consarcinarunt Menelao et Priamo (Schol. brev. et Venet. ad Il. V. 64. Schol. Lyc. 132.) et Paridi (Schol. Ambros. Od. III. 267.) edita, et illud, quod Trojani a Dodonaeo Jove acceperunt Varro Antiq. divv. L. II. p. 215. Bip. His adde sortem Apollinis in urbe Priapo Dardano redditam Schol. Lyc. 29. alteram ejusdem dei Priamo Zeleae ib. v. 315. tertiam Lesbi Pelopi *Ναπαίου Ἀπόλλωνος* Schol. Aristoph. Nubb. 144. Sic enim pro *Γοναπαίου* legendum esse apparet e Suida s. *Ναπᾶται* et Macrob. Sat. I. 17. 303. ubi dei pastoris cognomina exponuntur. *Ἐπιμήλιος*, *Ποίμνιος*, *Ἀρνοκόμος*, et apud Lesbios *Ναπαῖος*, quod fugiebat Schneiderum ad Nicandr. Ther. 614.

lent. Quin Hectorem ipsum, quem nonnulli eadem nocte cum Polydamante natum ferunt v. Schol. brev. Il. XII. 231. Ibycus et Stesichorus Apollinis filium prodiderunt Schol. Ven. III. 134. Tzetz. ad Lyc. 266. non alia de causa, quam quia praesentissimo hujus dei auxilio protegitur. Num de Polydamante minus fingere potuit Virgilius, quam de Hectore Ibycus? Ejusmodi testimoniis si uti liceret, supra, quum de sacerdotibus homericis tractarem, permagnum numerum congregare potuissem, Anium illum hominum regem deorumque ministrum, cujus nomen Ilias Cypria celebravit Schol. Lyc. 370. Laocoontem ab auctore Iliopersidis Procl. Chrest. p. XI. et Bacchylide Schol. Pind. P. I. 100. decantatum, quem quidem Apollinis Thymbraei, alii Neptuni[n], pars utriusque dei sacerdotium gessisse perhibent Schol. Lyc. 347. Serv. Aen. IV. 201. Quibus in numerum receptis injuste fecissem, nisi etiam Chloream et Polyphontem admisissem ab eodem Virgilio laudatos, hunc Cereris, ut dicitur, illum Cybelae sacerdotem Aen. XI. 768. VI. 484. et Nautem Palladii Trojani custodem Dion. Hal. IV. c. 68. quod nullum fuit scilicet. Patetne, quorsum hoc genus argumentandi evasurum sit? Nimirum eo, ut ne Dictyis quidem testimonium repudiare possimus, qui Polyxenam Minervae sa-

[n] Anonymus περὶ Ἀπιστ. c. IV. ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ Ποσειδῶνος διαφερόντως τιμώμενον· ὅθεν συλῶν ὁ Λαομέδων ἀνήλισκε τὰ χρήματα εἰς τὴν τοῦ τείχους κατασκευήν. Herodorum hujus inepti commenti a Servio quoque relati Aen. I. 610. inventorem esse apparet e Schol. Lyc. 552. Quintus Cal. XIII. 433. in enumeratione templorum Trojanorum Neptunium omittit.

cris praefuisse narrat L. III. c. 7. neque Hygini de Brise templi Lyrnesii sacerdote Fab. CVI. neque Scholiastarum Il. I. 39. et Tzetz. Exeg. p. 96. de Crinide cultore Sminthii. Nam si Virgilius Cyclicos sequutus est, Virgilii aequales Dictys, omnes ab illo primo antiquitatis fonte, Homero, et ab ipsis Homeri fontibus tantumdem absunt. Sed quoniam semel in hanc causam descendimus, sacerdotibus peregrinitatis damnatis socios addamus vates et sortilegos, quos rerum Troicarum enarratores post Homerum in civitatem receperunt; primum Mopsum Hesiodi praeconio clarum, dein Cassandram in Cypriis memoratam Procl. p. VIII. nec praetermissam Bacchylidi v. Fragm. a Neuio collecta p. 49. cujus non nomen solum, ut veteres adnotant Schol. Vict. Il. XXIV. 699. sed ipsum genus vaticinandi Homero ignotum fuit. Postea Aesacum, qui ab avo materno somniorum interpretationem didicisse traditur [°] una cum Oenone Matris Rheae discipula Parthen. c. IV. Clemens Strom. I. 334. B. Pryli Lesbio, qui Graecis, quomodo Troja capi posset, vaticinatus est. Schol. Lyc. 219. et Telmisso nobilissimae gentis auctore Apollini ex Antenoris filia genito Etym. M. p. 751. Eustath. ad Dion. 859. Parumne haec declarant, eos qui post Homerum res Iliacas tractarunt, plurima de suo apposuisse, quae utrum ab antiqua fama accepta an ab ipsis conficta sint, vates aliquis sciat, non homo literatus?

Nunc ad reliquam partem institutae quae-

[°] Lycophr. v. 224. Euphor. Fragm. p. 178.

stionis progrediar, ubi prius, quid hac disputatione effectum sit, breviter et capitulatim exposuero. Si igitur ex omnibus illis sacerdotibus, fatidicis, ostentorum et somniorum conjectoribus, ne unus quidem aut medendi aut psallendi artem professus est, vicissimque in cantorum et medicorum numero nullus reperitur aut sacrificandi aut vaticinandi peritus [p] necessario fatendum est, non modo nomen Orphei ab Homericis carminibus abesse sed vim et notionem earum rerum, quae huic nomini subjectae sunt.

§. 3.

Si vero sacra ipsa intuemur, quibus heroes Achaei deorum numina placant, nihil, quod mysticas disciplinas redoleat, deprehendi potest. Mystica autem sacra, ut quam latissime complectar, ea dicimus, quae non in oculis omnium mediave in luce et apud publicas aras fierent sed vel tempore nocturno vel intra adytorum consepta vel re-

[p] Quod Hesiodus Theog. 32. de Musis suis praedicat, *ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν θείην, ὡς κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα,* injuria perstringitur a Luciano in Disp. c. Hes. T. VIII. 147. quasi poeta *τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν* et *προαγόρευσιν* professus fuerit. Strabo L. VII. 330. quum affirmaret *ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ μάντεις καὶ μουσικὴν εἰργάζοντο,* commenticiis Orphei et similium exemplis in errorem inductus est, quibus Quintiliani quoque nititur asseveratio Inst. I. 10. 9. quis ignorat musicen tantum venerationis habuisse, ut iidem musici et vates et sapientes judicarentur, mittam alios, Orpheus et Linus. Utrumque irretivit vulgata olim opinio, omnium in literis studiorum antiquissimam esse poesin eosque, a quibus vita hominum instructa sit primis, poetas fuisse; quae opinatio perinde vana est ac ceterae de generis humani primordiis conjecturae. Quod autem Eustathius putat p. 1930. 60. *πολύφημον ἀοιδόν* dici *τὸν μαντικὰς φήμας εἰδότα*, id refellit *πολύφημος ἀγορή*, cujus ipse meminit p. 1432. 22.

motis solisque in locis. Qua definitione continentur primum mysteria urbana, sive ea solis gentilibus nota erant, sive intra sacerdotum conscientiam latebant, sicut Atheniensium *ἄῤῥητα ἱερά* regi et reginae sacrorum commissa. Altera species complectitur Magnae Matris Bacchique sacra fanatica, tum illa, quae triennio circumacto a mulierum coetibus seorsum permissu civitatis instaurata sunt [a], tum privata Orpheotelestarum initia. Ad tertiam classem refero, si quae pro singulis fiebant, deorum Manium averruncorumque placamina, ceteraque sacrificia lustralia et resolutoria cum inferorum numinum religione conjuncta. De quibus dicam equidem singulis, initio sumto a mysteriis.

Ad Eleusinia antiquis temporibus nullum peregrinis aditum fuisse tum Apollodorus testatur, tum vetus proverbium: *Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια*, quod dici *ἐπὶ τῶν καθ᾽ ἑαυτοὺς συλλεγομένων καὶ πραττόντων τι ἀπόῤῥητον*, Duris auctor est apud Zenob. II. 26. Diogenian. II. 38. eamque ob causam nonnulli Herculem et Dioscuros, antequam initiarentur, a civibus Atticis adoptatos esse fabulati sunt. Neque faciliorem in communicandis

[a] Diod. IV. 3. *παρὰ πολλαῖς τῶν Ἑλληνίδων πόλεων διὰ τριῶν ἐτῶν βακχεῖά τε γυναικῶν ἀθροίζεσθαι καὶ ταῖς παρθένοις νόμιμον εἶναι θυρσοφορεῖν καὶ συνενθουσιάζειν εὐαζούσας, τὰς δὲ γυναῖκας κατὰ συστήματα θυσιάζειν τῷ θεῷ καὶ βακχεύειν.* Ovidius Remed. Amor. v. 592. ibat ut Edono referens Trieterica Baccho ire solet fusis barbara turba comis. Eaque solemnia perdiu durasse ostendit Galenus de Antidot. I. 8. 878. B. F. XIII. *κάλλιστος οὖν ἐστι καιρὸς (τὰς ἐχίδνας θηρεύειν) ἡνίκα καὶ οἱ τῷ Διονύσῳ βακχεύοντες εἰώθασι διασπᾷν τὰς ἐχίδνας, παυομένου τοῦ ἦρος οὔπω δ᾽ ἠργμένου τοῦ θέρους.* cf. Schwarz. de Gemma antiq. p. 79.

Samothracum sacris Dardanum fuisse Diodorus tradit V. 49. levissimus auctor, sed communem de priscis cerimoniis opinionem sequutus. Id vero secretum nescio an a principio omnibus deorum gentiliciorum sacris adhibitum fuerit. Cleomenem quidem Argis Junoni supplicare volentem prohibuit Heraei antistes, *οὐχ ὅσιον*, inquiens, *αὐτόθι ξείνῳ θύειν* Herodo. VI. 81. eidemque acropolin sacrificandi causa ingresso restitit sacerdos attica his verbis: *οὐ θεμιτὸν Δωριεῦσι παριέναι ἐνταῦθα.* Neque Achaei Helicen incolentes Ionibus, ut Neptuno Heliconis rem divinam facerent concesserunt Diod. XV. 49. [b] Quin in decreto Piraeensium paganico, quo maximos, qui exteris tribui possunt, honores Callidamanti cuidam deferunt, sacrorum quorundam paganalium usus nominatim excipitur: *Καὶ ὅταν θύωσι Πειραιεῖς ἐν τοῖς κοινοῖς ἱεροῖς νέμειν καὶ Καλλιδάμαντι μερίδα καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις Πειραιεῦσι, καὶ συνεστιᾶσθαι, ἄλλῳ δὲ μή* Boeckh. Inscr. Cl. I. P. 1. N. CI. Cujus exclusionis causae fortasse aliis aliae fuere et nonnullis privatae, ut quum ab Evandriis Atheniensium peregrini omnes prohibiti sunt Anecd. Bekk. p. 257. a Miltiadis agone funebri Lampsaceni Herodo. VI. 38. ab Amphiarai oraculo Thebani Id. VIII. 134. ab Isthmiis Elei Plutarch. de Pyth. Or. c. 13. p. 269. T. 9. Paus.

[b] Populi Romani sociis nonnunquam permissum est in Capitolio sacra facere. v. Dio Cass. LXIX. 15. Liv. XLIII. 6. XLIV. 14. Idem gratificantur Latiis Olontii. v. Chandler. Antiq. Asiat. p. 135. Hermionenses Asinaeis Murator. Thes. T. II. 607. Ludorum et sacrorum communio saepe foedere pacta Liv. VIII. 14. et in numis consignata est. v. Eckhel. Doctr. Num. T. IV. 388.

V. 2. Schol. Plat. p. 11. Ruhnk. a multis servi v. Casaub. ad Athen. XIV. 639. D. a plerisque barbari, et recentiore memoria Christiani v. Reitz. ad Lucian. Alex. c. 38. p. 424. T. V. Sed principalis sine dubio causa gravissimaque posita est in peregrinorum odio et metu. Etenim fuit quoddam tempus, quum gentes nullis inter se commerciis mixtae soloque nativo arborum ritu inhaerentes nec alieni quidquam reciperent nec de suo communicarent, et in ipsa illa humanitatis altrice Graecia, notum est, quam rara fuerint quondam commercia, quam intuta peregrinatio. Ejusmodi autem temporibus et moribus alienigenas ad sacrorum civilium communionem admissos esse, num credibile videtur? quum praesertim mitioribus seculis nonnulli tam morosi fuerint, ut vasa peregre advecta Herodo. V. 88. Athen. IV. 137. F. et esculenta exotica a deorum dapibus excluserint et removerint? Deinde saepe causae incidebant, quum parum e republica videretur palam deos precari, ne qua fierent votis contraria vota[c]. Unde profecta est illa Ajacis monitio:

Ἀλλ' ἄγετ' — εὔχεσθε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι
σιγῇ ἐφ' ὑμείων, ἵνα μὴ Τρῶές γε πύθωνται.

Erat enim publica opinio, deorum gratiam muneribus donisque redimi posse, facileque in rebus

[c] Zenob. Prov. IV. 29. *Ἀράτῳ ὁ θεὸς φυλάξασθαι ἔφη μὴ λάθωσιν οἱ ἐξ ἐναντίας εὐχῇ μείζονι χρησάμενοι.* quod de Diotimo narrat Schol. Eur. Phoenn. 1408. Locrenses nonas praedae voverunt, tacitamque eam rem habuere, ne votis vincerentur Justin. L. XX. c. 2.

trepidis subibat timor, ne qui eas propositis praemiis amplioribus ad suas partes traducerent favoremque interciperent. Id vero ne fieri posset, quod tandem aptius erat remedium, quam si nomina deorum tutelarium aut certe ritum placandi occultum haberent? quem qui non tenebant, litare non poterant, tenere autem non nisi veteres cultores credebantur. Quare ab his, si res ita ferret, et *ἀφιδρύσεως* venia petita [d] et nonnunquam etiam sacerdotes arcessiti sunt [e] velut Aesculapii, Cereris Cybelaeque a Romanis, Cereris et Proserpinae a Carthaginiensibus [f]. Romanos quidem communis fama est occultasse Romae nomen alterum [g] ne deus, sub cujus tutela urbs erat, exaugurari posset; de quo disserens Plutarchus Quaest. Rom. LXI. 347. T. VIII. comparat simi-

[d] Quanquam plurima fuere Cereris Eleusiniae, Apollinis Pythii Deliique, Dianae Ephesiae aliorumque deorum *ἀφιδρύματα*, neque ea solum a colonis assumta sed etiam exteris transmissa, tamen an unicuique licuerit, quae vellet ad se transferre sacra, magnopere dubito. Strabo VIII. 885. narrat *Ἴωνας αἰτεῖν παρὰ τῶν Ἑλικείων μάλιστα μὲν τὸ βρέτας τοῦ Ποσειδῶνος, εἰ δὲ μὴ, τοῦ γε ἱεροῦ τὴν ἀφίδρυσιν.* Namque ut rite fierent sacra, non solum signorum similitudo accurate exprimenda sed etiam cerimoniarum tenor religiose servandus erat; quod Jamblichus quoque declarat V. Pyth. II. 4. 18. singularum gentium Samum inhabitantium ortum et unde quique deducti fuerint, e sacrificiorum ritu etiamnunc cognosci affirmans. Hic autem unde disci poterat, nisi a primis auctoribus eorumve posteris? De Dianae sacris Massiliam et hinc in alias colonias propagatis Strabo IV. 179. *ἐν ταῖς ἀποίκοις πόλεσι πανταχοῦ τιμᾶν ἐν τοῖς πρώτοις ταύτην τὴν θεὸν καὶ τοῦ ξοάνου τὴν διάθεσιν τὴν αὐτὴν καὶ τἄλλα νόμιμα φυλάττεσθαι τὰ αὐτὰ ἅπερ ἐν τῇ ἀκροπόλει.* Idem L. XII. 537. *ἱερὸν Ἀπόλλωνος Καταόνος τιμώμενον καθ' ὅλην τὴν Καππαδοκίαν, ποιησαμένων ἀφιδρύματα ἀπ' αὐτοῦ.* v. Wesseling. ad Diod. XV. 49.

[e] Periti cultus, ut Valerius Maximus vocat I. 8. 2.

[f] Diodor. XIV. 77.

[g] Tria urbis nomina refert Lydus, unum *τελεστικόν*, Amor, quod commenticium est, secundum *ἱερατικόν* Flora, tertium *πολιτικόν* Mens. p. 97. ubi *ἐξαγορεύειν* scribendum pro *ἐξάγειν*. Vicum Valentiam commemorat Chron. Pasch. p. 109.

les exterorum superstitiones: ὡς τῶν Ῥωμαϊκῶν τινες ἱστορήκασιν, ἐκκλήσεις εἰσὶ καὶ γοητεῖαι θεῶν, αἷς νομίζοντες καὶ αὐτοὶ θεούς τινας ἐκκεκλῆσθαι παρὰ τῶν πολεμίων καὶ μετῳκηκέναι πρὸς αὐτοὺς, ἐφοβοῦντο τὸ αὐτὸ παθεῖν. Ὥςπερ οὖν Τύριοι δεσμοὺς ἀγάλμασι λέγονται περιβαλεῖν [h] ἕτεροι δ᾽ αἰτεῖν ἐγγυητὰς ἐπὶ λουτρὸν ἢ καθαρμόν τινα προπέμποντες etc. Sed et apud Graecos hujus moris vestigia extant: Liberi Patris statuam Chii devinxerant, Dianae Ephyraei Schol. Pind. Ol. VII. 93. Enyalii Venerisque Spartani; Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo et solvi ad diem sibi festum Macrob. I. 8. [i] quibus omnibus eandem causam subesse non crediderim, quum praesertim fieri possit ut taeniae et fasciae, consueta statuarum ornamenta [k], falsam vinculorum speciem praebuerint Periegetarum oculis, ad promta et aperta saepe caecutientium. Sed et quae de Tonaeorum Samiorum ritu prodita legimus Athen. XV. 572. D. cum nostra ratione congruunt, et Pausanias refert Enyalii vincula perpetuae mansionis pignus haberi. Hoc vero exemplo Paciaudius usus est Monum. Pelopp. T.

[h] Hercule et Apolline id factum esse constat.

[i] E Cleanthis Theomachia, libro ignotissimo, Plutarchus de Flumin. p. 1003. affert, Saturnum a Jove lana devinctum esse, dicis causa ut arbitror, et ad servandam veteris custodiae memoriam; cui similis est de Promethei vinculis saligneis fabula.

[k] Aelian. V. H. IX. 39. ἀναδήσας πολλαῖς ταινίαις καὶ στεφανώσας τὸ ἄγαλμα. Schol. Plat. p. 155. μύρον καταχέειν τῶν ἐν τοῖς ἁγιωτάτοις ἱεροῖς ἀγαλμάτων θέμις ἦν, ἐρίῳ τε στέφειν αὐτὰ καὶ τοῦτο κατά τινα ἱερατικὸν νόμον, ὡς ὁ μέγας Πρόκλος φησί. Cereris ἄγαλμα κατειλημμένον ταινίαις Pausan. X. 35. 5. et Hygieae circumdatas fascias II. 11. Generatim Petronius c. CII. statuarum ritu patiemur vincula et pannos.

II. p. 52. ad circumscribendam Ansaldi sententiam, sacrorum evocationem Graecis usitatam fuisse negantis, et recte quidem, si publice et solemni obtestatione evocata esse negat. Sed in universum de deorum inconstantia eandem fuisse Graecorum et Romanorum sententiam paremque et in intercipiendis peregrinis sacris sollertiam [l] et in retinendis cautionem, tot exemplis confirmatum est ut nullus dubitationi relinquatur locus. Quo perspecto ne illud quidem obscurum esse potest, qua de causa veteres tum privatim a sacris domesticis [m] tum publice a gentiliciis externos atque peregrinos exterminaverint. Hanc vero cautionem quando magis adhiberi par erat, quam quum deorum tutelarium solemnia obirent, quos sanctissimis quique cerimoniis colere, in quibus spem praesidiumque rerum suarum collocatam putare [n], quorum sacra una cum parentium cineribus [o] tanquam communis ortus documenta

[l] v. Liban. Antioch. T. I. p. 307. ubi plura sunt translatorum ab aliis sacrorum exempla.

[m] Isaeus de Hered. Ciron. p. 70. 27. τῷ Διὶ θύων τῷ Κτησίῳ, περὶ ἣν μάλιστ᾽ ἐκεῖνος θυσίαν ἐσπούδαζε καὶ οὔτε δούλους προςῆγεν οὔτε ἐλευθέρους ὀθνείους. Dionysius Hal. III. 35. Antiqq. μέλλοντος Τύλλου θυσίαν τινὰ κατ᾽ οἰκίαν ἐπιτελεῖν, ἣν αὐτοὺς μόνον ἐβούλετο τοὺς ἀναγκαίους εἰδέναι.

[n] Πελασγοὶ ἐν τῇ γῇ ἀπέλιπον ξόανον τῆς Ἀρτέμιδος, ὃ πατρῷον ἦν αὐτοῖς (Ἄρτεμις πατρῴα in foro Sicyoniorum Paus. II. 9. 6.) πανταχοῦ συμπεριαγόμενον Plutarch. de Mul. Virt. p. 278. T. VIII. Profugi τὰ πάτρια ἱερὰ ἐπάγονται Joseph. Antiqq. I. 10. θεῶν κομίζων ἧκεν ἱερὰ εἰς τὴν μετοίκησιν σεμνὰ ἐφόδια Aelian. ap. Suid. s. Σεμνά. Fortasse de Teline dictum Herod. VII. 153. qui Gelenses reduxit, ἔχων οὐδεμίην ἀνδρῶν δύναμιν ἀλλ᾽ ἱρὰ τῶν θεῶν.

[o] Θεῶν πατρῴων ἕδη θῆκαί τε προγόνων Aeschyl. Pers. 408. ἱερὰ πατρῷα καὶ προγόνων θῆκαι Lycurg. c. Leocr. p. 141. ἱερῶν καὶ τάφων πατρῴων Aeschin. Fals. Leg. p. 317. ἱεροῖς πατρῴοις καὶ μνήμασι τῶν προγόνων Lesbonax Protrept. p. 12. Dionys. Antt. VIII.

et publicae salutis fundamenta diligentissime conservare solebant[p]. Constat omnes in periculis suis deos patrios invocare et ideo illis vota solvere, quorum familiarius numen opitulari sibi credunt, Servius ait ad Aen. XII. 768.[q] idemque, qui sic appellentur, declarat ad Georg. I. 494. Patrii dii sunt qui praesunt singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Juno Carthagini; sicut Diana Ephesiorum. *θεὸς πάτριος* Xenoph. Eph. I. 11. p. 20. Venus Cypriorum V. 10. 108. Apollo Delphorum Himer. Or. XIII. 594. Mars Eleorum *πατρῷος* Schol. Pind. Ol. XIII. 148. Pergamenorum Aesculapius Eunap. V. Oribas. p. 181. Boiss. Sed nimis multa argumentor, qua de re certissima possum proferre testimonia; primum Pausaniae, cujus summa haec redit: Magnarum dearum mysteria in Messeniam intulit Cauco, instaurarunt Lycus et Methapus IV. 1. Tabulae plumbeae, quibus ritus sacrorum (*ἡ τελετὴ τῶν μεγάλων θεῶν*) inscripti erant, asservabantur *ἐν ἀποῤῥήτῳ* c. 26. usque ad instantem Messenae expu-

35. *θεῶν ἱερὰ καὶ πατέρων ἡρῷα* Plutarch. Themist. c. IX. *θεῶν ἱερὰ καὶ τάφους προγόνων* Dio Chr. XXV. 521. XII. 374. pro quo apud scriptores recentiores *τάφοι προγονικοί* Lucian. Eunuch. §. 3. p. 206. T. V. Dionys. Antt. VIII. 7. Aelian. V. H. II. 28. Simpliciter *ἱερὰ καὶ τάφοι* Plato Legg. III. 699. D. Epist. VIII. 356. Demosth. p. Cor. 289. 13. Arae, foci, deum delubra, sepulcra majorum Liv. XXVI. 13. templa, aras et sepulcra Flor. II. 7. 4.

[p] Zaleucus in Prooem. Stob. XLII. 280. *πόλιν φιλαιτέραν μηδεὶς ἄλλην ποιείσθω τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ὡς θεῶν πατρῴων νεμεσώντων.*

[q] Julian. Ep. XL. 417. A. *σοὶ πρώτῳ καθάπερ πατρίῳ θεῷ τὰ πρωτόλεια τῶν ἐμῶν σώστρων ἀπέδωκα.* Phalaris Ep. XXXVI. 132. *τοῖς πατρῴοις θεοῖς ἐπινίκια ἐβουθύτουν.*

gnationem; tunc autem Aristomenes eas clam omnibus terrae mandavit, melioris fortunae vices expectans; hoc enim pignore retento salvam fore Messeniam vates cecinerant c. 20. Multis annis post recuperata salute Epiteles, quo duce Messenii redierunt, tabulas effodit et in luco Carnasio una cum Euryti herois ossibus condidit c. 50. Hactenus ille. Deinde Herodotus narrat Miltiadem Parum oppugnantem Timus aedituae clandestinis monitis accessisse noctu ad opertum Cereris (*τῶν χθονίων θεῶν*) *ὡς κινήσοντά τι τῶν ἀποῤῥήτων*· sed illum objecto horrore protinus refugisse; Timo autem in jus vocatam, quod *τὰ ἐς ἔρσενα γόνον ἄῤῥητα ἱερὰ καὶ τὴν πατρίδος ἅλωσιν* hostibus prodidisset VI. 134.[r] Hinc satis claret, mysteria ad cultum numinum tutelarium pertinuisse eamque imprimis causam fuisse, cur Graeci eorum adspectu peregrinos interdicerent, quorum praesentiam neque diis gratam neque sibi utilem putarent. Sed nec illud explicatu difficile, cur ad sacra nonnulla ne civibus quidem omnibus liber fuerit et promtus aditus. Nam si qua erant urbium arcana praesidia, Palladia aliave munera divinitus accepta, ea, quamdiu divinitatis opinionem retinebant, non vulgi oculis exponi sed secreto ritu coli necesse erat; sed obsolescente superstitione pleraque pervulgata sunt. Cujus generis (ne in re nota multus sim) duo exempla

[r] Similiter exploratores Dorienses a Crio, qui Apollinis domestici (*Οἰκέτου*) statuam domi suae asservabat, *διδάσκονται τὴν ἅλωσιν τῆς Σπάρτης* Pausan. III. 13. 2. Zabidus Idumaeus patriae suae hostibus Apollinis tutelam vendidit Joseph. Apion. II. 8. 478.

apponere satis habeo; primum lapidem illum ad Cyzicenos coelo delapsum, quo amisso urbem amitti fatale erat J. Lyd. de Ostent. c. VII. p. 24. tum cincinnum Medusae, quem Minerva Aeropae[rr] Cephei filiae tradiderat, *ἐς φυλακὴν τῆς πόλεως*, Tegeatae autem in Poliadis asservabant tanta cum cura, ut ipsi sacerdoti non plus semel in anno eo ingredi fas esset. Cujus rei auctor Pausanias VIII. 47. quum in cursu operis plurima enumeret templa, quae vel semel per annum paterent colentibus, vel solis sacerdotibus adire permissum esset[s], suspicionem affert, in plerisque (nam de omnibus affirmare nolo vel propter sacrarium Hierosolymitanum) arcana urbium phylacteria, ut Libanius vocat Decl. T. I. p. 1029. reposita fuisse, sive alia divinae gratiae pignora, domesticis religionibus consecrata, sive heroum reliquiae, solo, in quo humati essent, salutares, sive etiam consignata literis gentis fata[ss]. Quo-

[rr] Sic Pausanias vocat, Asteropen Suidas s. *Πλόκιον Γοργάδος*. Apud illum eodem loco, ubi puella se ipsa interfecisse narratur *ὑπὸ δείματος καὶ αἰδοῦς*, scribendum videtur *ὑπὸ λήματος* animo magno.

[s] Minucius Octav. c. XXIV. 266. Quaedam fana semel anno videre permittunt, quaedam in totum videre nefas. Cujus prohibitionis causae variae pro loco et tempore nec penetrabiles praeter eam, quam Philo affert Enarrat in Cant. Cant. p. 722. T. IX. Gall. *τὰ ἅγια τῶν ἁγίων μείζονα τινὰ μυστηριώδη καὶ ἀπόκρυφον ἔχει τὴν τιμὴν, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσιόντος τοῦ ἀρχιερέως*. Semel in anno patebat templum Liberi Limnaei Demosth. c. Neaer. p. 1371. Domestici (*Οἰκουροῦ*) Schol. Lyc. 1246. Lysii Paus. IX. 16. 4. qui idem tradit de Dindymenae sacro IX. 25. 3. et Hippodamiae VI. 19. 1. Ad secundum genus pertinet Jovis Lycaei Abaton celeberrimum, de quo Eratosth. Cat. I. Schol. Arat. 28. aliaque multa, Pavoris Spartae consecrati Plutarch. V. Cleom. c. VIII. Quirini Romae Schol. Cruq. ad Epod. XVI. 1. Neptuni Paus. VIII. 31. 2. Achillis III. 20. 8. idemque deorum statuas sedesque solis sacerdotibus visendas multis in locis commemorat VII. 23. et 27. VIII. 36. 2. etc.

[ss] v. Epimetr. I.

rum omnium exempla afferre longum foret, sed ex uno specimine totum hoc genus superstitionis cognosci volo. Alexandro mortuo urbem, quae corpus ejus servaret, invictam inviolatamque fore Aristander praedixit vates Aelian. V. H. XII. 64. cf. Jul. Valerii Res gest. Alex. L. III. c. 92.[*] Aristides rhetor Manes eorum, qui contra Persas pugnantes pro libertate patriae mortem oppetivissent, tanquam perpetuos Graeciae tutores praedicat Or. Pl. II. p. 172.[†] et jam Perdiccas moriens Argaeo filio locum monstrasse dicitur, quo condi vellet et ossa etiam succedentium poni, quoad ibi reliquiae posterorum conditae forent, regnum in familia mansurum Justin. L. VII. 2.[††] Eique opinioni inserviens Pythia quotiescunque civitates fame, bello, aliove malo pressae divina consilia expeterent, toties

[*] Liban. Decl. T. II. p. 577. *Ἀλεξάνδρειαν τὴν δεικνῦσαν τὸν Ἀλεξάνδρου νεκρόν.*

[†] *ὑποχθονίους φύλακας καὶ σωτῆρας τῶν Ἑλλήνων, οὓς ῥύεσθαι τὴν χώραν οὐ χεῖρον ἢ τὸν ἐν Κολωνῷ κείμενον Οἰδίπουν ἢ εἴ τις ἀλλαχόθι που τῆς χώρας ἐν καιρῷ τοῖς ζῶσι κεῖσθαι πεπίστευται.* Hinc emendes Annaei Gaz. p. 654. Bibl. Bing. XII. *ἀκούεις τὸν Οἰδίπουν ἐν Κολωνῷ κείμενον ἐν Σκύρῳ* (*καιρῷ*) *κεῖσθαι τοῖς πολίταις.* Valerius Max. V. 3. 3. Oedipodis ossa inter Areopagum et Minervae arcem honore arae quasi sacrosancta coli dicit. Verbis illis *ἢ εἴτις ἀλλαχόθι τῆς χώρας* Aristidem non Orestem significasse, ut Scholiastes censet p. 218. Cratinum comicum sequens, indicat nomen *ἡ χώρα*, Atticam denotans; Theseum intelligi voluit vel Eurystheum prope templum Minervae Pallenidis conditum Eurip. Heracl. 1026. Frommelius Colonum, demum Atticum, in insulam Delum transfert.

[††] Idem L. III. 4. Phalantum narrat ossa sua conteri et in foro Tarentino spargi jussisse quo Partheniis possessionem Tarentinam in aeternum fundaret. Idem eodem consilio Solonem fecisse Aristoteles prodidit ap. Plut. V. Sol. c. XXXII. neque aliud Zoroaster moribundus Persis mandavit: *ἐὰν ἐκκαύσῃ με τὸ πῦρ, ἐκ τῶν καιομένων μου ὀστέων ἐπάρατε καὶ φυλάξατε καὶ οὐ λείψει τὸ βασίλειον ἐκ τῆς χώρας ἡμῶν, ὅσον χρόνον φυλάττετε ἐμὰ ὀστέα* Chron. Pasch. p. 37. C. Zonar. Lex. p. 964.

ferme heroum veterum ossa condere in suis finibus vel jam conditis debitos honores reddere jussit[u]. In hoc autem numero fuere plures, quorum monimenta ne incolae quidem noscitarunt, nulla profecto alia de re, quam quod conservandae reipublicae essent. Ita Dirçae sepulcrum nemini Thebanorum praeter Hipparchis notum fuisse Plutarchus testatur de Gen. Socr. c. V. 306. et Pausanias II. 29. Aeacum Aeginae sub ara quadam positum esse narrans non praetermittit, hoc *ἐν ἀποῤῥήτῳ* dici[w]. In universum, ut breviter repetam, nulla fere urbs fuit, quae non haberet quaedam domestica sacra in operto culta, seu patriorum deorum figmenta antiquissima seu heroum indigetum monimenta et *ἀποῤῥήτους θήκας*, sive

[u] Plutarch. de Pyth. Orac. XXVII. 292. *πολλὰ ἐφράζετο καὶ θεῶν ἱερὰ διαποντίων καὶ ἡρώων ἀπόῤῥητοι θῆκαι.* Exempla hujus generis suppeditat Pausanias V. 13. VI. 20. VII. 9. et 36. IX. 18. De Hectoris ossibus v. Jacobs. ad Aristot. Epitaph. XLI. p. 378. de Herculis Schol. Ven. XIII. v. 1. et Schol. Lyc. 1194. 1208. de Rhesi Polyaen. VI. 43. de Hesiodi Procl. ad Opp. 631. Jacobs. ad Mnesalc. Epigr. XV. Heyn. ad *Il.* XIII. 1. Sepulcrum Laomedontis quo integro tuta erant fata Trojana, super Scaeam portam fuisse Servius tradit ad Aen. II. 241. Aetolum in ipsa porta oraculi jussu sepultum esse Pausanias V. 42. utrumque, opinor, ad arcendum hostium introitum, sicut Neoptolemum sub limine templi Delphici defossum legimus Schol. Pind. Nem. VII. 62. Simile quiddam suspicor Libanium significasse in Or. p. Sacr. T. II. 241. ubi templi cujusdam memorat *τὰ τῆς ὀροφῆς ἀπόῤῥητα καὶ ὅσα ἀγάλματα κέκρυπτο τῷ σκότῳ·* et Pausaniam qui L. II. 14. Pelopis currum *πρὸς τῷ ὀρόφῳ τοῦ ἀνακτόρου ἀνακεῖσθαι* narrans, reconditum quendam locum indicat, quod vix assequutus est interpres currum istum de tholo suspendens unde omnibus conspicuus fuisset. Etym. M. p. 19. *ἄδυτα — οἷον ὀροφαί·* qui locus quam aptus fuerit ad hanc rem perspicitur ex Valer. Max. VI. 8. 7. Q. Lucretium proscriptum a triumviris uxor Thuria inter camaram et tectum cubiculi abdidit h. e. *ἐπὶ διπλῆς ὀροφῆς μεταξύ* Appian. Civ. IV. 144.

[w] *Ἡσιόδου τὸν τάφον οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν ἀλλ' ἀποκέκρυπται ζητούμενος ὑπὸ τῶν Ὀρχομενίων* etc. Plutarch. Conv. Sept. Sap. XIX. 48. T. VIII. Amphionis sepulcro custodia addita Paus. IX. 17.

alia divina favoris pignora ad conservandam rempublicam necessaria eamque ob causam duntaxat indigenis nota aut ne his quidem omnibus sed solis sacerdotibus aut magistratibus conscia.

§. 4.

Enumeratio sacrorum opertorum causis omnibus tempus est eo reverti, unde orsi sumus. Homerum igitur concedimus quidem in ea opinione fuisse ut illud aperto vivere voto[a] non omnibus temporibus conducere putaret, sed mysteriorum, Palladiorum aliorumque sacrorum reconditorum notitiam habuisse Iliadis atque Odysseae auctorem, id vero pernegamus. Eleusiniorum quidem famam sub ipsa belli Persici initia nondum extra Atticam evagatam esse, Herodotus significat, dum ea ipsi Spartanorum regi Demarato ignota fuisse narrat VIII. 65. quanquam idem Cleomenem vastatione sacri Eleusinii (*τὸ τέμενος τῶν θεῶν*) piaculum sibi contraxisse refert V. 75. neque non in Solonis legibus de senatu postridie mysteria in Eleusinium convocando sancitum erat Andocid. de Myst. p. 15. 6.[b] Haud multo ante

[a] Pythagorae illa vox est *μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι* Clemens Paedag. p. 641.

[b] Fabulosum est quod de Anacharsi narrat Lucianus in Scyth. 8. 154. T. IV. *ἐμυήθη μόνος βαρβάρων δημοποίητος γενόμενος, εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν*, et Himerius Or. XXX. 856. *ἤγαγεν ὁ τοῦ πυρὸς τοῦ κατ᾽ Ἐλευσῖνα πόθος καὶ Ἀνάχαρσιν ἐπὶ μυστήρια.* Ad talia fingenda quam promti fuerint, ostendit Sorani narratio de Hippocrate c. II. eum ab Atheniensibus civitate donatum et Eleusiniis initiatum esse *δεύτερον ἀφ᾽ Ἡρακλέους*, quod sequitur auctor Epistolarum. — Justinus narrat II. 8. Pisistrato nondum ad tyrannidem evecto, Megaren-

in Musaei, Pamphi [e] et Homeridae hymnis Eleusiniorum heroum nomina et genus proditum arbitror tum ob alias rationes tum quia in ceterarum urbium historiis regumque genealogiis nec ipsorum mentio nec urbis Eleusinis facta est. Illius autem divini doni, quo Trojae salus stetit, primi auctores extant Lesches et Arctinus v. Hesych. s. *Διομήδειος*· de ariete auricomo Thyestae regnum portendente Alcmaeonidis scriptor tradidit Schol. Eur. Or. 988. [d] Homero vero illas Pelopidarum discordias ignotas fuisse Critici docent in Schol. Venet. *B*. 106. De vellere aureo is qui Aegimium condidit Schol. Apoll. III. 584. de fatali Meleagri titione, quantum Pausanias resciscere potuit X. 31. nemo ante Phrynichum, quem in eo ab antiquis poetis Minyadis et Eoearum discessisse ait. De Nisi regis capillo purpureo

Cujus quam servata diu natura fuisset,

ses consilium cepisse matronas Atheniensium in Eleusiniis noctu opprimendi.

[e] E tribus Celei filiabus, quas Pamphus nominavit Paus. I. 38. Saesarae nomen ductum est ab ipsa Eleusine, olim Saesaria vocata Hesych. Idem: *Ἀλόπη κρήνη ἐν Ἐλευσῖνι*, ex qua Alope illa Cercyonis filia conficta est.

[d] Pelopis altis nobile in stabulis pecus, arcanus aries cujus per omne corpus effuso coma dependet auro — Possessor hujus regnat hunc cunctae domus fortuna sequitur Seneca Thyest. v. 225. Purpureum fuisse dixit Simonides Tzetz. Chil. I. 430. qui est auspicatissimus color. Festus p. 480. Tarquitius in ostentario Thusco prodidit arietem purpureo colore natum regibus felicitatem portendere cf. Tristan. Comm. T. I. 244. Antonino Diadumeno oves purpureae regnum portenderunt in agro patris natae Lamprid. Diad. c. IV. cf. Spartian. Geta c. III. Oraculum Pelopi de aurea ove redditum Suidas refert s. *Ἀνάθημα*, fabulam ipsam physice interpretatur Varro de R. R. II. 1. 6.

tam patriam incolumem. Nisi regnumque futurum,
concordes stabili firmarunt numine Parcae [e].

cui comparem habuit Pterelaus, nescio an nullum antiquius proferri possit testimonium quam Aeschyli Choeph. 610. Postremo, quod ad heroum indigetum cultum adtinet, sic statuo: quum Homeri aetate ne illis quidem, quos jam fama in deorum concilio collocaverat, preces et vota fieri videamus, haud veri simile esse, ut hi, quorum sepulcra monstrarentur, divinis gavisi sint honoribus, his autem de medio sublatis tolli etiam reliquiarum religionem, cujus primum vestigium in Eumeli quodam testimonio [f] reperisse mihi videor. De posteriorum scriptorum auctoritate quid existimandum sit, ex Hellenis, Oedipi aliorumque innumerabilium sepulcris commenticiis aestimari potest. Ergo de his quoque rebus nihil ad Homerum satis tuto transferre licet.

§. 5.

His ita perfectis transeam ad illud genus sacrorum mysticorum, quod ex divisione, quam tri-

[e] De Scyllae vel Comaethus facinore narrasse videtur ignotus poeta, cujus verba *πορφυρέην ἤμησε κρέκα* affert Suidas s. *Κρέκα*.

[f] Paus. II. 2. *τάφους Σισύφου καὶ Νηλέως οὐκ ἂν εἰ ζητοίη τις ἐπιλεξάμενος εὕροι τὰ Εὐμήλου· Νηλέως μὲν γὰρ οὐδὲ Νέστορι ἐπιδειχθῆναι τὸ μνῆμα ὑπὸ τοῦ Σισύφου φασι· χρῆναι γὰρ τοῖς πᾶσιν ἄγνωστον εἶναι. Σίσυφον δὲ ταφῆναι μὲν ἐν τῷ Ἰσθμῷ, τὸν δέ οἱ τάφον καὶ τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ Κορινθίων ὀλίγους εἶναι τοὺς εἰδότας.* Siebelisius edidit: *τάφους — οὐκ ἂν εὕροι, οὐδ' ἂν ζητοίη ἐπιλεξάμενος τὰ Εὐμήλου*, et verba *καὶ τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ* reddidit eorum, qui aequales ejus fuere, haec ut sit Corinthiorum oratio, Pausaniam docentium. Verum, ut ego sentio, pronomen reciprocum ostendit Eumeli ipsius verba afferri; praeterea cod. Vatic. verbum *εὕροι*

partitam fecimus, secundum est. Ac Pausanias quidem X. 4. conjecturam facit, Panopeum in Od. XI. 581. ideo *Καλλίχορον* dici, quod Thyiades [a] Atticae Parnassum petentes illo loco cantus tripudiaque edere solemne habuerint. Sed fallitur. Nam *καλλίχορος*, sive epitheton est, sive nomen quorundam locorum proprium, ut putei Attici et fluvii Paphlagoniae, cum choris nihil commune habet v. Ilgen. ad H. in Cer. 99. quamquam ad puteos choreas institutas esse praesertim a puellis aquatum missis, haud nego [b]. Nec firmius argumentum praebet Andromachae mariti luctu furentis cum Maenade comparatio Il. XX. 460. Is enim locus cum L. VI. 389. ubi eadem et eandem ob caussam progreditur *μαινομένῃ εἰκυῖα*, tantam similitudinem habet, ut vix dubitari possit, quin ex illo expressus et interpolatus sit. Et mirari subit, fere omnes locos, quibus

omittit, quo ejecto sic scribendum: *Σισύφου — τάφους οὐκ ἂν οὐδὲ ζητοίη τις*. qui Eumelum legerit, haud scio an sepulcri utriusque inveniendi spem plane abjecturus sit, quorum alterum ne Nestori quidem monstratum, alterum vel suorum aequalium perpaucis notum esse dicit: *φασὶ* scil. *τὰ Εὐμήλου συγγράμματα* i. e. poesis Corinthia, cujus paullo ante C. H. mentio fuit, ut L. VI. 2. *τὰ Ἠλείων φασὶ γράμματα*, et IV. 18. *ἔπη φασί*, nisi hoc ut saepe pro *φησί* surrepsit.

[a] Pausanias X. 6. 2. affirmat Thyiades a Thyia (Castalii filia) nomen habere. Hesiodus vero Thyiam Deucalionis filiam dicit Fr. LXXXVIII. filium Locrum Fr. XI. unde suspicari possis Delphicas Thyiades ei notas fuisse. Has significare videtur Hesychius: *Θεωρίδες, αἱ περὶ Διόνυσον γυναῖκες*. Apud Nonnum IX. 261. *παρθενικαὶ θεωρίδες* Apollini operantur, utrique deo Thyiades Paus. X. 22. 5.

[b] Philo de Vit. Mos. L. I. 642. *χοροὺς περὶ τὸ φρέαρ ἐν κύκλῳ στήσαντες*. Geoponn. L. XI. 4. 797. *Ἐτεοκλέους παῖδες ὑπορχούμεναι ταῖς θεαῖς εἰς φρέαρ ἐξελιττόμεναι πίπτουσι*. Plutarch. de Adul. et Am. Discr. c. 40. p. 218. *προσαπολλύουσιν αὐτοὺς την περὶ τὸ φρέαρ ὄρχησιν ἀτεχνῶς ὀρχούμενοι*· ubi Wyttenbachio nihil succurrit praeter proverbium *Λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει*.

Liberi nomen continetur, a veteribus Criticis sive per se ipsos, sive quia suspiciosis intertexti sunt, in disceptationem vocatos esse. Primum illud de amphora Od. XXIV. 74. quam Dionysus a Vulcano acceptam Thetidi donavit, eodem judicio, quo tota parva Necyia, damnatur. Secundum locum Od. XI. 325. ubi est Diana Ariadnam interimens *Διονύσου μαρτυρίῃσι*, Herodianus summae auctoritatis Grammaticus, ob correptionem syllabae, quae est in priore nomine ab extremâ tertia, in suspicione posuit v. Etym. M. s. *Διώνυσος*. Sed ille versus Il. XIV. 325. *Διώνυσον Σεμέλη τέκε χάρμα βροτοῖσιν*, pariter cum iis qui antecedunt proxime et subsequuntur ab Aristophane rejectus est, temere fortasse et inconsulte, si ob nihil aliud quam quia illa veterum amicarum computatio nec Jovis personae conveniens nec ad tempus et locum satis apta est; sed quaeritur an non plures habuerit et graviores ad repudiandum rationes, primum illum *Ἡσιόδειον χαρακτῆρα*, quem veteres magno consensu Homero abjudicant, deinde Danaae Perseique nomen poetae, ut iidem volunt, ignotum [bb] aliaque novitatis indicia. Illud certe quidem e Schol. Ambr. Od. IX. 198. elucet, plura fuisse in hoc loco, quae Critici culparent: *ταῦτα σημειοῦται πρὸς τὸ μὴ παραδιδόναι Ὅμηρον Διόνυσον οἴνου εὑρετὴν, τὸν δὲ Μάρωνα οὐ Διονύσου ἀλλὰ Ἀπόλλωνος ἱε-*

[bb] v. Massieu Diss. de Gorgon. in Mem. Acad. Par. T. III. 51. Persidas novit Homerus Il. XIX. 116. sed an divinus Persei ortus ei notus fuerit, hinc liquido judicari nequit.

ῥία, δι' ὅλης τῆς ποιήσεως οἴνου μνημονεύων (sic). ἡ δὲ ἀπόστασις πρὸς Ἡσίοδον, λέγοντα τὸν Μάρωνα Οἰνοπίωνος τοῦ Διονύσου [*]. Nam quum deus hic nulla alia re nisi invento vini usu inclaruerit et haec una causa sit, cur generis humani deliciae dicatur, sequitur eos, qui hoc ejus beneficium vel ignotum Homero vel silentio praetermissum statuerunt, illum locum pro supposito damnasse. Neque ex Inus consecratione Od. V. 332. veteres docti collegisse videntur, Dionysi divinitatem jam tum Homeri temporibus percrebruisse, si quidem illi hanc uno testimonio fundatam putarunt Il. VI. 132. quod ostendit ista adnotatio: σημειοῦνταί τινες, ὅτι ὡς περὶ θεοῦ τοῦ Διονύσου διαλέγεται, nisi hoc judicium a Chorizontibus profectum aut omissione particulae negativae depravatum est; nam ex hoc ipso loco, ut Heraclides ait c. XXXV. 114. νομίζουσιν ἔνιοι μηδὲ Διόνυσον εἶναι παρ' Ὁμήρῳ θεὸν, ἐπειδήπερ ὑπὸ Λυκούργου διώκεται καὶ μόλις δοκεῖ σωτηρίας τυχεῖν Θέτιδος παραστάσης. quanquam hi non tam Homeri sententiam exhibere quam ejus inconstantiam reprehendere videntur, qui eundem Dionysum et coelestibus diis adnumeret et ad casus deprimat humanos. Sed de Criticorum argumentationibus haud accurate cognitis [°] nec promtum

[*] Verba δι' ὅλης — μνημονεύοντα continuanda sunt cum prioribus οἶνου εὑρετήν.

[°] Eos, qui Il. I. 400. Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη substituerunt καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων, vehementer contemnit Heynius, quasi non idem flagitium, a quo Minerva filia liberatur, relinqueretur in Apolline Jovis filio. Verum non haec mutandae lectionis ratio fuit, sed quod Minervam tanti facinoris

est dicere nec proposito necessarium. Nos enim fanaticarum religionum vestigia quaerimus; quae quoniam in uno loco, quem modo indicavimus, expressa sunt et apparent, de eo primo loquemur. Illas igitur *μαινομένοιο Διωνύσοιο τιθήνας* non mortales esse feminas sed e nympharum genere Sophocles Oed. Col. 680. et plerique veterum consenserunt. Hoc autem concesso, quod nescio an aliter statui non possit, jam illud in contentionem venit, utrum poeta Bacchanal quoddam ante oculos habuerit, an ut Dianae Od. VI. 101. ita Dionysi comitatum, qualis puero convenit, animi notione informaverit, similitudinemque ab humanarum nutricum lusibus traduxerit ad deos. Sed si maxime largiamur, quod adjecta loci nota probare videtur, illam Liberi et colludentium nympharum speciem non libero animi motu conceptam sed ad naturae veritatem expressam esse, tamen non plus consequemur, quam ut famam quandam Bacchicarum cerimoniarum e Thracia ortam Graecorum aures pervasisse intelligamus. Rem enim apud Thraces gestam esse et Lycurgi nomen declarat, quem consentiens fere antiquitatis vox Boreae popularem facit, et confirmant alia Bacchicarum religionum vestigia, huic terrae impressa, quae quoniam ne postremus qui-

poenas dedisse nusquam legitur, constat vero dedisse Apollinem, tunc quum Laomedonti sese addiceret, exuta quidem divinitate, ut ostendit regis fraudulenti sed nullius in deos injuriae comperti oratio. Praeterea haec lectio aptior interpretationi physiologicae de elementorum tumultu, quam Cornutus probat XVII. 172. ubi male vulgata subrepsit; nam hic ignem, non ut Schol. Ven. Jovis sed Apollinis nomine significari statuit. (In Euphorionis versibus Fragm. p. 181. *οὐκ ἀβοήθητοι πρὸς κρήδεμνα δέμοντες* scribendum *οὐκ ἀβοηθὶ πόλιος*).

deam idemque verbosissimus fabulae enarrator, Gailius [d] complexus est, proximo loco in unum conferam, notis seu ignotis juxta usurus.

§. 6.

Tres deos Herodotus auctor est a Thracibus generatim coli, Martem Dianam, Dionysum V. 7. quorum postremum hymni abecedarii artifex v. 9. Anall. T. II. 514. Θρήικα vocat ob cultum gentilicium, quem Plinius quoque testatur XVI. 62. hederâ Liberi Patris et nunc adornant thyrsos galeasque ac scuta in Thraciae populis in solemnibus sacris Dionysum apud Thraces vaticinari Euripides Hec. 1243. et Pausanias IX. 30. memorant nulla cum loci notatione. Sed Herodotus VII. 110. templum dei fatidici apud Satras designat, templi custodes et oraculorum interpretes Bessos. Post quos Odrysae, quamdiu in fastigio stetere, sacris gentis praefuisse videntur; his enim regionem sacram (τὴν χώραν, ἐν ῇ ἀγάλλουσι τὸν θεόν) restituerunt Romani, Bessis ereptam Dio Cass. LI. 25. quos Volagaesus dei Liberi sacerdos ad defectionem impulit LIV. 34. Pro his gentibus Homero ignotis Graeci Romanique, quoties Bacchanaliorum imaginem proponunt, Edones Bistonesque et Cicones tanquam proprios dei cultores inducere

[d] Recherches sur la nature du culte de Bacchus Par. 1821. Quae J. H. Vossius de his rebus scripsit, huic Francogallo aeque ignota sunt ac Bentleji scripta Turcis.

solent. Sidonius V. 489. Bistonides veluti Ciconum cum forte pruinas Ogygiis complent thiasis etc. Virgilius Cir. 168. saepe velut gelidis Ciconum Bistonis in antris bacchatur. Ovid. Met. IX. 641. Ismariae celebrant repetita triennia Bacchae. Et quanquam locorum ignoratione nonnunquam ad Haemum aberrant et ad Rhodopeia saxa Orpheis animata modis [a], quo Hyginus etiam Lycurgum transfert Fab. XXXII. tamen perspicuum est, oram maritimam, quae ab Hebri ostiis ad Pindum protenditur, quasi pro domestico sacrorum Bacchicorum solo habitam esse. Qua Pangaeus ad mare descendit, Edones olim coluere, quibus communis fama et Lycurgum regem et Liberi cultum adscribit. Philostratus V. Ap. VII. 11. 249. *κἂν Ἠδωνοὶ ἢ Λυδοὶ βακχεύωσιν, οὐκ ἀπιστεῖς ὡς γάλακτος αὐταῖς ἢ οἴνου πηγὰς ἡ γῆ δίδωσι.* Silius IV. 775. Edonis ut Pangaea super, trieteride mota, it juga. Edonorum oppida Crenides et Novem Viae iisdem religionibus imbutae fuere; quod ostendit mons aurifer super Philippis Baccho consecratus. v. Larcher. ad Herodo. T. IV. p. 196. et Thyiades Amphipolitanae, quas Dioscorides Ep. XXXVIII. celebrat cum aperto solemnium orgiasticorum indicio. Eodem spectat illud *ἱερὸν τῆς Μητρὸς Ῥέας κιβώτιον,* quod Phyllis regis Bisaltarum [b] filia De-

[a] Claudian. de III. Cons. Hon. v. 114.

[b] Sithonem vocat Serv. Aen. V. 10. Phyleum Gramm. Bekk. p. 251. quod nomen in Epist. Socrat. XXX. p. 36. Orell. et in cor-

mophonti vel, ut alii, Acamanti tradidisse fertur Schol. Lyc. 495. Ea quidem fabula est, jactata ab Aeschine Fals. Leg. p. 219. sed praeterita ab Herodoto, qui nomen Ἐννέα ὁδοί aliunde repetit VII. 114. et Phyllidem regionem novit c. 113. non reginam, cujus cum Demophonte commercia tum celebrari coepta sunt, quum Athenienses condendae urbis Amphipolis consilium aut cepissent aut exequuti essent. Dianam Amphipolitanorum domesticum numen fuisse Antipater ostendit Thessal. Ep. XXXIV. huic urbi nihil de veteribus ornamentis relictum esse quaerens praeter deae templum, quam ipse quidem Brauroniam vocat et Aethopiam, Livius Tauropolon XLIV. 44. quae nomina fortasse a colonis Atticis in deam Thraciam translata tam Dianae quam Cybelae similem, vernacula autem Thracum dialecto Cotyn, ut arbitror, nominatam. Hanc enim Aeschylus in Edonis, Cybelae in modum, bacchantium caterva stipatam inducit. Sed hoc in conjectura positum. Progredior ad Axium ejusque accolas Paeones, de quorum sacris Hesychius testatur: Δρύαλος· ὁ Διόνυσος παρὰ Παίοσι. Nysam Paeoniae exhibet nummus, quem memorat Belley Memoir. d. Inscr. T. XXVI. p. 415. In Paeonum autem et Maedorum confiniis fons ille oriebatur, cujus haustu Silenus inebriatus est. Athen. II. 45. C. In Crestonaeorum tractu Aristoteles Auscult. c. 132. templum Bacchi memorat et auspicium

ruptissimo Scholio Aeschin. p. 755. reponendum videtur. Sithonis Phyllis Ovid. Remed. Am. v. 605. et Heroid. II. 55.

flammae sponte in ara emicantis, cui simillimum ostentum Octavio, quum per deserta Thraciae exercitum duceret, in Liberi Patris luco obvenisse narrat Suetonius Oct. c. XXXIV. Postremum sit, nam Aristaeum et Dionysopolin[c] propter novitatem testium omitto, Aphytis vini feracissima Liberique cultrix, quod declarat fanum dei a Xenophonte memoratum Hell. V. 3. 19. et Gigonus s. Gigonis, ut Stephanus scribit, ἄκρα μεταξὺ Μακεδονίας καὶ Παλλήνης[1] καὶ Γιγὼν· ἐντεῦθεν Διόνυσος καλεῖται Etym. M. Macedones vero ipsos Bacchi anniversaria sacra celebrasse, innotuit nulla re magis quam Cliti[d] caede, qua deus ob neglectum sui honorem Alexandrum implicuit. Haec autem cujusmodi fuerint, Athenaeus docet XIV. 659. F. regis Macedonici sacra patria τὰ Βακχικὰ nominans. Levius est, nec tamen ab hoc loco alienum, quod Grammatici testantur, Bacchas a Macedonibus gentilicio vocabulo Clodones vocari, et (sicut deum ipsum) Laphystias Schol. Lyc. 1236. easdemque Mimallones Lutat. ad Theb. IV. 660. quia aliquando mulieres Macedonicae assumto virili habitu hostes in fugam vertissent, in cujus rei memoriam Διονύσῳ ψευδάνορι templum consecratum ferunt [e]. Eoque

[c] v. Eckhel. T. II. p. 14. p. 25. et 388.

[d] Arrhian. IV. 8. Curt. VIII. 2. Alexander Clitum occidit die sacro, quod Libero Castoribusque fecerat Itinerar. Alex. c. XC. ed. Maji. Hinc illustratur Incerti carm. in Alex. v. 25. Poett. Min. T. III. sic Clitum ad Bacchi necat aram, quae parum explicat Wernsdorfius.

[e] v. Polyaen. IV. 1. 109. Schol. Pers. I. 100. Etym. et Suid. s. vv.

pertinent etiam illae *Μακέται αἱ καλούμεναι Μιμάλλονες καὶ Βασσάραι*, in pompa Dionysiaca a Philadelpho instructa dei currum sequentes Athen. V. 198. E. Bassaros quidem Porphyrius narrat de Abst. II. 8. Taurorum immania sacrificia aemulatos *καὶ τῇ τῶν ἀνθρωποθυσιῶν βακχείᾳ βορὰν τούτων προςθεμένους.* sensim ita efferatos esse, ut se invicem consumserint; hos autem Thraciae gentibus adnumerare licet propter Omophagiae usum et Taurorum imitationem. Cornutus ad Persium l. c. Bassareus a genere vestis, quo Liber utebatur demissae ad talos, quam Thraces Bassarim vocant; cui consentiunt Hesychius et Gramm. Bekk. p. 222. *βασσάρας* interpretantes *χιτῶνας διονυσιακοὺς ποικίλους, οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι Βάκχαι*[ee]. Talaribus autem vestibus ad modum Liberi usos esse Thraces apparet ex Dionysii versu, quem Stephanus s. *Ὠδωνες* e Bassaricis profert: *Μαίδων ἄγρια φῦλα καὶ Ὠδονες ἑλκεσίπεπλοι*, et ex Palaephato c. XXXIII. *ἐφόρουν χιτῶνας ποδήρεις ὥςπερ αἱ Θρῇσσαι.* Aliud nomen et vestis et dei conservavit Etym. M. *Βαλίαι ταχεῖαι καὶ βαλία διαποικίλος (χιτών) καὶ τὸν Διόνυσον Θρᾷκες*[f]. Ut Dionysi ipsius, sic Panis et Sileni imagines in multis Macedoniae numis effictos videmus, quod ambiguum foret cultus gentilis documentum, nisi

[ee] Verbum hinc derivatum *βασσαρεῖν* primus usurpavit Anacreo Athen. X. 427. A. idemque Dionysum sub humana specie circumeuntem induxit Himer. Or. IV. 458.

[f] *Ποικίλον Διονύσου χιτὼν βακχικός* Schol. Venet. VII. 47.

Hesychius Silenos proprio quodam Macedonum vocabulo Σαυάδας dici confirmaret.

Illa vero ipsa Thraciae loca, quae Bacchi sacris insignita sunt, etiam Orphei vestigia plurima ostendunt. Nam quod Dioscuriadis incolae hunc vatem apud se natum ferebant, quodque Plinius IV. 18. et hunc secutus vetus Plutarchi interpres de Nobil. XX. 978. Wytt. id decus Sithoniis Ponti accolis vindicare student, vix dignum memoratu. Oeagrum quidem Sithonium facit Nonnus XXII. 179. sed ejus Sithoniae, quam Herodotus verbis apertissimis nec obscure ii designant, qui Sithonem regem Pallenae patrem perhibent Conon X. Parthen. VI. Nonn. XLVIII. v. 186. quamque Nonnus ipse Ἀθωίδα vocat III. 216. Euphorion autem Fragm. p. 125. Olyntho adjungit. Orpheum ipsum Apollonius I. 30. Pieriae Bistonicae regem vocat, ubi illae Orphêo migrantes pectine silvae, sive, ut Nicander ait Ther. 462. Ἕβρος ἵνα ζωναῖά τ' ὄρη — καὶ δρύες Οἰαγρίδαο. His locis conjunctum est Serrhium promontorium, in quo ille sive sacrorum sive cantuum secreta agitasse dicitur Solin. c. XVI. v. Tzschuck. ad Mel. II. 2. 8. In Pangaeo monte Orpheum a matre Calliope numerorum arcana edoctum esse [g] vetus auctor Sermonis sacri tradit apud Jamblichum V. P. XXVIII. 306. ibique etiam Pythagoram ab Aglaophamo mysteriis initiatum; quae causa fuit

[g] τὰ περὶ θεῶν ὄργια substituit Proclus in Theol. VI. p. 13.

cur Celsus Odrysas una cum Samothracibus et Eleusiniis Hyperboreisque *ἐν τοῖς ἀρχαιοτάτοις καὶ σοφωτάτοις ἔταξεν ἔθνεσιν* ap. Orig. c. Cels. I. p. 13. (332. E. 334. B.) et Hermippus ap. Joseph. c. Ap. I. 22. Thraces inter Orphei magistros referret, ob hoc mendacii insimulatus a Meinersio in Hist. Doctrinn. T. I. 229. sed injuria, quippe relata referens. In Pangaeo vixisse Orpheum consentit Maximus Tyr. XXXVIII. 6. 210.[h] oppressum ibi a Maenadibus Eratosthenes Catast. XXIV. tandem a Ciconibus sepultum Aristoteles perhibet Epitaph. 46. qua gente dudum abolita Diodorus V. 77. memorat *Ὀρφέως τὴν ἐν Κίκοσι τελετήν*, quasi vidisset.

Sed ab eodem Orpheo mysteria Bacchi instituta esse primo, vulgaris fama fuit v. Cap. I. n. 6. Mela II. 2. 2. Interior, inquit, Thracia montes attollit Haemum et Rhodopen et Orbelon, sacris Liberi Patris et coetu Maenadum celebratos. Idque declarat etiam cerimoniarum convenientia summa. Nam Thracii Dionysi solemnia consuetudine barbara per furorem celebrata esse, et ex superioribus exemplis intelligitur et confirmat Plutarchus V. Alex. c. II. de Olympiade loquens: *πᾶσαι*, inquit, *αἱ τῇδε γυναῖκες, ἔνοχοι τοῖς Ὀρφικοῖς καὶ τοῖς περὶ Διόνυσον ὀργιασμοῖς ἐκ τοῦ παλαιοῦ Κλώδωνές τε καὶ*

[h] *Ὀρφεὺς — ἐγένετο ἐν Θρᾴκῃ ἐν τῷ Παγγαίῳ ὄρει, νέμονται δὲ τοῦτο Ὀδρύσαι, ὄρειον γένος, λῃσταὶ καὶ ἄξενοι·* quos etiam Philostratus Heroicc. p. 704. et Conon XLV. Orphei imperio subjiciunt. Libethrios ipsos Pangaei accolas vocat Himerius Or. XII. 690. reprehensus ob id a Wernsdorfio; sed quis illius urbis situm satis novit?

Μιμάλλονες ἐπωνυμίαν ἔχουσαι, πολλὰ ταῖς Ἠδωνίσι καὶ ταῖς περὶ τὸν Αἷμον Θρῄσσαις ὅμοια δρῶσιν[i], quarum morem gentilicium servavit Spartaci uxor *ὁμόφυλος μαντική τε καὶ κάτοχος τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς* Id. V. Crass. c. VIII. Serpentes, quos Olympias Baccharum ritu jactare solebat, fabulae isti de Alexandri ortu divino locum dedisse, Luciani opinio est in Alex. §. 7. p. 70. T. V. Sed idem animal Clemens Protrept. p. 6. Dionyso Bassareo, Artemidorus autem II. 13. et Theophrastus Char. XVI. Sabazio consecratum esse docent, quae sunt Dionysi Thracii cognomenta. Macrobius Sat. I. 18. In Thracia eundem haberi Solem[k] atque Liberum accepimus, quem illi Sebadium[l] nuncupantes magnifica religione celebrant, ut Alexander scribit. A Sabazio Wesselingius ad Hierocl. p. 633. Sabadiam Thraciae urbem et

Cum Libethris Boeoticis Orpheo nihil negotii est, nec convenit huic loco prae reliqua Boeotia ignominiosum proverbium *Ἀμουσότερος Λειβηθρίων*, de quo vid. Interpr. ad Aristaen. p. 592. Boisson.

[i] Cistam mysticam numis Macedonicis impressam hinc explicat Rubenius de Numo Augusti p. 269.

[k] *Παίονες σέβουσι μὲν ἥλιον, ἄγαλμα δὲ ἡλίου Παιονικὸν δίσκος βραχὺς ὑπὲρ μακροῦ ξύλου* Maxim. Tyr. VIII. 8. 142. Sophoclis versum *Ἥλιε φιλίπποις Θρῃξὶ πρέσβιστον σέβας* alibi emendavimus. Eratosthenes Catast. c. XXIV. Orpheum dicit Soli, quem Apollinem vocaret et deorum principem duceret, sese totum dicasse neglecto Dionyso; quod non video quomodo cum ceterorum testimoniis conciliari possit qui Orpheum sacrorum Bacchicorum inventorem ferunt.

[l] *Σεβάζιος* legitur in Schol. Bav. ad Demosth. p. 65. mendosius *Σεβάνδιος* in Etym. Gud. p. 495. *Σαβάδιον* Artemidorus l. c. Sabadius Apulej. Met. VIII. 170. alternantibus literis *Δ* et *Ζ* ut judaidiare pro judaizare Commodian. Instruct. adv. Gent. c. XXXVII. 634. trapedia Auctor. rei agrar. p. 248. schidia, oridia atque alia plurima, quae Schneiderus occupavit in Gramm. Lat. I. 386. Oleum exorcidiatum scripsit vetus interpres Archelai Disp. c. Man. p. 576. T. III. Gall. pro exorcizatum, *ἐξωρκισμένον*.

Sapaeos ipsos denominatos putat, neque ego intercedam, quominus Sais urbs Thraciae Vit. Arati in Uranolog. Petav. p. 268. et Saii incolae cum Sabis gente Thracica Eust. ad Dion. 1069. et deo Saba sive Sabazio componantur tanquam congeneres, licet hoc nomen ab aliis Phrygium esse dicatur; namque Phrygiis religionibus, ut Strabo ait, *ἔοικε τὰ παρὰ τοῖς Θρᾳξὶ, παρ᾽ οἷς καὶ τὰ Ὀρφικὰ τὴν καταρχὴν ἔσχεν*, quorum cognationem testatur etiam Midas, qui ab Orpheo initiatus Phrygiam religionibus implevit Justin. XI. 7. Ovid. Met. XI. 92. Brigesque in Phrygiam deduxit [m].

His autem in unum collatis efficitur, sacra Bacchica Thraciam praesertim anteriorem occupasse eorumque originem vulgo ab Orpheo repeti et esse iis magnam cum Orphicis cerimoniis convenientiam. Quando autem coeperint et an fama eorum jam Homeri temporibus ad Graecorum aures pervenerit, certum sciri nullo modo potest, quia omnes illi, quos excitavimus, testes multorum seculorum intervallo ab Homero disjuncti sunt. Interim, quoniam non constat, Pierum, Paeonum, aliarumque gentium migrationibus novos ritus introductos esse, concedamus licet, sacra Bacchica a Thraciae incolis antiquitus ascita et Graecis fama tenus cognita ipsique Homero, quum Bacchi et circumstrepentium nutricum tri-

[m] Conon c. I. Midan ex Asia venisse tradunt Lycophro v. 1397. et Nicander Athen. XV. 683. *ῥόδα Ὠδονίηθε Μίδης ἅπερ Ἀσίδος ἀρχὴν λείπων ἐν κλήροισιν ἀνέτρεφεν Ἠμαθίοισι.*

paedia adumbraret, ante oculos fuisse. Si quis autem hoc dato ulterius progredi atque hos peregrinos ritus Graeciae ipsi insinuare velit, incassum laborabit, quum in utriusque operis contextu ne earum quidem rerum, quae illis arctissime connexae sunt, ullum extet documentum domesticum, non clandestini coetus, non pervigilia, nil quod ad deorum mysticorum cultum spectet, denique de instrumentis et modis [n] huic generi sacrorum adhiberi solitis, deque eorum inventoribus, Mida, Olympo, Hyagnide, Marsya, verbum usque quaque nullum.

§. 7.

De tertio mysticorum sacrorum genere (id enim restat) dicturis in primo vestigio occurrit Melampus, heroicorum vatum princeps, cujus nomen celeberrimo cuique medico tribuitur [a]. Hunc enim medicinam auguralem (*τὴν διὰ φαρμάκων καὶ καθαρμῶν μαντικήν*) in medium protulisse Proetidasque *θυσίαις ἀποῤῥήτοις καὶ καθαρμοῖς*

[n] v. Fr. Reiman. Ilias post Homerum p. 96. Hoek Creta T. I. 228. *ὁ ποιητὴς δέδωκε τὸν αὐλὸν τοῖς Τρωσὶν, οὐδαμοῦ δὲ τοῖς Ἕλλησιν* Olympiod. ap. Wyttenb. ad Phaed. p. 146. *καλῶς τούτοις ἀποδέδωκε τὸν αὐλὸν ὡς Φρυξίν· ἐν Φρυγίᾳ γὰρ λέγεται εὑρεθῆναι ὁ αὐλὸς περὶ τὰ μυστήρια καὶ τοὺς ἐνθουσιασμούς.* Olympiod. in Plat. Alcib. p. 66. Himerius Ecl. XIII. 210. *πρῶτοι Φρύγες αἰτίαν ἔχουσιν εἰς αὐλὸν ἐμπνεῦσαι καὶ ταῖς τελεταῖς ἀναμίξαι τὰ κύμβαλα.* Aristoteles Polit. VIII. 7. 335. *πᾶσα βακχεία μάλιστα τῶν ὀργάνων ἐστὶν ἐν τοῖς αὐλοῖς· τῶν δὲ ἁρμονιῶν ἐν τοῖς φρυγιστὶ μέλεσι λαμβάνει ταῦτα τὸ πρέπον· οἷον ὁ Διθύραμβος ὁμολογουμένως εἶναι δοκεῖ Φρύγιον.* Tympana et cymbala Homero ignota cf. Millin. Monum. Ined. T. I. 164.

[a] v. Phintys Stob. Serm. LXXII. 446. et alii, quos Fabricius citat T. I. p. 115.

ad sanam mentem revocasse testantur Apollodorus II. 2. 2. et Pausanias VIII. 18. [b] Verum Homerus multa honorifice de viro praedicans, miraculum illud purificationis praetermittit; fatali eventu ad imperium pervenisse refert. Et qui posthac de curatione mulierum Argivarum meminere, ab Hesiodo sicut a primo hujus fabulae structore auctoritatem repetunt [c].

Secundum Melampum imprimis Musaeus celebratur ejusque *τελεταὶ καὶ καθαρμοί*. Sed de hoc quoque Homerus verbum dixit nullum, ut jam minus minusque mirer eorum judicium, qui coecum illum circulatorem rationalismi vitio infectum dedita opera hominum studiorumque mysticorum memoriam obtrivisse suspicantur. Nam Euclum quoque Cyprium, quamvis de se suisque incrementis vaticinatum sciret [d], ne nominare quidem dignatus est Homerus, ob hoc solum scilicet, quod homo sanctior fuisset et piandi peri-

[b] Melampodis fama divinationis artibus nota est Plin. XXV. 1. *Μαντόμαγον* Eudocia vocat p. 286.

[c] Versus a Plutarcho allati Philos. c. Princ. c. II. p. 83. *ἡ Ἀφροδίτη ταῖς τοῦ προσπόλου* (*Προίτου* puto, scripsit) *θυγατράσιν ἐμήνιεν ὅτι πρῶται μύσεα μηχανήσαντο καταχέειν νεανίσκων*, sic reformandi videntur: *Πρῶται μύσεα μηχανόωντο νεηνιέων καταχεῦαι.* Similis Proetidum morbo *κνήφη λοιμώδης* aliquando Romanas mulieres invasisse dicitur Schol. Ven. in Boeot. v. 327. Anonym. Exc. de Antiqq. Constantinop. p. 125. D. — Hesychii locum s. *Ἀχρουχεῖ· Ἄχροι ὄρος τῆς Ἀργείας, ἐφ' οὗ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο Μελάμπους καθάρας τὰς Προιτίδας, ἤγουν ταῖς Χάρισι·* Jacobsius Anthol. T. XI. 406. corrigit *ἐν Λουσοῖς ἐν Ἀρκάσι*, sed medicina violentior et obstat Hesychius ipse: *Προιτίδας, Χάριτας·* quod nomen Proeti filiabus impositum fortasse ob numerum parem aut ob formae praestantiam ab Hesiodo praedicatam Strab. VIII. 360. Hinc fortasse aliquis veram eruet scripturam.

[d] Paus. X. 24. Alia de Homero vaticinia legit Plutarchus de Hom. Poes. c. I. p. 1060.

tus[e]. Bacidis, qui ut Theopompus tradit Schol. Aristoph. Avv. 962. Pac. 1069. Laconicas mulieres animi vitio aegrotantes purificavit[f], tempora incerta sunt; Eucli aetate inferiorem facit Pausanias, ambo de bello Persico vaticinatos dicens X. 14. Hi igitur antiquorum aruspicum celeberrimi fuere; quorum non nomina solum sed artem quoque ignorat Homerus, plurima domesticarum caedium exempla proferens[g], expiationis nullum. Neque id inobservatum priscis magistris. Schol. Ven. XI. 680. παρ' Ὁμήρῳ οὐκ οἴδαμεν φονέα καθαιρόμενον, ἀλλὰ ἀντιτίνοντα ἢ φυγαδευόμενον· quibus non repugnant quae Il. XXIV. 480. adnotata sunt: ἔθος ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸν ἀκούσιον φόνον ἐργασάμενον φεύγειν ἐκ τῆς

[e] In eam certe sententiam accipiunt verba Apuleji Apol. I. p. 326. Carmina Eucli tractarunt veteres Grammatici. Schol. Plat. p. 185. Ruhnk. Bekk. p. 394. τὸ ἃ εἰ ψιλωθείη περισπασθὲν τὸ νῦν σημαίνει ὡς ἐν Εὔκλου τοῦ χρησμολόγου ποιήμασι· pro quo ποιήματι legitur in Edit. Siebenkees. p. 72. et ap. Suid. s. Ἀ. Nomen poetae hujus Salmasius tribus Hesychii locis restituit s. Σπουδάσκια, Κακόρας et Καπάτας. cf. Bast. Comment. Palaeogr. p. 747. Ab hoc Euclo, quem Hesychius Ἐμπυριβήτην vocatum tradit a cortina, unde prophetae Ἔνολμοι seu Ἐνόλμιοι dicuntur, diversus est sine dubio Eurycles engastrimythus, multo recentior thaumaturgus Athen. I. 19. E. a quo οἱ ἐγγαστρῖται nomen Εὐρυκλεῖδαι habent Schol. Vesp. 1014. Heindorf. ad Plat. Soph. p. 400. v. Chardon de la Rochette Melang. p. 80. — Photius Bibl. XCIV. 133. ἐγγαστρίμυθον Ἕλληνες μὲν Εὐρυκλέα λέγουσι, Βαβυλώνιοι δὲ Σακχούραν, quod nomen hebraicae linguae periti magum, fanaticum, interpretantur, et Hispani adhuc quosdam divinos celebrant Zahuri dictos v. Delrii Disquis. Mag. L. 1. C. III. p. 58. sq.

[f] De hoc fortasse loquitur Aelianus V. H. III. 42. ubi mulieribus Lacedaemoniorum et Chiorum aliquando οἶστρον βακχικὸν incidisse narrat. Mulieres Samias luxurie et libidine lascivientes persanavit Dexicreo, ἀνὴρ ἀγύρτης, adhibitis piaculis Plutarch. Quaest. Graec. LIV.

[g] Tlepolemi Il. II. 667. Medonis XIII. 695. XV. 335. Epigei XVI. 571. Patrocli XXIII. 86. Aetoli cujusdam Od. XIV. 379. Theoclymeni XV. 224.

πατρίδος καὶ παραγίγνεσθαι εἰς τινος οἰκίαν ἀνδρὸς πλουσίου καὶ καθίζειν ἐπὶ τῆς ἑστίας συγκεκαλυμμένον καθαρσίων δεόμενον accommodate ad posterioris aetatis morem Herodoto observatum in expiatione Adrasti I. 35. Quem quum veteres mythographi solita licentia ad heroicum aevum transferunt [g], tamen caedis expiandae officium non sacerdotibus tribuunt sed regibus et cuilibet uni patri familias. Homerum autem hujus consuetudinis ignarum fuisse Ulixis exemplum docet, qui domum funestam civiumque caede madentem, veluti si lanas suffiret, sulphure lustrat Od. XX. 481. ubi Eustathius multiplices καθαρσίων modos enumerat, sed nullum eorum poetae adhibet: ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς οὐχ οὕτω ποιεῖ ἀλλ' ἁπλούστερον p. 1934. 50. Heroico enim aevo, quicunque tale facinus in se admiserant, aut exilium dira poenam pro caede luebant, aut culpam pretio redimebant; cujus generis ille multos indicit et domi cum civibus et foris cum hospitibus impune innoxieque conversantes [h] quod fieri nullo modo potuisset, si jam tum viguisset opinio homicidarum interventu deorum religiones et hominum coetus contaminari, omniumque rerum exitus vitiari [i], aut si creditum esset illud quod Plato populo assensus sanxit: ὁ θανατωθεὶς

[g] v. Epimetr. II.

[h] Il. IX. 632. XVIII. 498. XXIII. 118. XXIV. 480.

[i] Ἐς τὰ τεμένη τῶν θεῶν εἰσιόντα (τὸν ἀνδροφόνον) μαίνειν τὴν ἁγνείαν αὐτῶν, ἐπὶ δὲ τραπέζας ἰόντα συγκαταπιμπλάναι τους ἀναιτίους· ἐκ γαρ τούτων αἱ ἀφορίαι γίνονται καὶ δυστυχεῖς αἱ πράξεις καθίστανται Antiph. Accus. Caed. p. 116. 10. cf. Spanhem. ad Callim. H. in Cer. v. 118. Valckenaer. ad Hipp. v. 946.

βιαίως θυμοῦταί τε τῷ δράσαντι καὶ τὸν ἑαυτοῦ φονέα δειμαίνει καὶ ταράττει Legg. IX. 865. D. sive ut Valerius ait: Ira manet duratque dolor. — Quisque suos sontes inimicaque pectora poenis implicat et varia meritos formidine terret III. 385. Quanquam hanc quoque superstitionem non defuerunt, qui in heroicum aevum transfunderent. Ammianus Marcell. XXII. 16. Pelusium Peleus, Achillis pater dicitur condidisse, lustrari deorum monitu jussus in lacu, qui civitatis alluit moenia, quum post interfectum fratrem nomine Phocum horrendis Furiarum imaginibus raptaretur. Verum spectrorum et larvarum formidines apud Homerum nullae sunt praeter caput Gorgonium inter Orci terricula[k] nec ullum genus magicarum praesti-

[k] Spectra, quae Orchomenios et Corinthios infestarunt Paus. II. 3. IX. 38. phasma Hecubae Schol. Lyc. 1030. Carni vatis Conon. c. XXVI. et illud, quod Coroebus interemit v. Huschke in Anal. Crit. Crit. p. 189. aliaque *δείματα* mortuorum non ignota sunt sed auctores fabularum latent. Gellus spectrum infantarium celebravit Sappho Zenob. Prov. III. 3. Apud Aeschylum Prom. 570. Io Argi impetu larvali exagitatur, sed Argum hunc Homero ignotum fuisse veteres Critici affirmant v. Procl. ad Hesiod. Opp. 84. neque Ottfr. Muellero concedi potest, Junonis epitheton *βοῶπις* natum esse ex Ius mutatione in vaccam, quod tum per se longe arcessitum est tum infringitur Hesiodi exemplo nympham Pluto *βοῶπιν* cognominantis Theog. 355. Apud Pindarum Pyth. IV. 283. Pelias Iasonem in Colchidem ablegat *ἀφελεῖν μᾶνιν χθονίων*, id est, Phrixi, qui ipsi in somniis apparuerat, *ἔφη γὰρ ὑπὸ δειμάτων νυκτερινῶν θορυβεῖσθαι διὰ τὸν Φρίξον*, ait Tzetzes in Pindarici loci enarratione ad Lyc. v. 174. p. 443. Mortuos non nisi dormientibus adspectus et colloquii sui copiam facere antiqua opinio fuit itaque pervulgata ut in Plauti Mostell. II, 2. 62. (482.) seni quaerenti num filius mortuum in somnis viderit, servus stomachabundus respondeat Mirum, quin vigilanti diceret, qui abhinc sexaginta annis occisus foret; interdum inepte stultus es! Nec puto veteribus creditum esse, quod Plutarchus dicit de S. N. V. c. X. 238. improbos terrere *μεθημερινὰ φάσματα*.

giarum; nam Circes veneficia et Agamedae *φάρμακα*, cestumque Veneris et Vulcani automata unusquisque sentit extra causam versari [I], ars autem sanguinis cantu sistendi nec sacra nec secreta est, sed medicinae domesticae modo adhibetur ex tempore. Ad extremum, ne ullus ad tergiversandum locus relinquatur, abest ab Homeri carminibus Jovis Purifici et Prodigialis sive, graecis nominibus, *Μειλιχίου, Παλαμναίου, Καθαρσίου, Φυξίου,* abest Averruncorum [II] et ultorum Manium religio, quibus propitiandis sacra lustralia et resolutoria [III] institui solent; quia ille vitae perfunctis Orcoque receptis ne memoriam quidem vitae ante actae, nedum vindictae cupiditatem et in inimicos grassandi facultatem relinquit.

Postquam huc progressi sumus, libet paulullum subsistere et quod viae retro est oculis remetiri. Primum veterum Graecorum instituta sacra, quoad ex Homeri carminibus cognosci possunt, delineavimus, vatum sacerdotumque genera, officia, artes descripsimus; quo patefactum est, nullum eorum Orphei similem fuisse. Deinde quoniam ejus fama potissimum mysticarum cerimoniarum tractatione continetur, varias hujus generis species et causas enumeravimus, earumque

[I] v. Epimetr. III.

[II] *Θεοὶ τρόπαιοι, λύσιοι, καθάρσιοι, ἀγνῖται, φύξιοι* Poll. I. 24. *ἀποπομπαῖοι* Anecd. Bekk. 483.

[III] Serv. ad Aen. IV. 515. resolutoria sacra ab aruspicibus fiunt. Gesnerus et Forcellinus hoc vocabulum quo uno *λύσιοι τελεταί* latine reddi potest, omittunt.

omnium ne minimam quidem significationem ab Homero factam deprehendimus. Unum restat ut quaeramus, nullumne post Homerum consequutum sit tempus, a quo harum rerum primordia repeti possint.

§. 8.

De Palladiorum cultu secreto [a] deque sepulcrorum religione qui primi memoraverint, superiore disputatione expositum est [b]. Bacchicorum orgiorum et nominis τελετὴ exemplum antiquissimum praebet Hesiodi locus ab Apollodoro excerptus II. 2. 2. [c] si poeta hoc ipse vocabulo usus est et ea significatione, qua plerumque accipi solet, de cultu deorum secreto [d]. Huic subjungerem Charondam Stob. XLIV. 289. τελεῖσθαι τὴν μεγίστην καὶ τελεωτάτην τελετὴν, ἀνδραγαθίαν μυούμενος, nisi totum prooemium et dictio ipsa rhe-

[a] Apud Serv. Aen. VII. 188. septem paria, quae imperium romanum tenent, acus Matris deum, cineres Orestis, velum Ilionae, sceptrum Priami etc. pro acus Falconetius emendat eos, Wernsdorfius Agdus, quorum neutrum probabile; nam forte cestus latet? Inter Plutarchi libellos unus fuit περὶ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν in Lampriae catalogo N. CXXXVII. Non minus obscure Commodianus Instruct. v. 90. de Gallis Cybelae: intus et arcanum quoddam quasi majus adorant et vocant sanctum. Cancellierium in Diss. de septem rebus fatalibus vulgatam Servii lectionem retinuisse colligo ex Inghiramii verbis Monum. Etrusch. T. II. p. 50. Vulgata omnia affert Muenterus in Comment. Antiqq.

[b] De Palladiis §. 4. de altero §. 3.

[c] Persimilem fabulam de tribus Minyadibus expositurus Antoninus Lib. c. X. Corinnae auctoritatem praescribit, nec subvenit qui prior meminerit.

[d] Cf. Voss. Epist. Myth. T. III. p. 14. Chelidon ille vetus θεολόγος καὶ χρησμολόγος περὶ τελετῶν διειλεγμένος, cujus Mnaseas meminit ap. Suid. s. Πύθου χελίδονος et s. χελ. prorsus ignotus et nomen fortasse e falsa proverbii interpretatione ortum.

torum officinas redoleret, unde Philo de Plant. Noe p. 236. D. et M. Antoninus III. 8. 44. sumserunt *τὰ ὄργια τῆς ἀρετῆς*. Hoc vocabulum *ὄργια* primum invenitur in Hymno Hom. in Cer. tum in Solonis lege de sodalitatibus [e]. De Eumelo quem Vossius primum putat initiorum Phrygiorum mentionem fecisse [f] dubium est an hoc e narratione Scholiastae Ven. ad Il. VI. 132. et Schol. Lyc. 273. colligi possit, cujus prima pars *Διόνυσος ἐν Κυβέλοις ὑπὸ τῆς Ῥέας τυχὼν καθαρμῶν καὶ διαθεὶς τὰς τελετὰς καὶ λαβὼν πᾶσαν παρὰ τῆς θεᾶς τὴν διασκευὴν ἀνὰ πᾶσαν ἐφέρετο τὴν γῆν*, ex Apollodoro fere ad verbum transscripta est, altera autem amplior de Lycurgi impietate et poena in Eumeli testimonio deficit, quod fortasse ad solum Lycurgum spectabat. Multo cupidius faciunt, qui ex Lydi loco de Mens. p. 82. quem in Diss. de M. B. attuli et ut inutilem ad probandum rejeci: *Τέρπανδρον Νύσαν λέγει τετιθηνηκέναι τὸν Διόνυσον τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον καλούμενον, ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης γενόμενον*

[e] *Ἱερῶν ὀργίων ἢ ναῦται* s. *μηνυταί*, quod varie corrigitur inde ab Heraldo et Salmasio Miscell. defens. p. 96. Gronovio Bas. Coloss. Tiber. c. XI. Thes. Gronov. T. VII. p. 470. Arnaldo Conject. L. II. c. 4. usque ad Niebuhrium Hist. Rom. T. I. p. 323. Ed. II. Nec minus perplexa quae sequuntur *ἢ ἐπὶ λίαν οἰχόμενοι ἢ ἐμπορίαν*, quo fortasse pertinet Hesychii glossa *Ἐπὶ λέαν, ἐπὶ λῃστείαν*, et significantur ii, qui auctoritate publica vel ipsi piraticam exercent vel castra sequuntur ad coemendam praedam, *οἱ ἐπὶ τὴν προνομὴν τῆς χώρας ὠφελείας χάριν πλέοντες ἔμποροι* Diod. XX. 84. *οἱ παρεπόμενοι τὰ στρατόπεδα ὠφελείας ἕνεκα* Polyb. III. 82. Diod. XX. 82. Nomen autem *ὄργια* neque ab *εἴργειν* ut Gesnerus statuit ad Lucian. Philop. §. 10. p. 515. T. IX. inclinatum videtur, neque ab *ὀργή*, ut Vossio ad H. in Cer. v. 273. sed a perfecto *ἔοργα*, sicut ab eodem verbi inclinamento *ἔρδω ἑορτή* cf. *αἰώρα, ἀορτής, αἰόλη*. Nomen *θίασος* legitur in Alcmanis versu Strab. X. 482.

[f] Antisymbol. T. I. p. 74. Mythol. Forsch. p. 18.

20

εἶτα ὑπὸ Τενέδιων σπαρχθέντα, fabulam Phrygiam Terpandro cognitam fuisse pertendunt, cui non plus quam prima testimonii per saturam lati pars ac ne haec quidem satis asseveranter tribui potest, quoniam Terpandri memoria jam primis seculis ita obscurata est, ut vix ulla ejus sententia nedum carmen integrum incorruptumque superasse videatur [g]. Transeo ad Hesiodum, quem de Bacchi natalibus aliquid exactius tradidisse ex Manilii verbis colligi potest:

> Hesiodus memorat divos divumque parentes
> et chaos enixum terras — — — —
> atque iterum patrio nascentem corpore Baccham.

L. II. 12. nisi poetam Hesiodi sententias liberalius interpretatum esse statuimus. Verum ab hac aetate deorsum progredientibus Bacchicarum fabularum vestigia fere gradatim increbescunt. De Archilochi Iobacchis bifariam certari potest et an scripti ab eo fuerint οἱ ἀναφερόμενοι εἰς αὐτὸν Ἰόβακχοι, et an hoc nomine inscripti; illud propter novitatem nominis Βάκχος addubitat Vossius [gg] nec demonstrari potest Atheniensium Ἰοβακχεῖα multo ante instituta esse. Sed extat Alcmanis locus de ὀρειβασίαις et bacchantium coetibus ἐν κορυφαῖς ὀρέων ὅκα θεοῖς ἅδῃ πολύφωνος ἑορτά Athen. XI. 499. A. Welck. Fragm. XXV.

[g] V. Voss. Antisymb. T. I. 339. Μύστιδα μολπήν Christodorus Terpandro tribuit Ecphr. v. 111. sed propter vim carminum arcanam et miraculi similem, qua Spartanorum animos tranquillavit. Suidas s. Μόσχος — τὸ Βοιώτιον οὕτω καλούμενον εὗρε Τέρπανδρος ὥσπερ καὶ τὸ Φρύγιον.

[gg] Mythol. Forschungen p. 17.

43. [†] cui interpretes opportune adhibent Aristidis testimonium: *καὶ λεόντων γάλα ἀμέλγειν ἀνέθηκέ τις αὐτῷ* (Dionyso) *Λακωνικὸς ποιητής*, id est Alcman. De Pisandro, qui Rheam *Κυβελλίδα* seu *Κυβεληγενῆ* celebrat ap. Steph. s. *Κυβέλεια*, dubium est utrum vetus sit Heracleae scriptor an ut Heynio visum Exc. I. ad Aen. II. p. 287. junior Larandensis. Sed indubius auctor Arion, qui primus omnium Dithyrambum et nominavit et docuit Herod. I. 23. hoc est imitandis bacchantium tripudiis novum quoddam poesis genus condidit. Huic suppar Antheas Rhodius Cleobuli sapientis familiaris *πάντα τὸν βίον ἐδιονυσίαζε ἐσθῆτα Διονυσιακὴν φορῶν* [††] *καὶ πολλοὺς τρέφων συμβάκχους· ἐξῆγε δὲ κῶμον ἀεὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ — καὶ κωμῳδίας ἐποίει καὶ ἄλλα — ἃ ἐξῆρχε τοῖς μετ' αὐτοῦ φαλλοφόροις* Athen. X. 445. B. quem locum etsi non gravissimum esse putem (nam illo illiterato tempore tam levicula res vix literis consignata est) tamen in historia Comicorum praetermitti miror [*]. Et his temporibus fortasse assignandi sunt Hymni Homerici XIII. et XVIII. quorum unus in deorum matrem scriptus est:

ᾗ κροτάλων τυπάνων τ' ἰαχὴ σύν τε βρόμος αὐλῶν
εὔαδεν, ἠδὲ λύκων κλαγγὴ χαροπῶν τε λεόντων.

[†] Vulgatae lectioni *λεοντεου παλαθεισα* proximum est *λεοντέου γάλα πλάθοισα*, quae de Cyrene aut Atalante aliqua dici videntur; neque eam dedecet casei confectio, ad quam invitatur Galatea Theocr. XI. 65.

[††] Similia de Magnete antiquissimo Smyrnaeorum poeta narrat Nicolaus Damascenus p. 450.

[*] Celeberrimum est Rhodi templum Liberi Patris Diod. XIX. 45. Lucian. Amor. §. 8. 264. T. IV. etc. Hesychius: *Θυωνίδας ὁ Διόνυσος παρὰ Ῥοδίοις τοὺς συκίνους Φάλητας.*

alter in Panem, quo prae ceteris gaudere dicitur ὁ Βακχεῖος Διόνυσος. Anacharsis apud Cyzicenos Matris magnae sacra edoctus τὴν ὀρτὴν πᾶσαν ἐπετέλεε τῇ θεῷ, τύμπανόν τε ἔχων καὶ ἐκδησάμενος ἀγάλματα Herodo. IV. 76. Heraclitus autem civibus suis τὸ τυμπανίσαι exprobrat in epistola VIII. ficta quidem illa sed fortasse ex sententia illius severi morum publicorum censoris, qui in libro de natura rerum Bacchanaliorum et pomparum phallicarum turpitudinem notavit [h]. Nomen Βάκχος in Xenophanis versu legitur, sed minus expedito [i]. Lyricorum autem posteriorum et maxime Pindari carmina documentum praebent, quanta tunc fuerit Rheae ejusque assessorum religio [ii].

§. 9.

Templi Eleusinii appositique ad custodiam draconis primus, quod literis extet, Hesiodus me-

[h] Τούτοις μαντεύεται Ἡράκλειτος, Νυκτιπόλοις, Μάγοις, Βάκχοις, Λήναις, μύσταις Fragm. p. 525. εἰ μὴ Διόνυσον πομπὴν ἐποιεῦντο, αἰδοίοισιν ἀναίδεστατα (f. ἂν ἀϊκέστατα) εἴργασται (f. εἴργαστο) p. 524. Nomen ἀνασεισίφαλλος ex Hipponacte affert Eustathius p. 1329. 33. (Quod Heraclitus sacrificia cruenta damnasse dicitur Fragm. p. 431. non solum Eliae Cretensis sed etiam Apollonii Epist. XXVII. 392. testimonio nititur.)

[i] Schol. Arist. Eqq. 409. Βάκχον οὐ τὸν Διόνυσον μόνον ἐκάλουν ἀλλὰ καὶ τοὺς τελοῦντας τὰ ὄργια, καὶ τοὺς κλάδους, οὓς οἱ μύσται φέρουσι· μέμνηται δὲ καὶ Ξενοφάνης ἐν Σίλλοις Ἑστᾶσιν δ' ἐλάται πυκινὸν περὶ δῶμα· ubi Checozius in Dissert. Acad. Cort. T. IV. p. 225. Βάκχοι pro ἐλάται emendat. Si Xenophanis testimonium hujus significationis probandae causa affertur, equidem malim ἑστᾶσιν δ' ἐλατῶν πυκινοὶ περὶ δώματα βάκχοι, sicut ἐλάτας κλάδοι Eur. Bacch. 98.

[ii] Pelopem, quum a patre prosectus esset, a Rhea restitutum esse diverse a Pindaro cecinit Bacchylides Schol. Pind. Ol. I. 37.

moriam prodidit Strab. IX. 393. Neque solemnium lustralium, quibus caedes expiantur, antiquior auctor extat. Didymus enim in Schol. Il. Λ. 336. quum narrasset Herculem interfecto Iphito a Neleo petivisse ut se expiaret ab eoque repulsum arma ad Pylum expugnandam convertisse, testem facit Hesiodum: ἱστορεῖ Ἡσίοδος ἐν καταλόγοις· nisi tota narratio, ut fieri solet in miscellaneis Grammaticorum, ex diversis corrivata est fontibus. Hesiodo non multum inferior Arctinus in Aethiopide Procl. p. X. Bekk. occiso per vim Thersita ab Ulixe expiatum tradidit. Phemonoen de Pythonis caede et lustratione Apollinis vaticinatam esse Pausanias narrat X. 6. quod equidem magis ne praetermitterem retuli quam quia relatu dignum existimo. Ad ultimum, si quaerimus, qua aetate prima medicinae auguralis, aruspicinae et ostentorum vestigia sese ostendant, idem occurrit Hesiodus, seculi mystici quasi antecursor. Hic enim praebia et herbas magicas praedicavit [k] scripsitque Ὀρνιθομαντείαν Diebus subjunctam [l], Melampodiam, libros fatidicos (ἔπη μαντικά) et ostentarium sive ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρα-

ejusque deae comes Pan ὠρχήσατο ἐν τῇ κρεουργίᾳ τοῦ Πέλοπος Schol. Aristid. p. 216. Fromm. hoc est in convivio illo Sipyleno a Pindaro paucis verbis perscripto; de quo aliter statuit Boeckhius ad Fragm. p. 593. Etym. M. s. Δὶς καὶ τρίς — μετὰ τὴν κρεουργίαν οἱ θεοὶ τὸν Πέλοπα ἀνεζωοποίησαν.

[k] Theophr. Hist. Pl. IX. 21. ἄλλα τε εὐηθέστερα καὶ ἀπιθανώτερα, τά τε τῶν περιάπτων καὶ ὅλως τῶν ἀλεξιφαρμάκων τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς οἰκίαις, καὶ ὡς δή φασι τριπόλιον καθ' Ἡσίοδον καὶ Μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα χρήσιμον εἶναι. Plinius XXI. 7. polion ab utroque poeta praedicari dicit ad omnia utilem.

[l] Procl. ad Opp. 824. praetermissum Fabricio T. I. 592.

σων[m]. Ejusdem de Curetibus et Satyris Bacchi Cybelaeque ministris extat testimonium Fr. XIII. omnium, quae habentur, antiquissimum; et Lactantius LXI. Fab. IV. breviter expositis Midae rebus, quem Matris magnae filium vocat, addit: Sic cum Hesiodo consentit Ovidius. Inter eos qui χρησμολόγοι et χρησμῳδοί vocantur, maximam vetustatis opinionem habet Musaeus, siquidem ejus librum de Thesprotis [n] Eugamon compilavit Cyrenaeus, ut ait Auctor περὶ Κλοπῆς, nimis quidem ille in odorandis veterum scriptorum plagiis sagax; sed Onomacriti certe aetate Musaeum priscis vatibus adnumeratum esse, ostendit coepta ab illo oraculorum interpolatio. Neque tamen hinc sequitur Musaei famam jam tribus quatuorve seculis ante percrebuisse. Homero quidem nomen χρησμός ignotum; ars ipsa ab heroici aevi consuetudine aliena; quod non procul aberat quin Pausanias ipse perspiceret. Is enim

[m] Prodigia expiari notissimum est. In Plutarch. Sept. Sap. Conv. III. p. 10. T. III. quum unus convivarum oblato prodigio Alexicacum citasset, Dioclem vatem Thales interrogat: ἦ που τὸν καθαρμὸν κινεῖν διανοῇ καὶ παρέχειν πράγματα τοῖς Ἀποτροπαίοις. Sed quod Pausanias ait Hesiodum vaticinandi artem ab Acarnanibus didicisse, videtur de his semigraecis eadem fuisse opinio, quae de Marsis Italiae; φαρμακεύτριαν Ἀκαρνανίδα producit Alciphro III. 44. ubi nonnulli vulgatum Ἀκαρνίδα in Δαρδανίδα mutant; Acarnanes fuerunt Carnus ille ab Hippota occisus et Megistias Leonidae vates e Melampi genere; Amphilytum Acarnanem vocat Herodotus I. 62. sed Acharnensem Plato. Silanus Ambraciota fuit Paus. III. 13. Philostr. V. Ap. VIII. 7. 350. Insulis Echinis nomen dedit Echinus augur Amphitryonis comes Steph. et Etym. M. s. v. Lucianus autem qui in Dial. c. Hesiod. poetam increpat, quod futurorum scientiam professus, promisso non steterit, carmina illa fatidica, quae sine dubio jam tunc in nonnullis exemplaribus Theogoniae adjuncta erant, non legisse se testatur.

[n] v. Thrige Res Cyrenens. p. 354. qui certe hoc non dicere volebat, quod verba significant, Musaeum de Ulixe loquutum esse.

subjecta. Amphiarao oraculo huic argumento arguit: ὅσους ἐξ Ἀπόλλωνος μανῆναι λέγουσι τῶν ἀρχαίων μάντεων, οὐδεὶς χρησμολόγος ἦν, ἀγαθοὶ δὲ ὀνείρατα ἐξηγήσασθαι καὶ διαγνῶναι πτήσεις καὶ σπλάγχνα ἱερῶν. Sed ne illi quidem, quos Apollinis et Nympharum afflatu vaticinatas dicit, Lycus, Musaeus, Bacis, Sibyllae X. 12. heroicis vatibus inseri possunt, quippe iisdem temporibus orti, quibus ceteri secretarum artium affectatores. Musaeum ab eodem Onomacrito Eumolpidarum genti adscriptum fabulaeque Eleusiniae implicatum esse sic colligo. Pausanias I. 22. 7. ἐγώ, inquit, ἔπη ἐπελεξάμην, ἐν οἷς ἐστι πέτεσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον· δοκεῖν δέ μοι πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος. Causam enim muneris requirenti nulla subvenit, nisi propinqua cognatio, cujus testes sunt plurimi, Musaeum Eumolpi filium, Eumolpum Boreae ex Chione nepotem perhibentes. v. Androt. Fr. p. 110. Munck. ad Hygin. F. CLVIII. neque obstat, quod Eumolpiae poesis auctor Musaeus Antiophemi filius dicitur Orph. Arg. 310. Paus. X. 5. 3. nam hunc quoque Antiophemum Androtio ab Eumolpo derivat hujus nominis principe. Ex hoc autem credibile fit jam Onomacriti aevo Musaei non vaticinia solum sed etiam libros sacrificales et artem purificandi [*] evulgata fuisse; quas artes quum Orpheus quoque complexus dicatur, utriusque fa-

[*] Haec sunt Musaei Τελεταὶ καὶ καθαρμοί, unde sumta videntur, quae paullo ante de tripolio allata sunt et illud in Schol. Apoll. IV. 156. ἡ ἄρκευθος δένδρον Ἀπόλλωνος ἴδιον ὡς ἱστορεῖται ἐν τρίτῳ τῶν εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένων. Juniperus, frutex lustralis con-

mam, communes fontes habere haud vana ratione affirmamus. Nec fuit ullum tempus talium superstitionum foecundius. Etenim post decursum illius felicissimi aevi, cujus imaginem in Homeri carminibus expressam videmus, magna rerum civilium, sed multo major religionum, studiorum, voluntatum conversio consequuta et universa Graecia in tantum mutata est, ut si quis ab Homeri lectione sese ad eos scriptores transferat, qui tempore belli Persici vixere, velut in aliam oram delatus vix illos veteres Achaeos agnoscere sibi videatur, qui laeti praesentibus, futurorum securi, promti ad agendum, actorum immemores, sollicitudinis et superstitionis causas procul habebant. Sed ubi Graeci adolescente paulisper ratione involutas animi intelligentias excutere et semet ipsos cognoscere coeperunt, tum illa successit maturior aetas et sollicitior, ad quam profecti homines tum voluptatum tum virtutis stimulos acrius acutiusque persentiscunt, inter damnata appetitaque alternis fluctuantes, magno cum animi motu et saepe taedio sui. Hinc rerum additarum cura et venturi praesagia et multiplices superstitiones, quas salutis desperatio scelerumque conscientia progignere solet. Cujus novae aetatis in Graeciam ingressum et vestigia quominus clare cerna-

secrata est Apollini iatromantico, cujus religio ab Homericis temporibus aliena. Quae Hippocrates scripsit in Ep. ad Philop. p. 909. *ἰητρικὴ καὶ μαντικὴ καὶ πάνυ συγγενεῖς εἰσι, ἐπεὶ καὶ τῶν δύο τεχνέων πατὴρ εἷς Ἀπόλλων·* et eodem fere modo Macrobius Sat. I. 20. atque Eustathius p. 48. Melampi et Polyidi exemplis usus, nihil ad Homerum pertinent; nec nomen ipsum Apollinis etsi derivetur a verbo *ἀπέλλειν* v. Clavier. Hist. d. prem. temps. I. p. 85. certum hujus muneris indicium praebet.

mus obstat illius temporis obscuritas, quod nullis fere literarum monumentis illustratum regionis simile dici potest coecis nubilis obductae, unde arcium culmina eminent, solum et fundamentum latet. Sed magnum quendam ingeniorum aestum et nova meditamenta testatur poesis lyricae paullo post Hesiodum increbescentis perfectio et philosophiae ortus et artium elegantiorum incrementa. Jamjam templa dis heroibusque magnifice condi, ludos solemnes oppidatim institui, sacerdotum numerum et insignia, abrogato praesertim regio imperio, gliscere videmus. Sed iisdem temporibus etiam mysticas cerimonias, quarum prima, ut diximus, vestigia in carminibus Hesiodeis et Cyclicis apparent, longe lateque fusas esse omnemque vitam novis occupasse superstitionibus, manifestum facit multitudo praestigiatorum, qui inde usque Graeciam pervagati sunt non solum caedem et sanguinem sed etiam prodigia, sacra commissa, et quidquid piaculorum seu singuli seu populi[66] suscepissent, secretioribus quibusdam ritibus expiantes. Quo in numero ante ceteros celebratur Abaris χρησμολόγος et καθαρτής, quem qui Olympiade secunda vixisse narrant, aetatem, quam subjector carminum ementitus est, designare videntur, qui quadraginta lustris post, eam

[66] His turbulentis temporibus, quibus Graecae urbes discordiarum civilium aestu fatigabantur, multa sine dubio ἄγη commissa sunt similia Cylonio et illi, quod Aeginetae ἐκθύσασθαι non potuerant Herod. VI. 91. quo major expiantium auctoritas. Delphi tamen occiso Aesopo piaculum pretio, ut antiquiores solebant, solvere jussi Herod. II. 134. Lustrationis publicae mentio prima est in Hipponactis Fragm. p. 69. sed nomen σύμβακχοι, quod Helladius φαρμακοῖς illis tribuit, non constat, quando in usum venerit.

qua subjecta sunt[p]; similiter ut Aristeae gemini circulatoris[pp] tempora modo ex opinione communi modo, ut Critici constituerunt, definiri solent, de quo si verum est, quod Pausanias et Plutarchus narrant, cum oraculi jussu a Sparta-

[p] Schol. ad Greg. Naz. in Catal. Bibl. Bodl. p. 51. et brevius Eudocia p. 20. *Ἄβαρις ἔνθους γενόμενος κύκλῳ περιῄει μετὰ βέλους τὴν Ἑλλάδα καὶ χρησμούς τινας ἔλεγε καὶ μαντείας· ὁ δὲ ῥήτωρ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ μενεσχε* (scr. *Μενεσαίχμου*) *φησὶν ὅτι λιμοῦ γενομένου ἐν τοῖς Ὑπερβορέοις ἐλθὼν ὁ Ἄβαρις ἐμισθώτευσε τῷ Ἀπόλλωνι καὶ μαθὼν χρησμοὺς παρ' αὐτοῦ, σύμβολον ἔχων τὸ βέλος τοῦ Ἀπόλλωνος, περιῄει ἐν τῇ Ἑλλάδι μαντευόμενος.* Apparet hinc Lycurgum, cujus ex oratione hauserunt Suidas s. *Προηρόσίαι* et Harpocr. s. *Ἄβαρις*, sagittam illam Abaridi non ad vehendum traditam putasse sed ut pro signo esset divinae legationis. Vulgarem fabulam de itinere aerio ambigo utrum ab Hecataeo Abderita in libro de Hyperboreis Diod. I. 47. an ab Heraclide Pontico *ἐν τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἄβαριν* Anecd. Bekk. p. 145. et p. 178. propositam putem; nam de Herodoto IV. 36. quod diu credidimus, notam ei fuisse illam vecturam, Struvius in egregio Spec. Quaest. de Herod. dial. p. 12. gravissimis argumentis demonstravit falsum esse; Abarin *οἰστῷ βέλει συμφέρεσθαι* Celsus ait Orig. III. 129. Prima volaticorum hominum memoria fortasse ab Onomacrito repetenda, qui Musaeum hac facultate usum dicit Paus. I. 82. de Triptolemo fabulam non admodum antiquam esse Vossius judicavit Epist. Myth. LIII. 146. Daedalus et Medea ab hoc loco alieni sunt. Cetero Abaris ille non solum aeronauticae sed etiam ejus artis, quam S. Franciscus alumnos suos perdocuit, specimen edidit, stipis sacrae colligendae causa terra marique circumvectus Jambl. V. P. XIX. 91. iisdem fere temporibus, quibus Delphi templi restituendi causa undique collectam exegerunt Herod. II. 180. Cetera sacrarum mendicationum exempla collegerunt Ruhakenius ad Tim. p. 10. et Iresionae homericae interpres Ilgenius in Opusc. Phil.

[pp] Cum Abaridis volatura componendum est Aristeae iter ecstaticum, de quo Maximus Tyr. XXXVIII. 233. *ἔφασκε τὴν ψυχὴν καταλιποῦσαν τὸ σῶμα περιπολῆσαι τὴν γῆν — ἐποπτεῦσαι δὲ πάντα ἑξῆς νόμαια καὶ ἤθη πολιτικὰ καὶ φύσεις χωρίων — γενέσθαι δ' αὐτῇ καὶ τὴν τοῦ οὐρανοῦ θέαν πολὺ τῆς νέρθεν σαφεστέραν.* Disceptari potest, utrum haec et similes fabulae de Hermotimo Clazomenio, Ere Pamphylio, Thespesio Solensi, et similiter Pythagorae Empedoclisque ecstases ac visiones, quae omnes ad idem exemplum fictae videntur, epimythiorum instar et ad oblectandum an superstitionis augendae causa inventae sint. Varronem Atacinum Wernsdorfius putat in Chorographia terrarum et marium descriptionem ita instituisse ut aliquem sive deum sive hominem, forte Pythagoram, induceret mente atque animo in coeli regiones sublatum omnes siderum orbes lustrasse quemadmodum in Somnio Scipionis factum Cicero narrat. Poet. Min. T. V. P. III. 1387.

nis accitum arte musica civitatem pestilentia liberasse specimen praebet illius divinioris musicae, cujus principatus Orpheo defertur. Thaletae familiaris, ut quidam perhibent [q], Onomacritus Locrensis, vates peregrinabundus, primus legibus condendis animum appulisse dicitur; et ejusdem popularis Epimenides complures urbes lustravit, bellique Persici dilationem a diis impetravit [r] σοφὸς περὶ τὰ θεῖα τὴν ἐνθουσιαστικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν, ut Plutarchus ait; τελεστήν vocat Socrates Hist. Eccl. I. 16. 193. nomine novitio [s]. Inter haec vero Aegyptus patefacta est superstitionum et vanitatum sacerdotalium parens, quarum contagionem jam ante Pythagoram occulte in Graecia serpsisse quis non consentiat, quum diu-

[q] Hos reprehendit Aristoteles Polit. II. 9. 5. sed ita ut qua in re erraverint non clare appareat.

[r] Clemens Strom. VI. 755. Hunc aemulata Diotima Socratis magistra, Ἀθηναίοις ποτὲ θυσαμένοις πρὸ τοῦ λοιμοῦ δέκα ἔτη ἀναβολὴν ἐποίησε τῆς νόσου Plato Symp. 201. D. cui nomen τελεστικὴ φιλόσοφος tribuit Schol. Aristid. Or. Pl. II. 127. et Proculus in Theol. p. 422. γυναῖκες τελεστικὰς, ὡς Διοτίμαν τὴν Πλάτωνος, ὡς τὴν Βερενίκην (sic) ἄλλην ταύτην μαγείας διδάσκαλον. Hanc Berenicen cum Ostane et Damigeronte componit Tertullianus de Anim. c. LVII. p. 355. saepiusque commemorant artis magnae scriptores. v. Fabric. T. XIII. p. 102. Wolf. Catal. Femin. Illustr. p. 422. Servius Aen. VIII. 398. sciendum secundum aruspicinae libros et sacra Acherontia fata decem annis differri, ubi hoc decem annis a Servio temere additum esse temere suspicatur Heynius Comm. Goett. Nov. T. VII. p. 27. Ubique numerum annorum, quoad vita produci possit, definitum legimus. Phalaridi in duo annos vitam prorogavit Apollo. v. Schweighaeuser. ad Athen. XIII. 602. B. idemque in tres annos distulit Sardium expugnationem Herodo. I. 91. ac taurobolìati quoque in certos annos se plerumque renasci putabant.

[s] Vetus nomen est καθαρτής et ἰατρόμαντις, quo Aeschylus utitur in Eum. et Suppl. 277. ubi Apis e Naupactia ἰατρόμαντις παῖς Ἀπόλλωνος a quo vix differt ille Aegyptius Apis quem Suidas dicit artem medicam Graeciae intulisse s. v. Μάντις ἀγυρτικός Plut. V. Lyc. c. IX. ψευδόμαντις θυροκόπος φλέδων Aesch. Agam. 1166. Apud Plut. Apophth. Lacc. p. 218. T. VIII. Cleomenes Anaxandridae filius diuturno morbo pressus καθαρταῖς καὶ μάντεσι προσεῖχε.

turma crebraque utriusque gentis commercia et unius vaniloquentiam respexerit, alterius credulitatem? Sed eodem temporum tractu etiam Musaei, Eumolpi, Orphei carmina mystica atque illud, cui Minyadis nomen, in medium processisse non praeter rationem creditur; quibus omnibus novae de inferis fabulae sparsae, iisque, qui deorum sacra decreta percepissent, spes beatioris vitae et Elysiae sedes promissae sunt et pares contemtoribus poenae. Quid? Atheniensium legibus, quibus constitutum ut caedem qui fecissent ad regem sacrorum deferrentur, absoluti judicio solemniter purificarentur, auctore, ut fertur, Dracone, nonne deorum manium religio sancita est? quam confirmavit Solon τρεῖς θεοὺς ὀμνύναι κελεύων, Ἱκέσιον, Καθάρσιον, Ἐξακεστήριον Poll. VIII. 42. nimirum in δίκαις φονικαῖς [t]. Neque aliis fundamentis excitata sunt psychomantia et manium evocationes, quorum memoria cum rebus Archilochi, Periandri et Pausaniae conjuncta, Homero recentior est, cujus aequales si quem illius artis usum habuissent, non opus erat Ulixem ad inferos deduci. Brevi intervallo sequutus est Pythagoras, portentosae sapientiae auctor, et illud sublucanum tempus, quo poetae philosophari, philosophi poetari coeperunt.

His igitur quatuor seculis, quae Homerum inter et bella Persica interfluxerunt, maxima re-

[t] Ad alias causas haud dubie pertinet, quod Draco vel judices vel litigatores per Jovem, Neptunum et Minervam jurare jussit. v. Spanh. ad Nubb. 1224. Platner der Process u. die Klagen T. II. Praef.

rum omnium quae ad deorum cultum pertinent, mutatio facta est; haec solemnium lustralium, mysteriorum, medicinae hieraticae et poesis fanaticae ortum et incrementa continent; his etiam Bacidis, Pamphi, Olenis et Sibyllarum carmina antiquissima consarcinata, omnesque piarum fraudum viae patefactae videntur. Unde facilis est conclusio, Orphicae quoque fabulae telam, quae tota iisdem quasi staminibus constat, non a Proselenis philosophis textam sed uno fortasse et altero post Homerum seculo coeptam et paullo ante Onomacritum absolutam esse.

§. 10.

Casu factum esse ajunt quod Homerus nusquam Orphei meminerit neque ignorasse illum celeberrimi vatis in genus humanum merita sed nullam ad celebrandum ejus nomen occasionem habuisse [a]. Macte ingenio este hujus deverticuli inventores, quo nullus veterum Criticorum uti ausus est. Hi enim, quum vidissent successu temporis multas artes, fabulas, consuetudines, multa etiam vocabula et dicendi genera invaluisse prioribus inusitata, in interpretandis et emendandis Homeri carminibus hanc regulam sibi constituerunt, ut tantum modo ei notum fuisse sumerent, quan-

[a] Heynius ad Apollod. p. 118. Quod Hesiodum primum fabulae de Gorgone et Perseo auctorem edunt viri docti, auctore Hesychio, parum docte faciunt, qui Homerum fabulas has ignorare h. e. iis non uti, ait. Num, quia non demonstrari potest Homerum haec ignorasse, credendum est, eum non ignorasse?

tum probari posset; non quo putarent doctum poetam omnia, quae nosset, carminibus suis infersisse, sed quia ineptum judicabant quidquam sine idonea ratione credere. Itaque negarunt homericos heroes in pugna tesseris et signis, in sacrificiis thure, in concione calculis, in conviviis propinatione et unguentis usos esse, ac ne gallorum quidem cantum illis reliquere. Iidemque in grammaticis quaestionibus, etsi neutiquam contendunt universi Graecorum sermonis, qui tum viguit, vim et varietatem Iliadis et Odysseae angustiis contineri, tamen vocabula *θησαυρός, πλῆκτρον, πνεῦμα, πλοῖον, τύχη, τύραννος, χλαμύς* et centena alia Homero abjudicant, multum repugnaturi, si quis ea sub illo fortuitae praetermissionis obtentu in homericorum carminum contextum invehere vellet. Haec Criticorum repagula si semel revulsa fuerint, si quisque, ut aliquid mente conceperit, is perficiet, ut hoc Homero notum sed casu praetermissum videatur, nihil erit in rerum natura, quod Homerus non praetermisisse potius, quam ignorasse videri possit. Illi Orpheum ei cognitum fuisse sumunt; sumet alius Pronapidem, alius Eumolpum; erit, qui Homerum Daretis scripta compilasse dicat, erit qui Demodoci, erit qui Phantasiae Aegyptiae. Nam haec omnia ab aliquibus veterum affirmantur, neque ulla ratio dici potest, cur ita esse non possit. Eodemque argumento aliquis efficiet, Iliacis temporibus et caupones fuisse et ciniflones et angaros et portitores, typographos

denique et lithographos. Quo si quis dubitet an conjectandi licentia progredi possit, oblitus videtur Gerhardi Croesi atque ejus Historiae Ebraeorum ab Homero conscriptae, nec minus Jonae Rami, qui Ulixem et Utinum sive Odinum eundem esse demonstravit, et Forcatuli, qui Tolosae aliarumque gallicarum urbium nomina in Homeri carminibus sibi reperire visus est, Xaverii denique Minervini, qui Trojam non heroum graecorum vi et virtute sed Volcaniis armis, id est terrae motibus et incendiis eversam eamque rem a poeta versibus luculentissimis enarratam esse dixit; quorum nulli aut argumenta defuerunt aut laudatores; ac ne hodie quidem deforent illis, si modo scirent τὸν κνήθοντα ἀντικνήθειν. Verum concedamus, ex eo, quod Orphei ipsius nomen apud Homerum non legitur, non sequi ut ignotum fuerit ista aetate; illud certe, quod rerum omnium, quibus Orphei fama conflata est, quae multae sunt variaeque, ne minimum quidem signum in homericis carminibus extat, fortuitum videri nullo modo potest. Jam cum hoc argumento conferamus partis adversae rationes et illud inartificiale probationis genus, quo isti uti solent. Orpheus, inquiunt, si minus Homeri at certe Lyricorum splendidissimis testimoniis ornatus est, quod omnino fieri non potuisset, nisi fama ejus jam homericis et ultra temporibus increbuisset. De hoc sic statuo. Si, ut homines ipsi, ita etiam opiniones hominum certis et observabilibus intervallis crescunt et si ex cujusque famae incre-

mentis et quasi maturitate cognosci potest, quot seculis retro nata sit, his, qui hanc sive artem sive scientiam sive divinationem profitentur, concedendum arbitror, ut Orphicae fabulae natales, hippognomonum more, computent. Sed si nec fuit quisquam, nec est, nec erit, qui humanarum opinionum aetates exploret et intervalla dispungat, tota ista computatio jaceat necesse est. Et illa ipsa Lyricorum testimonia ex Fabricii penu depromta, quid tandem efficiunt? Primum videamus de Terpandro. Phanocles dulcem fabulam nexuit (Anall. T. I. p. 414.) Orphei a Maenadibus discerpti caput lyramque decidisse in Hebrum, aestuque maris, n e c s i n e d i s, Lesbum delatam esse, ubi Pittaci aetate adhuc asservata dicitur Lucian. Adv. Indoct. XII. 14. T. VII. Quam fabulam, quoquo auctore vulgatam, manifestum est, non prius nasci potuisse, quam insula ipsa musicorum studiis inclaruit. Alius (utique non Phanocles) Orphei lyram in Terpandri manus venisse finxit, ne hoc quidem inepte, si pro poeta loquutus est; sed illud perabsurdum, quod Nicomachi narrat musa pedestris: Terpandrum lyram illam secum in Aegyptum attulisse *καὶ ἐπιδεῖξαι τοῖς ἱερεῦσιν ὡς πρωθευρέτην γενόμενον* Harm. Elench. L. II. p. 29. Meib. Hinc vero sic argumentantur: Credidit aliquando aliquis Terpandrum Orphei barbiton septingentis annis ante compactam circumgestasse velut novum inventum et suum; hoc qui fecisse ab aliquo creditus est, Orpheum ipsum noverit necesse est; atqui Orpheum qui novit,

dogmata, quae ei tribuuntur a nonnullis, ignorare non potuit; ergo dogmata, quae vocantur, Orphica Terpandro antiquiora sunt! Nonne pudet vanitatis? His subjungunt Alexandri Polyhistoris testimonium: *ἐζηλωκέναι φασὶ τὸν Τέρπανδρον Ὁμήρου μὲν τὰ ἔπη, Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη* Plut. de Mus. c. V. 632. Wytt. quo eodem loco Idaeorum Dactylorum, Olympi et Hyagnidis in arte musica profectus recensentur, pleraque ex Glauci sive potius Antiphontis libro de poetis et musicis [b], unde etiam haec afferuntur vaticinia: Orpheum non magis quam Terpandrum cretico usum esse rhythmo, Stesichorum autem neque Orphei neque Terpandri modos expressisse sed Olympi VII. 636. Scilicet extabant tunc modi musici, quibus Calliopae filius auritas ductaverat quercus. Sed audiamus ceteros. Ex quadam Ibyci cantiuncula Priscianus VII. 1. 723. *Ὀρφῆν ὀνομακλυτὸν* [c] affert; Pindarus Pyth. IV. 314. Argonautas recensens *ἐξ Ἀπόλλωνος*, inquit, *φορμικτὰς ἀοιδᾶν πατὴρ ἔμολεν Ὀρφεύς.* et duobus aliis locis Fr. 84. et 86. p. 654. Boeckh. Orpheum Oeagri filium et *χρυσάορα* dixit, quod nomen Hesychius *χυσοκίθαρις* interpretatur ex usu *τῶν νεωτέρων*, ut adnotat Schol. Did. Il. V. 509. Addo his venustulos Simonidis versus Fr. IX. Anal. T. I. 122. quibus frequens avium pisciumque ad Orphei cantum

[b] Si vera est Menagii ad Diog. VIII. 52. et Sturzii ad Emped. p. 8. conjectura, ea, quae Diogenes, Glauco auctore, de Empedoclis itinere Thurios suscepto narrat, ex hoc libro sumta esse, is certe non potest illi Glauco tribui, qui Ol. LXIII. floruit. In eodem libro Glaucus de Musaeo tradidisse videtur. v. Harpocr. s. *Μουσαῖος.*

[c] Sic Schellenberg. ad Antim. p. 56. correxit.

21

concursatio depingitur [d]. Hisce testimoniis illud quidem probatur, Lyricorum posteriorum aetate Orpheum pro mirifico fidicine habitum esse, nil non probatur opinionis summa antiquitas. Non licet, inquit, poetis quidquam proferre nisi quod jam ante multa secula susceptum temporisque diuturnitate confirmatum sit. Itane vero? Pindarus Aristeae fabulam, recentem adhuc et musteam (cf. Niebuhr. kleine Schriften T. I. 361.) carminibus suis celebravit Fr. p. 657. alius aliam. Et merito quidem; *τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ᾽ ἄνθρωποι ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.* Sed fuerit sane homericis temporibus aliqua Orphei fama, talis fortasse, qualis de Thamyra fuit aut Phemio; artes tamen et dogmata, quorum ille auctor habetur, Homeri aequalibus cognita fuisse, ex Lyricorum testimoniis nequaquam intelligitur. Unum igitur superest et leve hujus causae firmamentum; stemma illud gentis Orphicae, quod integrum Charax apud Suid. s. Ὅμηρος et scriptor Agonis proponunt, partem postremam Proculus in Vita Homeri in Bibl. Vet. Lit. et Art. T. I. p. 8. et in Gaisfordii Ed. Hephaest. p. 466. Hellanicum (v. Sturz. p. 154.) Damasten et Pherecydem citans:

[d] Hinc Theodoretus accepit Therap. III. p. 767. Schulz. Ὀρφεὺς τοῖς κρούσμασι τοὺς ἰχθύας καταθέλγων Daedalo ad bestias damnato Orpheique habitum induto adstitit genus omne ferarum et supra vatem multa pependit avis Martial. L. Spectac. XXIII.

Agon.	Charax.	Proculus.
Ἀπόλλων καὶ Θόωσα	Αἴθουσα [e]	
Λίνος	Λίνος	
Πίερος καὶ Μεθώνη	Πίερος	
Οἴαγρος καὶ Καλλιόπη	Οἴαγρος	
Ὀρφεύς	Ὀρφεύς	Ὀρφεύς.
Ὄρτης	Δρής	Δωρίων [f]
Ἁρμονίδης	Εὐκλέης	Εὐκλῆς
Φιλοτέρπης	Ἰδμονίδης	Ἰδμονίδης
Εὔφημος	Φιλοτέρπης	Φιλοτέρπης
Ἐπιφράδης	Εὔφημος	Χαρίφημος
Μελάνωπος	Ἐπιφράδης	Ἐπιφράδης
Ἀπελλαῖος καὶ Δῖος	Μελάνωπος	Μελάνωπος [g]
Πέρσης — Ἡσίοδος	Ἀπελλῆς	Ἀπελλίς
Μαίων	Μαίων	Μαίων — Δῖος
Κρηθηΐς	Ὅμηρος	Ὅμηρος Ἡσίοδος
Ὅμηρος		

[e] Significari videtur Alcyonae Atlantidis filia Eleutheris ex Apolline mater Apollod. III. 10. 1. Suidas et Eudocia p. 312. Ὀρφεὺς υἱὸς Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης πέμπτος ἦν ἀπὸ Ἄτλαντος κατὰ Ἀλκυόνην. Lascaris Prolegg. Orph. in Mem. Taurin. p. 91. ὁ Οἴαγρος πέμπτος ἦν ἀπὸ Ἄτλαντος. Diodorus. III. 64. Oeagri patrem Tharopem sive Charopem vocat, quorum nominum alterum dulciloquum significans Orphei avo convenit, alterum Macedonicum patriae.

[f] Δωρίων κρουματοποιός Athen. VIII. 338. alius Georgicorum scriptor Id. I. 78. A. tertius criticus v. Fabric. T. VI. p. 365. et plures alii. Ὄρθης Crinidis pastor Schol. Did. Il. I. 38.

[g] Melanopus Homeri avus Ithagenis filius dicitur in Hom. Vit. Herod. c. 1. Melanope mater Lucian. Encom. §. 9. p. 189. T. IX.

Hoc igitur gentilicium stemma nisi ex Pelasgorum diptychis ecclesiasticis excerptum est, certe confictum est a genealogis, quorum ars sine mendaciunculis omnino non constat. Pherecydem Hesiodi genus ab Orpheo derivasse ex alio quoque loco patet v. Sturz. p. 103. sed qua via, nemo tradidit. De Damaste autem discrepat auctor anonymus in Iriart. Bibl. Matr. p. 233. *Ἀναξιμένης καὶ Δαμάστης καὶ Πίνδαρος Χῖον τὸν Ὅμηρον ἀποφαίνονται καὶ Θεόκριτος, ὁ δὲ Δαμάστης καὶ δέκατον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Μουσαίου φησὶ γεγονέναι. Ἔφορος εἰς Χαρίφημον ἀνάγει τὸ γένος αὐτοῦ.* Cum Damaste consentiens Gorgias Leontinus, ut Proculus scribit[gg], Homerum *εἰς Μουσαῖον ἀνάγει*, quem plures Orphei, Servius Lini filium vocant v. Passow. in Mus. p. 6. Sed de ceteris auctores variant. Tzetzes ad Opp. v. 1. p. 29. et Chil. VI. 934. *ἡ μὲν Πιερία πρότερον μὲν ὑπὸ Πιέρου κτισθεῖσα τοῦ Μεθώνης* [h] *ἀδελφοῦ, πατρὸς δὲ Λίνου, ὕστερον δὲ Λύγκος ἐκλήθη, ἧς καὶ τὴν ἀρχὴν ἔσχεν Ἀέροπος ὁ πρεσβύτατος τῶν Ἠμαθίωνος παίδων, καθὰ Μελισσεύς φησιν ὁ τὰ Δελφικὰ συνταξάμενος*, quae vix credi possunt Tzetzae. cf. Meurs. ad Chalcid. p. 40. Pierum Calliopae patrem Paus. IX. 30. et carminis de Musis auctorem Plutarch. de Mus. III. 629. Apollodorus

[gg] v. Fossii Comment. de Gorgia p. 48.

[h] Methone soror Pieri nuncupatur ap. Etym. M. p. 671. nomine sumto ab urbe Methone, quae ab Eretriensibus condita tam vini bonitate, quam Asteris jactu nobilitata est. v. Palmer. ad Lucian. Quom. Hist. scrib. c. 38. T. IV. 522. Eustath. p. 328. Sed et Methon notus est inter Orphei majores Plutarch. Quaest. Graec. XI. p. 382. T. VIII.

Magnetis et Clius filium dicit, Apollinis Servius ad Ecl. VII. 21.[i] Et ut hoc nomen sic cetera, quibus illud fabulosum stemma contextum, partim a Thraciae locis, partim ab arte musica traducta sunt. Idmonides quidam inter Homeri majores numeratur Suid. s. *Ὅμηρος*. Harmonidem Theoclymeni auguris fratrem edidit Pherecydes Sturz. p. 225. Cantorem illum, quem Agamemnon Clytaemnestrae custodem addidit, Charidemum vocant Schol. Ambros. Od. III. 267. nec ineptum videtur nomen Chariphemus, sicut Musarum nutrix Eupheme vocatur, pater Musaei et Stesichori Euphemus [k] et ille Ithacensis rhapsodus Phemius, cujus pater Terpius Od. XXII. 330. ab arte nomen invenit, sicut Terpes citharoedus in Tryphon. Epigr. I. p. 157. T. III. et ejusdem artis professor Terpnus Sueton. Ner. c. XX. atque Terpander ipse, quorum ad exemplum con-

[i] Schol. Ven. et Didym. XIV. 226. *Μακεδὼν ὁ Διὸς καὶ Αἰθρίας (Θυίας) κατασχὼν τὴν χώραν* (Pieriam) *οὖσαν τῆς Θρᾴκης ἀφ' ἑαυτοῦ προσηγόρευσε, γήμας δὲ μίαν τῶν ἐγχωρίων τεκνοῦται δύο παῖδας Πίερον καὶ Ἥμαθον, ἀφ' ὧν δύο πόλεις Πιερία καὶ Ἀμαθία· ἡ ἱστορία παρὰ Μαρσύᾳ.* unde Clavierius Hist. d. prem. tems p. 75. T. I. perperam colligit Orpheum Macedonis pronepotem fuisse. Ab Emathione Emathiam dictam esse tradit Pherecydes p. 189. et hoc nomen fortasse restituendum Schol. ad Lyc. 831. ubi Calliope ex Oeagro *Ὀρφέα καὶ Κυμόθωνα*, Clio vero ex Magnete Linum suscepisse dicitur. Sed Schol. Ven. *K.* 450. et Eustath. p. 817. 30. Orpheum Calliopae vel Clius filium perhibent, Terpsichorae Linum, Thamyrin Eratus. Pieri, cantoris Thracii, populares fuerunt Libethrus, qui, ut Servius ait Buc. VII. 21. primus harmoniam condidit et arcem Musis consecravit; Seuthes et Rhonaces Maedi, syringis inventores Athen. IV. 184. A. quos Androtio, musicae Thraciae contemtor Aelian. V. H. VIII. 6. sine dubio rejecit et repudiavit omnes haud secus quam Orpheum ipsum; quanquam vir eruditus ad Androt. Fr. p. 117. hunc Orpheo non sapientis nomen sed ortum Thracium denegasse putat; verum de hoc nemo unquam dubitavit, de illo multi. Pieriam saepissime memorat Homerus; Musas Pierias nunquam.

[k] v. Kleinii Stesichor. Fragm. p. 10.

formatum est nomen Philoterpes. Eucles et Epiphrades ex eodem sunt genere nominum fictitiorum. Sed Orphei filius quomodo vocatus fuerit, nondum expeditum habeo [1]. Melanopi autem vocabulum translatum videtur ab illo Cumaeo hymni in Opin et Hecaergen auctore, quem Herodotus in V. Hom. et Pausanias V. 7. commemorant. Postremo Dius non mortali patre cretus sed ex Hesiodi versu, quo fratrem Persam *δῖον γένος* appellat, progenitus eundem locum inter vates occupat quem Perses ipse poeta, si Suidae creditur, epicus [*].

Iam vero longam orationem non desiderat, quamobrem totam hanc genealogiam confictam putemus ab historicis. Quomodo, qui philosophiam inchoarunt, nimia quadam ingenii fiducia a rebus maximis difficillimisque auspicati sunt, deorum naturas, magnitudinem hujus universi siderumque substantiam scrutantes, ita historiae vix nidis egressae quasi tirocinium fuit, generis humani primordia tradere et urbium origines et gentium conditores, non ad historiae fidem, cujus nec copia erat ista aetate nec desiderium, sed ad po-

[1] Musaei nomen alienum; nec convenit Leos qui Orpheo progenitus dicitur Etym. M. 560. Phot. p. 157. Anecd. Bekk. p. 277. homo commenticius ad explicandum tribus Leontidis et Leocorii nomen introductus; de quo omnia, quae dici possunt, congesserunt Leopardus, Meursius, Interpp. ad Thucyd. I. 20. Diod. XVII. 15. Neque quidquam nos juvat mendosissimus incerti scriptoris locus olim Censorino adscriptus c. X. Rhythmus creditur dictus a Rhythmonio Orphei filio et Idomenae nymphae Maricae (fortasse Ismaricae) ut tradit Nicostratus libro quem composuit de Musico fratre Rhythmonii etc.

[*] Stephani locum, ubi Dius Anthis filius perhibetur, correxit Siebelis ad Paus. IX. 22. 5.

pularem oblectationem [m]. Contra quae si quis veterum scriptorum verecundiam et famae hereditariae religionem praedicare velit, doceat ante omnia, qua fide et quibus documentis Hecataeus, homo mediocris, sedecim majores, quasi capitularis, enumeraverit et primum generis auctorem deum? quo porro pacto sciri potuerit, Socratem a Daedalo genus habere, a Neptuno Platonem, ab Ulixe Andocidem? Quae omnia si quis incorrupta antiquitatis fama niti putet, quaeram deinceps an Romanis Genealogis, Varroni, Hygino, Attico credat, Fabiam gentem ab Hercule, Atiam ab Aty, Memmios a Mnestheo repetentibus? an denique Ruexnero ipsi? Ejusdem fabricae et eadem nota percussa sunt illa veterum poetarum stemmata ab Apolline usque ad Homerum et Hesiodum et hinc rursus ad Terpandrum et Stesichorum [n] deducta eorundemque successiones [o], affinitates [p] et concertationes; primum ille Py-

[m] Plato in Hipp. Maj. p. 134. Spartani, inquit, ceteras artes non magnopere curant sed lubenter audiunt *περὶ τῶν γενῶν τε ἡρώων καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν κατοικίσεων καὶ συλλήβδην πάσης τῆς ἀρχαιολογίας*. Polyb. IX. c. 1. *τὸν φιλήκοον ὁ γενεαλογικὸς τρόπος ἐπισπᾶται, τὸν πολυπράγμονα καὶ περιττὸν ὁ περὶ τὰς ἀποικίας καὶ κτίσεις καὶ συγγενείας*, quas res optime exequutus dicitur Ephorus narrans *περὶ κτίσεων, συγγενειῶν, μεταναστάσεων, ἀρχηγετῶν* Strab. X. 465.

[n] Hujus patrem nonnulli Hesiodum ediderunt. Procl. V. Hesiod. p. 8. Inter Homeri posteros Parthenius Chius numeratur Suid. s. *Παρθ.* De Terpandro controversia fuit ab utro descenderit Id. s. *Τέρπ.*

[o] v. Epimetr. IV.

[p] Asclepiades Apollini et Calliopae tres filios dat, Orpheum, Ialemum, Hymenaeum Schol. Pind. P. IV. 313. Schol. Apoll. I. 23. Tzetz. Introduct. in Hesiod. Sed Suidas s. *Θάμυρις*, Hymenaeum Magnetis et Calliopae filium, Thamyris delicias dicit; Apollodorus vero Hyacinthum Magnetis et Clius filium, Pieri nepotem a Thamyri amatum esse I. 3. Ialemum nonnulli eundem Linum nominatum fuisse

thius agon Amphionis, Pieri, Anthis, Philammonis, Phemii et Demodoci congressu nobilitatus, si credimus scilicet illi Sicyoniae Anagraphae Plut. de Mus. c. III. ejusque sponsori Pontico Heraclidae, homini, ut omnes sciunt, et ad mentiendum paratissimo et in oderandis aliorum fraudibus hebetissimo; tum Peliae ludi funebres, quibus Olympus tibiis vicit, Orpheus Cithara, Linus cantu, Eumolpus[q] ad Olympi tibias voce, ut Hyginus tradit Fab. CCLXXII. Sibyllam omittens, quam Plutarchus Symp. V. 2. victoriam reportasse narrat, nec Pausaniae concinens, qui Orpheum negat in certamen descendisse, sed Chrysothemim primum, tum Philammonem, tum filium ejus Thamyrim, dein Eleutherem concertasse X. 7. quem Apollinis filium perhibent. v. Stephan. s. Ἐλευθεραί. In ludis denique, quos Creon rex Delphis in honorem Menelai celebravit, Demodocus vicit, Automedis discipulus, quem cum multis aliis a Perimede[r] in arte musica eruditis me-

putant Schol. Eur. Or. 1375. Cum Orpheo ceteri omnes propinqua cognatione conjuncti sunt. Mater ejus Menippe Thamyris filia dicitur Tzetz. Chil. I. 12. 309. IV. 13. 279. VIII. 157. Thamyris autem Philammonis filius (Pausan.) idemque Musaei pater (Suid.) Philammon Eumolpum progenuit (Theocrit.). Et rursus Orphei frater dicitur Linus, quem primi Hesiodus et Pamphus celebrarunt. Hic Amphionem edocuit. Nicomach. Harm. II. p. 29. Linum et Thamyrin Orpheus. Locos a Fabricio adnotatos indicare supersedi.

[q] Hunc Suidas Pythionicis inserit s. h. v., Anagraphe autem praeterit; Orpheum in ludis Isthmiis victoriam reportasse Dio Chrys. XXXVI. p. 107.

[r] In Fragmento illo Censorini legimus Perimedem primum cecinisse res gestas heroum musicis cantibus. Threnodos Troj. Il. XXIV. 721. Clitum et Epimedem vocant Scholiographi, ex cyclo, ut videtur, haec nomina expiscati. Homeri mater Eumetis, filia Euepis nominatur.

meravit Demetrius Phalereus Schol. Mediol. Od. III. 267. Tzetz. Prolegg. Lyc. p. 260. Muell. in uno, ni fallor, Homericorum commentariorum, ex quo et ex Heraclidae et Polyhistoris libris, fabularum illarum, quas Grammatici narrant magnam partem effluxisse suspicor. Haec si quis consideraverit omnia et praeterea Asclepiadarum stemma, quod Paetus in Ep. ad Artaxerxen et Soranus in Vita proponunt, a divino generis auctore usque ad Hippocratem decimum octavum, itemque longum Heresidum Argivarum ordinem a Callithyiae temporibus deductum, et nobilium sculptorum augurumque fabulosas imagines, is profecto a genere hoc toto nauseabundus refugiet maletque nihil scire quam rebus assentiri commenticiis. Itaque qui pro Orphei, hoc est, pro dogmatum et institutorum Orphicorum antiquitate pugnant eaque sub ipsis literarum primordiis nata esse volunt, undique eodem revolvuntur neque ulla aut via aut semita eo quo tendunt evadere possunt.

Cap. IV.

Carminum Orphicorum indicia.

§. 1.

Posteaquam Orphei ipsius memoriam per omnia vestigia, quoad longissime potuimus, persequuti sumus, eoque effecimus, in Homericis carminibus rerum Orphicarum ne lineamenta quidem

nedum expressam speciem cerni sed inde ab Hesiodi et aemulatorum temporibus artes et superstitiones, quibus illa scatent, succrescere; sequitur ut, carminum ejus fama quando primum serpere coeperit, eruere conemur. Ac Suidae quidem testimonium: Φερεκύδης Ἀθηναῖος πρεσβύτερος τοῦ Συρίου, ὃν λόγος τὰ Ὀρφικὰ συναγαγεῖν, neque auctorem certissimum habet neque nos certiores reddit, uter Pherecydes Orphei seu verba seu sententias (nam id quoque ambigitur) in unum collegerit; eoque gravius vacillat Freretii conjectura *de Cultu Bacchi* in Memor. Acad. Paris. Inscr. T. XXIII. p. 268. qui quia Orpheus de Eurynome, Pherecydes autem de Ophioneo Eurynomes marito loquutus est, id unum eorum fuisse putat, quae philosophus Syrus ab Orpheo accepisse dicitur. Huic proximum est Ionis judicium (v. C. VI. §. 1.) Pythagoram nonnulla Orpheo subjecisse arguentis, quanquam hoc haud mediocriter infirmatur gravissimorum auctorum consensu, qui Samium illum nihil literis consignasse testantur; quod tam praecise affirmare non potuissent, si Ionis de pseudepigraphis judicium ratum habuissent. Sed illud hinc manifesto elucet, jam antiquitus carmina Orphei nomine inscripta ad Pythagoricos rejecta esse auctores, sive ob summam sententiarum similitudinem, quae hodieque in omnibus fere utriusque familiae reliquiis intelligitur, sive quia re vera nonnulli Pythagorae familiares carmina sua Orpheo subjecerunt, sicut Brontinus, Cercops, aliique veterum

Pythagoreorum, quos Critici fraudis hujus reos faciunt. Sed de hoc paullo mox. Ea vero aetate, quae Pythagoram proxime sequuta est, poesis Orphicae fama jam ita irroboraverat, ut Onomacritus fabulas suas, quo placerent pluribus, Theologo Libethrio, tanquam noto et specioso auctori, inscriberet. Tatianus adv. Graec. XLI: 271. (p. 138. Worth.) *Ὀρφεὺς κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονεν ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν ἐπιφερόμενά φασιν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι.* Et Clemens Strom. I. 332. *Ὀνομάκριτος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα*[a] *λέγεται εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα*[b]; neuter satis distincte; nam et plures fuerunt libri Orphici, quam ut ab uno auctore repeti possint, et Clemens ipse exacte, qui cujusque eorum subjectores fuerint, memoriae prodidit; quo in numero Onomacritus non comparet. Suidas autem nonnisi duo carmina, quae pro Onomacriteis habeantur, commemorat, *χρησμοί* et *τελεταί*, quorum neutrum a Clemente recensitum est, sed delitescunt fortasse sub nomine generali *τῶν εἰς Ὀρφέα ἀναφερομένων.*

[a] In Tatiani loco I. Frisius *ἀναφερόμενα* emendat, Scaliger *ἔπη φερόμενα.* Clementi liberum erat vel *ἀναφερόμενα* scribere vel *τὰ ὡς Ὀρφέως φερόμενα*, vel illud quod editum est. Suidas s. *Φιλιστίων· οὗτος ἔστιν ὁ γράψας τὸν φιλόγελων ἤγουν τὸ βιβλίον τὸ φερόμενον εἰς Ἑρμείαν.* et similiter alii, quos nominat Wyttenbachius ad Eunap. V. Soph. p. 57.

[b] De hac temporum notatione saepe dictum est. v. Larcher. ad Herod. T. I. p. 287. Schwabe Excurs. III. ad Phaedr. L. I. p. 523 sq.

§. 2.

Onomacritum igitur hunc Herodotus VII. 6. *χρησμολόγον* vocat et *διαθέτην χρησμῶν τῶν Μουσαίου*· quo nomine Wesselingius vel dispensatorem vel interpretem, Gronovius et alii edissertatorem aut venditatorem significari putant. Id igitur primum in disquisitionem venit, ex pluribus verbi *διατιθέναι* significationibus quae potissimum huic loco conveniat. Et vendendi quidem notio, quam illustrant Grammatici ab Astio nominati ad Plat. Legg. p. 427. aliena est a veterum fatilegorum rationibus, qui quamvis a quaestu non abhorrebant, tamen nullam ejusmodi mercaturam exercebant, ut velut proprio quodam nomine oraculorum venditores dici possent. Neque magis convenit recitandi significatio. Nam *διατιθέναι* vel *διατίθεσθαι* dicuntur rhapsodi, histriones, oratores, quum vel sua vel aliorum opera recitant[°]; nec dubium est, quin ii, qui *χρησμολόγοι* vocati sunt, omissa propter incredulos simulatione divini afflatus, antiquorum vatum oracula tranquille praelegerint[°°]; quod Onomacritum ipsum fecisse alio aptiore loco ostendemus. Sed iccirco non magis *διαθέται* dici merentur quam scribae publici edi-

[°] *Ῥαψῳδὺς καλῶς Ἰλιάδα ἢ Ὀδύσσειαν διατιθεὶς* Plat. Legg. II. 658. *ἔπεμψε τοὺς εὐφωνοτάτους τῶν ὑποκριτῶν διαθησομένους μετ᾽ ᾠδῆς τὰ ποιήματα* Diodor. XV. 7. *ὑποκριτὴς κακῶς διατιθεὶς τὰ ποιήματα* Plato Charm. p. 22. et saepissime *λόγον* vel *δημηγορίαν διατιθέναι* vel *διατίθεσθαι* Appian. Civil. II. 22. Lucian. de Dem. I. 90. T. VIII. Polyb. III. 84. Diog. La. II. 94. Julian. Or. VII. 204. A. Hic mihi vellem ad manus fuisset Heinrichii dissertatio de Diasceuastis, a quo non dubito quin tota res accurate pertractata sit.

[°°] v. Epimetr. V.

cta et testimonia pro concione recitantes nullo adhibito actionis artificio, quod omnino non convenit nisi memoriter pronunciantibus. Restat igitur tertia significatio secundae non dissimilis sed definita magis, inordinata componendi et ad aequalitatem redigendi. Harpocratio p. 81. *Φρύνιχος Τραγῳδοῖς τῇ διαθέσει τῶν ἐπῶν φησί. καὶ γὰρ τὸ ῥῆμα διαθέσθαι λέγουσιν ἐπὶ τοῦ διοικῆσαι.* Plutarchus V. Lucull. I. 276. Sullam dicit Lucullo dedicasse librum de vita sua *ὡς συνταξομένῳ καὶ διαθήσοντι τὴν ἱστορίαν ἄμεινον.* Idem verbum Strabo X. 482. de Lycurgo leges scribente, Philostratus Heroic. p. 727. de pavone pennas suas disponente, Scriptores Ecclesiastici de sacri codicis constitutione usurpant; unde libri canonici vocantur *ἐνδιάθετοι* Euseb. Chron. p. 99. a. Eoque intellectu veteres Critici *διαθέται* dici possunt perinde ac *διασκευασταί*, quatenus antiquorum poetarum dispersas reliquias (*τὰ σποράδην φερόμενα*) undique comportant et in suum quaeque locum et ordinem reponunt. Onomacritum autem quum constet emendandis Homeri carminibus operam dedisse integrosque versus addidisse [d] vix dubitari potest, quin ille communi et concessa antiquitus Criticis libertate ita usus fuerit, ut sacros vates sub specie recensionis graviter interpolaret, inserendis quae vel suis vel amicorum consiliis utilia judicasset; qua fraude

[d] Schol. Mediol. Od. *Λ.* 604. *παῖδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου] τοῦτον ὑπὸ Ὀνομακρίτου ἐμπεποιῆσθαί φασιν· ἠθέτηται δέ.* Porsonus ad Orest. v. 5. dubitat an idem sit Musaei interpolator; mihi res propemodum certa videtur.

saepissime gentiles, nec raro Christiani usi sunt. Nicephorus Greg. V. p. 93. E. τινὲς τὰ στιχίδια πλάττοντες εἰς μίμησιν τῶν χρησμῶν ἔπειτα κατὰ τὸ λεληθὸς παρασπείρουσιν εἰς τὸν δῆμον αὐτά. Et Celsus ap. Orig. L. VII. 368. Christianos queritur Sibyllae versibus παρεγγράφειν πολλὰ καὶ βλάσφημα. Tali in flagitio deprehensum esse Onomacritum Herodotus testatur l. c. ἐξηλάσθη ὑπὸ Ἱππάρχου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηνῶν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου ἐμποιέων εἰς τὰ Μουσαίου χρησμόν. Unde colligimus eum διαθέτην χρησμῶν Μουσαίου appellatum esse ab eo quod prae se ferebat et profitebatur negotio, sparsa Musaei vaticinia colligendi literisque consignandi et, quo quidque pertineat, docendi. Praeterea Suidas auctor est Orphei vaticinia quae dicantur Onomacriti esse, idemque inter alios oraculorum interpolatores refertur a Plutarcho De Pyth. Orac. XXV. 290. T. IX. qui antiquos Graecos ait genere loquendi ambiguo et flexiloquo mirifice delectatos esse, quippe quod ὁσιότητος ὑπόνοιαν praebere videretur, postea autem eruditiores factos perspicuitatem praecoluisse atque adeo sortilegorum responsa perplexa et ambigua in suspicionem vocasse ut ad fallendum composita: Ὀνομάκριτοι δ' ἐκεῖνοι καὶ Πρόδοτοι [e] καὶ Κινεσίωνες ὅσην αἰτίαν ἠνέγκαντο ἐκ τῶν χρησμῶν, ὡς τραγῳδίαν αὐτοῖς καὶ ὄγκον οὐδὲν δεομένοις προσθέντες, ἐῶ λέγειν. Denique Musaei quoddam carmen ab Onomacrito suppositum commemorat Pau-

[e] Vid. Plutarch. l. c. c. XIX. 278.

sanias I. 22. quod ab oraculis diversum fuisse videtur, et duobus locis VIII. 31. IX. 35. Ὀνομακρίτου ἔπη, nullo addito indicio, quo pateat ea Musaeo aut Orpheo inscripta fuisse. Hoc interim Ruhnkenium aliosque viros doctissimos non absterruit, quominus ea, quae Pausanias secundo in loco de Gratiarum parentibus et nominibus refert ab Onomacrito dicta, ex Orphei hymno LX. sumta putarent; quod idem mihi rectius de priore loco contendere videor. Hic enim Pausanias dicit Onomacritum Dionysi orgia condidisse, Titanesque interfectores ejus edidisse; quae fabula quum in Theogonia Orphica copiosissime enarretur, ab aliis autem omnino tractata non sit, conjecturam feci, cujus adhuc me non poenituit, Pausaniam Theogoniam Orphei aut certe partem ejus, quae est de Zagreo, significasse, sed pro Orpheo verum substituisse auctorem, Onomacritum. Quod si quis eum miretur tacite fecisse, primum respondebo multos veterum eadem brevitate Cypria Stasini, Oechaliae Halosin Creophyli, Cercopis Aegimium nominare non adjecto auctoris antiquitus praescripti nomine; deinde fieri posse ut Pausanias id supervacaneum duxerit suis indicare lectoribus, quibus carminum ab ipso notatorum argumenta cognita erant; jam semel enim iterumque eos de fraude admonuerat L. I. 37. τὰ καλούμενα Ὀρφικὰ vocans et in eodem libro c. 14. ubi illa Orphei ἔπη, in quibus Triptolemi genus proditum erat, asseveranter spuria esse pronunciat; quorum sive hoc, sive illud idem est poema de quo L.

IX. loquitur, sive omnibus tribus locis unum significatur, non opus erat tertio repetere, quod jam semel aut bis dixerat, Orpheum ejus carminis auctorem non esse. Haec argumentatio si cui minus explorata videatur, unum superest, quod dici possit: duo fuisse de Zagrei interitu carmina, unum Orphei Pausaniae ignotum, alterum Onomacriti ab eo lectum et laudatum; quod mihi quidem multo probatur minus.

§. 3.

Caetera, quae pro hac causa dici possunt, in alium locum differentes gradatim ad Sophistarum tempora, hinc ad Platonem et Aristotelem proficiscimur. Clemens Strom. VI. 745. (624.) *Ἱππίαν τὸν Ἠλεῖον — παραστησόμεθα ὧδε λέγοντα· Τούτων ἴσως εἴρηται τὰ μὲν Ὀρφεῖ, τὰ δὲ Μουσαίῳ καταβραχὺ, ἄλλα ἀλλαχοῦ, τὰ δὲ τοῖς ἄλλοις τῶν ποιητῶν, τὰ δὲ ἐν συγγραφαῖς τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροις· ἐγὼ δὲ ἐκ πάντων τούτων τὰ μέγιστα καὶ ὁμόφυλα συνθεὶς τοῦτον καινὸν καὶ πολυειδῆ λόγον ποιήσομαι·* quorum auctorem eum esse, qui praefertur, nihil dubitat Ebertus, vir doctissimus [f], equidem praestare nolim. Nec satis confido illi erudito Graeco, qui in libro *περὶ κλοπῆς* Heraclitum affirmavit *τὰ πλεῖστα εἰληφέναι παρ' Ὀρφέως* Clem. l. c. 629. Quae suspicio vereor ne fortuita quadam sententiarum similitudine nitatur, qualem infra P. III. 10. indicabi-

[f] Dissert. Sicul. T. I. p. 8.

mus. Ac si concedamus etiam veteres carminum Orphicorum lectores plura reperisse Heracliti scitis apta et consentanea, tamen multo credibilius videtur Orphicos poetas Heraclitum imitatos esse, quam hunc superbissimum alienorum inventorum existimatorem poetarumque contemtorem Orphei legisse vestigia. Haud firmius ad assentiendum illud, quod Diogenes narrat in Prooemio, Anaxagoram, quae de rerum ortu dixit, a Lino et Orpheo sumsisse. Ac Lini verba ipsa apponit *ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος ἐν ᾧ ἅμα πάντ᾽ ἐπεφύκει* [ε] de Orpheo tacet; sed quid hic dixerit et quo loco, ex illo versu intelligi potest et ex duodecim aliis ei connexis, quos Stobaeus e Lini carmine *περὶ φύσεως κόσμου* affert. v. Schaubach. Fragm. Anaxag. p. 65. sq. Hos enim respiciens Damascius Quaest. p. 64. *οὐ γάρ ἐστιν ἕν τι*, inquit, *ἀλλὰ πάντα ἕν· ὥς Λίνος ἔλεγε καὶ Πυθαγόρας.* Eandem vero doctrinam Platonici in Orphicis versibus, quos ad Theogoniam retulimus:

> *Ἓν δὲ τὰ πάντα τέτυκται, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται. κ. τ. ἑ.*

expressam esse putarunt. Sed instant alii. Sandonem Hellanici filium scripsisse *ὑποθέσεις εἰς Ὀρφέα βιβλίον ά*, Suidas adnotavit, sed cujatis Hellanicus ille fuerit, praetermittere satius duxit. Neque in hac testium interrogatione appellandus est Herodorus *ὁ τὴν Ὀρφέως καὶ Μουσαίου*

[ε] Quod ille pluraliter dicit *τούτῳ ἀρχὴ τῶν ποιημάτων*, indicio esse potest, Lini quoque carmina, sicut Orphei pleraque in unum corpus composita fuisse exordio uno.

ἱστορίαν συγγράψας Olympiod. Hist. Byz. T. I. p. 11. Namque hic non ille vetus est Heracleota sed, ut Weichertus statuit de Apollon. Rhod. p. 164. Grammaticus obscurior, qui Caligula regnante vixit. Temporum ordinem sequentes Ioni occurrimus, cujus testimonium postea singillatim explorandum erit. Huic succedit Euripides, apud quem Theseus fictam filii pietatem irridens Orphicae quoque doctrinae affectationem ei exprobrat:

> *Ἤδη νυν αὔχει καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς*
> *σίτοις καπήλευ', Ὀρφέα δ' ἄνακτ' ἔχων*
> *βάκχευε πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνόν.*

Hipp. 950. ubi *πολλὰ γράμματα*, si sana est lectio [h], certe non significat ingentem multitudinem librorum Orphicorum sed in universum *πολυαναγνωσίαν* sive reconditae lectionis ostentationem. Quanquam non negabo Euripidis aetate tot fuisse Orphei carmina, ut multa dici possent. Linus, Herculis magister, in Alexidis fabula Athen. IV. 164. C. quum disciplinae suae alumnum ad bibliothecam visendam invitat, Orphei opera tanquam praecipuum quoddam cimelium et haud unius plutei, ostentat: *Ὀρφεὺς ἔνεστιν, Ἡσίοδος, τραγῳδία* [hh]. Sed praevortamus seriis. Saepius Orphei meminit Plato locis iis, quos deinceps, ut

[h] Musgravius *πολιῶν* emendat, ut charta anus Martial. XII. 4. (idem I. 67. charta virgo) canas memoriarum Tertull. Apolog. c. 19. Nec opponet quisquam Thesei aetate Orphei libros adhuc recentes et crudos fuisse.

[hh] Aristiae fabulam *Ὀρφεύς* memorat Pollux, eoque nomine Lucani quoque carmen inscriptum et Cassii Parmensis sed suppositicium Anthol. Lat. I. 135. pariter ut Ciceronis Orpheus sive de adolescente studioso Fabric. Bibl. Lat. T. I. p. 215.

primum occasio data erit, indicabimus, ejusque etiam sententias aliquot in transitu affert non ad fidem dictorum sed orationis illustrandae causa et nonnunquam irridens. Auctorem modo recta Orpheum appellat[i] modo τοὺς ἀμφὶ Ὀρφέα[ii] vulgari famae nec derogans quidquam nec arrogans. Aristoteles autem in veterum sapientum decretis Orphei poemata haud praetermittit quidem, sed, ut commenticium opus designet, semper τὰ καλούμενα Ὀρφέως ἔπη vel τὰ Ὀρφικὰ καλούμενα ἔπη nominat[k]. Singulorum carminum praeter oracula nulla adhuc notatio aut distinctio deprehenditur, sive quod illi, quos nominavimus, non noverant plus uno, sive quia Critici nondum suo quodque titulo insigniverant. Primus omnium Eudemus Peripateticus distincte Theologiae, id est Theogoniae, mentionem fecit, ut testatur Damascius Quaest. p. 382. ἡ παρὰ τῷ Περιπατητικῷ Εὐδήμῳ[kk] ἀναγεγραμμένη ὡς τοῦ Ὀρφέως οὖσα θεολογία, quem locum infra propositurus sum integrum. Hic vero Eudemus indubitate est ille γνησιώτατος τῶν Ἀριστοτέλους ἑταίρων Simplic. ad Ausc. III. 93. b. cujus vitam scripsit Damascius Simpl. l. c. VI. 216. cf. Jonsius IV. 253.

[i] Legg. II. 669. C. Cratyl. 402. B. Phileb. 66. D.

[ii] Protag. 316. D. Cratyl. 400. C.

[k] De Anim. I. 485. B. de Gener. Anim. II. 1. 816. F.

[kk] Apertissimum vitium εὐδήλως pro Εὐδήμῳ jam dudum tacite correxerat Jablonskius Panth. L. I. p. 12. ex professo Wyttenbachius Bibl. Crit. Vol. II. P. II. p. 89. qui Eudemi Historiam Astrologiae a Damascio excerptam putat. Damascius ipse p. 383. Εὐδήμου ἱστορίαν appellat, unde Proculus nonnulla de Thaletis inventis affert in Euclid. p. 79.

sententiasque nonnullas affert Simplicius Damascii studiosissimus. Illi Theologiae ab Eudemo expositae Damascius aliam subjungit, quam in Rhapsodiis contineri, et tertiam, quae ab ipso vocatur ἡ κατὰ Ἱερώνυμον καὶ Ἑλλάνικον, caeteroqui ignota est. Hellanicum historicum significari Wyttenbachii est conjectura l. c. ex solo nomine ducta, quo tum alii usi sunt multi, tum etiam ille Sandonis pater, de quo modo diximus. Promtius assentiar si quis Hieronymum Peripateticum in libro περὶ ποιητῶν illa, quae Damascius refert, perscripsisse statuat. Sed jam hoc creperum egressi in media Alexandrinae aetatis luce versamur, quae tum omnis literatae antiquitatis monimentis abundavit tum etiam hoc genere rerum mirabiliter instructa fuit, ut ostendit ille peramplus Orphicorum librorum catalogus a Clemente et Suida propositus, de quo nunquam dubitavi, quin unum e doctissimis veterum Museorum helluonibus auctorem habeat. Et, quanquam in magno literatorum Alexandrinorum et Pergamenorum numero nullus nominatim proditur Orphicorum carminum vel ordinator vel corrector vel interpres, tamen nescio an Epigenes huic ordini adscribi mereatur, qui ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως duo Orphei carmina Cercopi transscripsit, totidemque alia Brontino, neque non τὰ ἰδιάζοντα παρ᾽ Ὀρφεῖ exposuit v. P. III. c. 9. Epigenem hunc Casaubonus non dubitat antiquum Criticum, multorumque poetarum interpretem praedicare ad Athen. XI. 468. C. quanquam Athenaei

testimonio tantum modo constat, Ionis quendam locum ab eo explicatum esse. Epigenem Rhodium inter rei agrariae auctores nominant Varro et Columella, Byzantium Censorinus c. VII. qui nono mense partum fieri posse negavit; ab hoc non diversus videtur is, quem Plinius VII. 50. 47. in disputatione de vitae humanae spatio Beroso, Petosiri et Necepso adjungit, quemque Seneca Quaest. VII. 3. apud Chaldaeos studuisse refert; idemque significari videtur in Schol. Apoll. III. 1378. *Περιγένης ἐν τοῖς Χαλδαϊκοῖς περὶ τῶν μαθημάτων* [1], nam Epigenes Chaldaeorum sententiam de Cometis refert ap. Stob. Ecl. I. 29. 580. Hunc igitur Epigenem Astrologum Deguignes in Mem. Acad. Paris. T. XLVII. 376. nescio quibus indiciis motus ad Augusti tempora revocat; Montucla autem Hist. des Mathém. T. I. 55. ed. nov. Alexandro non multo inferiorem, Bailly in Hist. Astron. Vol. II. Sect. VII. §. 13. Ptolemaeo Philadelpho supparem fuisse putant; Ideler in *Untersuch. üb. d. astron. Beobacht. d. Alten* p. 172. negat sciri posse quo tempore vixerit; sed mihi probatur Uckerti opinio in Geograph. d. Griech. und Römer I. 2. 350. Epigenem neque longe ante Alexandrum M. neque multo post eum vixisse. cf. Schneider. ad Vitruv. IX. 2. 1. p. 187. Verum de hoc satis. Alexandrinis Grammaticis adnumerare licet Apol-

[1] Vulgo *Χαλκιδικοῖς*. vid. Schaefer. ad h. l. et Wyttenbach. Bibl. Crit. P. IV. 65. Sic metoposcopus Chaldaeus *Χαλκιδεύς* vocatur Plutarch. V. Sull. c. V. 181. Perigenem quendam medicum Galenus de Fasc. p. 587. Mechanicum Erotian. Lex. p. 86.

Sed nunquam magis poesis Orphicae studia viguere quam seculo post Christum tertio et quarto, quum philosophia, veluti effoeta parentum, genitali vigore destituta unice in colligendis et quoquo modo conciliandis veterum sapientum sententiis occuparetur. Charax sacerdos Pergamenus, ut Suidas docet, Nerone aetate inferior, praeter historiam Graeciae scripsit *πολλὰ φιλόσοφα, ἐν οἷς καὶ συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος περὶ τὰ λόγια,* quod genus scribendi maxime a Platonicis celebratum est. Suidas Damascium, ut videtur, sequutus Serapionem Alexandrinum narrat Orphei carmina studiose lectitasse: *οὐ περὶ τὰ τεχνικώτερα τῆς φιλοσοφίας ἠξίου διατρίβειν, ἀλλὰ τοῖς ἁδροτέροις καὶ ἐνθουσιαστικωτέροις νοήμασιν ἐνεφύετο· διὸ μόνον σχεδὸν τὸν Ὀρφέα ἐκέκτητο καὶ ἀνεγίνωσκεν.* et paullo postea: *οὕτω κατεφρόνει χρημάτων ὥςτε κεκτῆσθαι μηδὲν ἢ μόνα δύο ἢ τρία βιβλία, ὧν ἦν καὶ Ὀρφέως ποίησις.* Idem poeta Proculo quoque in deliciis fuit, qui, ut Marinus scribit c. 20. p. 17. aegrotans hymnos sibi recitari quum jussisset, ipse *ἀνεπλήρου τοὺς ὕμνους καὶ τῶν Ὀρφικῶν ἐπῶν τὰ πλεῖστα· καὶ γὰρ ταῦτα ἔστιν ὅτε παρόντες ἀνεγινώσκωμεν.* nec minus familiaris Syriano, cujus inter opera Suidas recenset *εἰς τὴν Ὀρφέως θεολογίαν βιβλία δύο* et *συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος,* quae eadem sub Proculi nomine ferebantur. Hic rogatus a discipulis ut Orpheum accuratius illustraret, recusavit somnio absterritus, petente tamen Marino ut saltem Sy-

riani commentariis adnotaret (*παραγράφειν τὰ ἀρέσκοντα τοῖς τοῦ διδασκάλου βιβλίοις*) id a se impetrari passus est, teste Auctore Vitae c. 27. p. 21. *παραγράψαντος οὖν τοῖς μετώποις τῶν ὑπομνημάτων ἔσχομεν συναγωγὴν εἰς ταὐτὸν ἁπάντων καὶ ἐγένετο εἰς Ὀρφέα αὐτῷ σχόλια καὶ ὑπομνήματα στίχων οὐκ ὀλίγων εἰ καὶ μὴ εἰς πᾶσαν τὴν θεομυθίαν ἢ πάσας τὰς ῥαψῳδίας ἐξεγένετο αὐτῷ τοῦτο ποιῆσαι.* In eodem stadio decucurrit Hierocles, qui in quarto de Providentia annisus est *τὰ λεγόμενα Λόγια καὶ τοὺς ἱερατικοὺς θεσμοὺς εἰς συμφωνίαν ἄγειν οἷς Πλάτων ἐδογμάτισεν· ὁ δὲ πέμπτος εἰς Ὀρφέα καὶ Ὅμηρον καὶ ὅσοι ἄλλοι πρὸ τῆς Πλάτωνος ἐπιφανείας ἐγνωρίζοντο, τὴν Πλατωνικὴν περὶ τούτων φιλοσοφίαν ἀνάπτει* Phot. Bibl. CCXXIV. p. 285. *Τὴν Ὀρφικὴν καὶ Χαλδαϊκὴν σοφίαν* sive *θεολογίαν*, quasi eodem vergentes, consociant Marinus c. 26. et Scriptor Vitae Isidori Phot. CCXLII. 560. quarum utramque vel certe priorem complexus videtur Asclepiades Mendesius, cujus *πραγματεία περιέχουσα τῶν θεολογιῶν ἁπασῶν τὴν συμφωνίαν* a Suida recensetur s. *Ἡραΐσκος·* libri egregii specimen praebet Suetonius in Aug. c. 94. In Asclepiadis Mendetis *Θεολογουμένων* libris lego Atiam, quum ad solemne Apollinis sacrum media nocte venisset, obdormisse draconemque repente irrepsisse ad eam — Augustum natum mense decimo.“ quo exemplo homo sanctissimus sodomiticas Aegyptiorum libidines excusavit. Haec vero vesana cu-

pido quarumlibet gentium superstitiones inter se et cum philosophorum sententiis in unum redigendi Christianos quoque invasit, patrumque orthodoxorum anathematis vix satis restricta est, quod ostendit excerpta ex Anathematismo Manichaeorum particula, quam Cotelerius ad Clem. Recogn. L. IV. 544. e cod. regio publicavit: *Ἀναθεματίζω καὶ τὴν Ἀριστοκρίτου βίβλον, ἣν ἐπέγραψε Θεοσοφίαν, ἐν ᾗ πειρᾶται δεικνύναι τὸν Ἰουδαϊσμὸν καὶ Ἑλληνισμὸν καὶ τὸν Χριστιανισμὸν καὶ Μανιχαϊσμὸν ἓν εἶναι καὶ τὸ αὐτὸ δόγμα.* Huic similem librum Anonymi cujusdam Constantinopolitani, qui post Heraclium vixit, excerpsit Photius CLXX. 197. in quo *μαρτυρίαι καὶ χρήσεις λόγων οὐχ Ἑλληνικαὶ μόνον ἀλλὰ καὶ Περσικαὶ καὶ Θρᾴκιοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Βαβυλωνιακαὶ καὶ Χαλδαϊκαὶ καὶ δὴ καὶ Ἰταλοὶ κατεστρώθησαν, ἃς ὁ συγγραφεὺς συμφερομένας πειρᾶται δεικνύειν τῇ τῶν Χριστιανῶν θρησκείᾳ περί τε τῆς ὑπερουσίου καὶ ὁμοουσίου τριάδος, τῆς τε ἐν σαρκὶ τοῦ λόγου παρουσίας — καὶ τοῦ πάθους καὶ τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς τε ἀναλήψεως — — — περὶ τούτων ἁπάντων Ἕλλησί τε καὶ Αἰγυπτίοις καὶ Χαλδαίοις καὶ τοῖς προειρημένοις πεφιλοσοφῆσθαί τε καὶ διακεκηρῦχθαι ἐν ἰδίοις αὐτῶν πειρᾶται δεικνύναι συγγράμμασιν·* quae sine dubio omnia ignota fuerunt viris optimis indoctissimisque, qui hanc Pammythosophiam nuper admodum in media Germania plaudentibus Musis et Musigenis natam esse persuasum habent. Verum hanc disputationis partem finiam, si addidero, Platonicos, qui super-

sunt, omnes nullum Orphei carmen nominatim allegare sed simpliciter Orpheum, ut saepissime Proculus, et nonnunquam τὰ Ὀρφέως ut Marin. V. Procl. c. 26. et 27.

Cap. V.

De carminum Orphicorum antiquitate quid veteres Critici senserint.

Quo venerabilius apud imperitos Orphei nomen fuit, eo majore consensu intelligentes harum rerum arbitri falsariorum fraudibus obviam ivere, carminaque ementita alia ad alium relegarunt auctorem Brontinum, Cercopem, Zopyrum, Persinum, Onomacritum, quibus in possessionem restitutis Orpheo ne unus quidem relinquitur versiculus. Princeps et signifer hujus factionis est Herodotus, qui in L. II. 53. deorum ortum, formas, genera non ita pridem ab Homero et Hesiodo constituta esse disputat, οὗτοι δὲ, inquit, εἰσὶ οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι, καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες καὶ εἴδεα σημήναντες. Οἱ δὲ πρότερον λεγόμενοι ποιηταὶ τούτων τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι ὕστερον δοκέειν ἐγένοντο τούτων· quod non eo dixit quasi Graecos ante illos nihil de deorum natura fabulatos putaret (quo nihil ineptius fingi potest) sed potius hoc contendit, fabulas illas passim nullo locuplete auctore vulgatas neque literarum monimentis mandatas tum demum radicari et in-

olescere coepisse, quum duorum nobilissimorum poetarum veluti publico testimonio essent ornatae. Hos igitur, qui quandam rei fabularis quasi disciplinam condiderunt, ad quos omnibus, qui de deorum progenie et vitae actione quaerunt, tanquam ad primos fontes recurrendum est, Herodotus merito Theogoniae Graecanicae auctores appellavit. Fuisse ante Homerum poetas neque hoc loco negat et paullo ante II. 23. planissime affirmat, quum Oceani nomen ab Homero aut aliquo antiquiore poeta introductum esse contendit. Sed extare quidquam in literis antiquius, id vero etiam atque etiam negat, eoque uno verbo Orphei, Musaei et reliquorum vatum, quae tum circumferebantur carmina, praescriptis auctoribus eripit atque aufert; quod ejus judicium eo majore plausu et praedicatione prosequendum est, quo diutius tenuit vulgaris error, qui ne Aristotelis quidem auctoritate opprimi potuit. Hujus enim de Orpheo non aliud fuisse quam Herodoti judicium testatum est notissimo Ciceronis loco de N. D. I. 38. O r p h e u m p o e t a m d o c e t A r i s t o t e l e s n u n q u a m f u i s s e e t h o c O r p h i c u m c a r m e n P y t h a g o r e i f e r u n t c u j u s d a m f u i s s e C e r c o p i s, ubi nulli interpretum in mentem venit Philoponi adnotatio ad verba Aristotelis de An. I. 5: *τοῦτο πέπονθεν ὁ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς καλουμένοις ἔπεσι λόγος*, quibus haec adscripsit: *καλουμένοις εἶπεν, ἐπειδὴ μὴ δοκεῖ Ὀρφέως εἶναι τὰ ἔπη, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λέγει· αὐτοῦ μὲν γάρ εἰσι τὰ δόγματα· ταῦτα δέ φησιν*

Ὀνομάκριτον ἐν ἔπεσι κατατεῖναι Comm. p. F. III. a.[a] Est utique inter utrumque haud levis dissensus; si Ciceronem audimus, Aristoteles negat ullum fuisse Orpheum; si Philoponum, non solum fuisse concedit sed etiam quaedam ejus dogmata nosci ab Onomacrito numeris inclusa; in quo rursus discrepat Cicero, Cercopem ab Aristotele fraudis appellatum dicens. Jam illud, in quo summa quaestionis versatur, ullus an fuerit Orpheus, nulla causa est cur Aristotelem ipsum alio loco aliter decrevisse putemus; ergo illorum alterutrum errasse conveniet. Ciceronis vero fides multo potior videri debet, non solum propter aetatem sed etiam quia exemplo illo contra adversarios ad probandum utitur tanquam noto et indubitabili, cui si minus confisus fuisset, in promtu erant alia centena. Sed Philoponus in transitu judicii, quod Aristoteles tulerat, memoriam replicat, tantummodo ut doceret, qua de causa *τὰ καλούμενα* dixisset. Quod ad alteram controversiae partem attinet, facile componi potest, si sumamus, quod nemo concedere gravabitur, Aristotelem non semel sed bis aut saepius de Orpheo loquutum esse atque eo quidem loco, quem Philoponus ante oculos habuit, Orphei Physica, unde illa sumta videntur[b] Onomacrito adscripsisse, al-

[a] *Καταθεῖναι* h. l. scribit Cudworthus Syst. Int. IV. 7. 344. *γνώμας ἐνέτεινε φιλοσόφους τοῖς ποιήμασι* Plutarch. V. Solon. III. 199. *εἰς ποίημα ἐκτενεῖν* (scr. *ἐντενεῖν*) *τὸν Μαρσικὸν πόλεμον* V. Lucull. I. 276. *περὶ τῶν ποιημάτων ὧν πεποίηκας ἐντείνας τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους* Plato Phaed. 60. D. *ἐντεῖναι ἔπεσι* Galen. Adhort. c. XIII. sed et *ἐς μέτρον ἐνεῖναι τὰς διανοίας* Jamblich. V. P. c. 36. cf. Biblioth. Amstel. Crit. P. VI. 104.

[b] v. P. II. c. 17.

tero autem, quo Cicero usus, nescio quod aliud carmen ad Cercopem retulisse auctorem. Etenim Orphei ferebantur carmina complura; plures ferebat rumor auctores, Persinum, Brontinum, Zopyrum, Prodicum, Cercopem, ipsumque Pythagoram; cujus suspicionis ignarum fuisse Stagiritam, omniaque uni Cercopi tribuisse virum in Orphicis Pythagoricisque scriptis praeclare versatum, nequaquam credibile. Quapropter subductis rationibus ita censeo, Aristotelem non uno sed pluribus commentariorum suorum locis, quum forte ex Orphicis aliquid proferret poematis, universa illi commenticio vati abjudicasse et per occasionem unius aut alterius carminis, de quo cum maxime ei sermo erat, verum edidisse auctorem. Cicero igitur in talem aliquem incidit locum, ubi Aristoteles proposita quadam Orphei sententia, carmen, unde ea depromta erat, Cercopis esse diceret, id quod Ciceronis verba indicant: et hoc Orphicum carmen ferunt fuisse Cercopis, ex quo intelligitur illum de uno quodam poemate non de universis pronunciasse.

Aristotelis partibus porro adscribendi sunt omnes ii, qui Homeri scripta et monumenta, omnium quae extent, antiquissima dicunt. Josephus c. Apion. I. 2. 438. *ὅλως παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον·* quod non vulgi fuit judicium sed Grammaticorum vulgo refragantium. Sextus c. Gramm. L. I. 10. 259. *Πίνδαρός φησιν, ἀρχαιοτάτη ἐστὶν ἡ Ὁμήρου ποίησις· ποίημα γὰρ οὐ-*

δὲν πρεσβύτερόν ἧκεν εἰς ἡμᾶς τῆς ἐκείνου ποιήσεως. cui cavillator ille Linum, Orpheum, Musaeum aliosque opponit, Homero antiquiores scilicet, *ὥς ἔνιοι λέγουσι,* quos eruditus Grammaticus, Pindario, aeque bene novit atque ille, sed contemsit ut spurios. Scholiastes ad Dionys. Gramm. p. 785. *εἰ καὶ ἱστοροῦσί τινες ποιητὰς προγεγενῆσθαι Ὁμήρου Μουσαῖόν τε καὶ Ὀρφέα καὶ Λίνον, ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲν πρεσβύτερον τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας σώζεσθαι ποίημα. Ἀλλ᾽ ἐρεῖ τις, πῶς; ἐπεὶ γράμματα σώζονται πρεσβύτερα; Καί φαμεν ὅτι τὰ μὲν τούτων ἐψευσμένους ἔχουσι τοὺς χρόνους, τὰ δὲ νεωτέρων τινῶν ἐχόντων ὁμωνυμίας τῶν παλαιῶν τὰς ἐπιγραφὰς ἔχουσι.* Non duco in hac ratione eos, qui in enumeratione poetarum Orpheum praetereunt, sicut Proculus Chrestom. p. 521. et Agatharchides p. 719. nam hoc fortuitum esse potest, nec qui Homerum simpliciter *ἀρχαιότατον* vocant, ut Aristides p. 273. ubi Scholion adscriptum est cognitu dignum p. 206. *ἀρχαιότατάς ἐστιν ὁ Ὅμηρος, ὥς ἴσμεν. εἰ δέ τις εἴπῃ, καὶ μὴν πρὸ αὐτοῦ γέγονεν Ὀρφεὺς, πρὸ αὐτοῦ* (adde *μέν*) *γέγονε, τὰ δὲ δόγματα Ὀρφέως Ὀνομάκριτος μετέβαλε*[*] *δι᾽ ἐπῶν· καὶ Αἰσχίνης, λέξω περὶ Ὁμήρου ὃν ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις καὶ σοφωτάτοις τῶν ποιητῶν τάττομεν· ἢ ὅτι κυρίως ποίησίς ἐστιν ἡ μετὰ μιμήσεώς τινος ἢ μετὰ οἰκονομίας καὶ διασκευῆς*

[*] Diog. La. IX. 16. 556. *Σκύθινον ἐπιβάλλεσθαι τὸν ἐκείνου* (Heracliti) *λόγον διὰ μέτρου ἐκβάλλειν.* Marinus V. Procl. p. 123. *περὶ τῆς αὐτοῦ λέξεως στίχους ἐξέβαλεν.* v. Fabric. ad h. l.

καὶ μύθων ἐν ἔπεσι τάξις· ὅπερ ἐξαιρέτως Ὅμηρος ἐπετήδευσε καὶ κατέδειξε πρῶτος. Ὅσοι δὲ πραγματείας ἑτέρας ἔγραψαν, ἐποποιοὶ (adde *οὐ*) *καλοῦνται. ἢ γὰρ περὶ ἀστρονομίας ἢ φυσικάς τινας ἢ ἑτέρας ἔγραψαν βίβλους.* Sed haud praetermittendus videtur Dionysius, cujus hanc sententiam Suidas refert (v. C. VI. §. 1.) *Ὀρφεὺς Ὀδρύσης ἐποποιός· Διονύσιος δὲ τοῦτον οὐδὲ γεγονέναι λέγει·* quanquam enim hoc de uno ex quatuor, quos numerat, Orpheis dictum esse vult, tamen Dionysius, sive Olynthius fuit, qui de Homero scripsit Tatian. p. 166. Athenag. c. 31. sive Halicarnassensis historiae musicae auctor v. Jons. III. 42. sive Phaselites, qui poetas veteres illustravit Schol. Pind. II. 1. Vit. Nicandr. init. sive utroque celebrior Thrax, doctus certe Grammaticus, procul dubio neque Odrysium Orpheum neque Crotoniatam, neque alium quenquam hujus commenticiae familiae agnovit.

CAP. VI.

Carminum Orphicorum index.

§. 1.

Nisi jam dudum librorum deperditorum titulos et elogia auctorum velut cenotaphiis inscripta legentes ad veterum chartarum jacturam quodammodo occalluissemus, enumerandis Orphicae sectae monimentis ad inane nomen redactis mole-

stiorem quam fructuosiorem operam nobis suscipere videremur. Extat autem hodie praeter ea, quae passim memorantur, Orphicorum carminum recensus duplex, unus brevior, quem Clemens e Pinace antiqui cujusdam Critici excerpsisse videtur, alter apud Suidan, eadem omnia continens sed idem additamentis quibusdam recentioris fabricae auctus. Clementis haec sunt: *Ὀνομάκριτος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Ὀρφεὺς δὲ ὁ συμπλεύσας Ἡρακλεῖ, Μουσαίου μαθητής*[a] *καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον Χρησμοὺς Ὀνομακρίτου εἶναι λέγουσι· τὸν Κρατῆρα δὲ τὸν Ὀρφέως Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου· τὴν δὲ εἰς ᾅδου Κατάβασιν Προδίκου τοῦ Σαμίου. Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς*[b] *καὶ*

[a] Potterus in contrarium vertit *οὗ Μουσαῖος μαθητής*, ut Tatianus scripsit; poterat non majore impendio *Μουσαίου διδάσκαλος*· nam haec nomina alibi quoque a librariis confusa sunt. v. Ruhnken. Dissert. de Antiph. p. 800. T. VII. Reisk. Similiter *μήτηρ* et *θυγάτηρ* v. Kuest. ad Suid. s. *Μυρώ, ἀγαθός* et *κακός*· v. Dorvill. ad Charit. p. 620. particulae *εὖ* et *δύς*, dextrum et sinistrum. v. Drackenborch. ad Sil. Ital. IV. 209. aliaque correlativa inter se permutari solent cf. Hermann. Diss. de Emend. p. Transpos. p. 104. T. III. Opusc. *Μαθητής* in Plutarchi quodam loco pro *καθηγητής* subrepsisse probabiliter disputat Grauertus in Museo Rhenano I. 3. p. 182. Vulgatam lectionem Passowius de Musaei Carm. p. 26. Artapani auctoritate defendit ap. Euseb. Pr. Ev. IX. 27. 432. A. Verum hic nugator ideo Musaeum Orphei magistrum dicit, ut hujus omnem sapientiam ad Mosen auctorem revocare possit, quem a Graecis Musaeum appellatum esse narrat eadem levitate qua alii Josuam et Jasonem, Judaeos et Idaeos, Simonem Magum et Semonem Sancum confuderunt. v. Wernsdorf. de Christ. Daphne in Act. Jen. T. I. 303. Clemens autem illo loco non mendaces Judaeos (v. Ol. Wormii Antiqq. Hebr. p. 97.) sed graecos auctores sequitur, qui magno consensu Musaeum Orpheo subjungunt tanquam magistro discipulum.

[b] Sic pro *Τριγράμμοις* emendant e Diog. Laert. VIII. 8. 493. *Ἴων ἐν τοῖς Τριαγμοῖς φησιν αὐτὸν (Πυθαγόραν) ἔνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα*· eandemque formam Kuesterus restituit Suidae pro *Τριασμοί*, quod a verbo *τριάζειν* non minus recte derivatur, quam

Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν [c] *τινὰ ἱστορεῖ. Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως Κέρκωπος* [d] *εἶναι τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς ᾅδου Κατάβασιν καὶ τὸν Ἱερὸν λόγον. τὸν δὲ Πέπλον καὶ τὰ Φυσικά Βροντίνου* Strom. I. 397. In hoc breviario quinque continentur, praeter quae Pythagoras supposuit, Pseudepigrapha, Crater, Descensus, Sermo Sacer, Peplus, Physica.

Sequitur Suidae catalogus: *Ὀρφεὺς ἔγραψε Τριασμούς· λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ· ἐν δὲ τούτοις τὰ Ἱεροστολικά καλούμενα. Κλίσεις κοσμικαίνας. Νεοτευκτικά. Ἱεροὺς λόγους ἐν ῥαψῳδίαις κδʹ. λέγονται δ' εἶναι Θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ, οἱ δὲ Κέρκωπος τοῦ Πυθαγορείου. Χρησμούς, οἳ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον. Τελετάς· ὁμοίως δέ φασι καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου· ἐν τούτοις δ' ἐστὶ περὶ Λίθων γλυφῆς, ἥτις Ὀγδοηκοντάλιθος ἐπιγράφεται. Σω-*

a suis stirpibus *δυασμός, δεκασμός. Ἀτρίαστον καὶ ἀμονάδιστον* Damasc. Quaest. p. 366. *τριαδικῶς* Didym. de Trinit. II. 1. 114. quae cum verbo *χιλιάζειν* Tzetz. Chil. IX. 656. addenda Lexicis. De verbo palaestrico *τριάζειν* nuper accuratius disseruit Philipp Diss. de Pentathlo p. 79. a quo hactenus dissentio, quod in Aesch. Agam. 171. *τριακτὴρ* non simpliciter victorem sed tertiarium sive ephedrum interpretor, qui victorem aggreditur fessum integer et *ἀποτριάζει αὐτὸν*, ut Scholiastes ait, *ἐπ' ἐλπίδι τῆς νίκης*, id est, victoriam speratam ei eripit.

[c] Jamblichus V. Pyth. XXIX. 332. *οἱ Πυθαγόρειοι οὐδὲ ἑαυτῶν ἐπεφήμιζον αὐτὰ* (quae scripserant) *ἀλλ' εἰς Πυθαγόραν ἀνέφερον ὡς ἐκείνου ὄντα.* Si Ion hoc ambiguo verbo usus est, dubitari potest, utrum ille Pythagoram carmen quoddam suum fallaciter Orpheo affinxisse an doctrinae a se propositae capita nonnulla ab eo tanquam a primo inventore repetivisse putaverit. Id certe assimulavit Sermonis Sacri compositor Pythagoreus. Diogenes et Clemens quid senserint, in promtu est.

[d] Sic Suidas et Eudocia p. 318. pro *Κέρκοπος*. Suidae notatio *Κέρκωψ κέρκωπος*, tam de proprio nomine valet, quam de appellativo.

τήρια· ταῦτα Τιμοκλέους τοῦ Συρακουσίου λέγεται καὶ (fort. ἢ) Περγίνου τοῦ Μιλησίου· Κρατῆρας· ταῦτα Ζωπύρου φασι. Θρονισμοὺς μητρῴους καὶ Βακχικά· ταῦτα Νικίου τοῦ Ἐλεάτου φασὶν εἶναι. Εἰς ᾅδου κατάβασιν· ταῦτα Ἡροδίκου τοῦ Περινθίου· Πέπλον καὶ Δίκτυον· καὶ ταῦτα Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου, οἱ δὲ Βροντίνου. Ὀνομαστικόν[e] ἔπη ασ. Ἀστρονομίαν. Ἀμοκοπίαν. Θυηπολικόν. Ὠοθυτικά ἢ Ὠοσκοπικά ἐπικῶς[f]. Καταζωστικόν. Ὕμνους. Κορυβαντικόν καὶ Φυσικά, ἃ Βροντίνου φασίν.

Suidas igitur unum et viginti libros enumerat, quorum decem a Clemente praetermissos, Κλίσεις, Νεωτευκτικά, Ὀνομαστικόν, Ἀστρονομίαν, Ἀμοκοπίαν, Θυηπολικόν, Ὠοθυτικά, Καταζωστικόν, Ὕμνους et Κορυβαντικόν, in Grammaticorum Alexandrinorum Ἀναγραφαῖς (Athen. VIII. 336. E.) non comprehensos fuisse, etiam hinc suspicari licet, quod eorum auctores, praeter eum, qui vulgo praescribitur, produntur nulli, et quia nonnullorum elogia novitatis speciem habent, de omnibus autem summum est apud antiquos silentium. Sed multo magis quae in altera pagina sequuntur, magistrorum Byzantiorum pergulas redolent: Ὀρφεὺς Κικοναῖος ἢ Ἀρκὰς (sic) ἐκ Βισαλτίας τῆς Θρᾳκικῆς. Γέγονε δὲ καὶ οὗτος πρὸ Ὁμήρου δύο

[e] Ὀνομαστικῶν Codd. et Edd. vett. quod praestat.

[f] Adverbium hoc saepius carminum titulis additur. v. Bentley Opusc. p. 364. sed hoc loco parum apte. Latet fortasse ἔπη et nota numeri versuum.

γενεαῖς[g] *πρεσβύτερος τῶν Τρωικῶν· ἔγραψε δὲ μυθοποιίαν, ἐπιγράμματα, ὕμνους. Ὀρφεὺς Ὀδρύσης ἐποποιός· Διονύσιος δὲ τοῦτον οὐδὲ γεγονέναι λέγει*[h]· *ὅμως ἀναφέρονται εἰς αὐτόν τινα ποιήματα. Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης ἐποποιός, ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν Γραμματικῶν· ἔγραψε Δεκαετηρίαν, Ἀργοναυτικὰ καὶ ἄλλα τινά. Ὀρφεὺς Καμαριναῖος, οὗ φασιν εἶναι τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν*[i], quae omnia Eudocia p. 319. e pluribus in unum redegit articulum, adhibita, ne Orphei nomen identidem iteraretur, hac transgressione *καὶ ἄλλος, καὶ ἕτερος.* Ad complendum Orphicorum operum summarium pertinet Tzetzae et C. Lascaris quamvis manca et brevis adnotatio, quorum ille in Prolegg. ad Lycophr. p. 259. Muell. *Ἔγραψεν*, inquit, *ὁ Ὀρφεὺς χωρὶς τῶν ἀστρολογικῶν καὶ ἐπῳδικῶν καὶ μαγικῶν καὶ τῶν ἑτέρων καὶ ὕμνους εἰς Δία καὶ τοὺς λοιποὺς θεούς.* Lascaris vero in Prolegg. in Orph. in Marm. Taurin. p. 93. Orpheum narrat primum Lino Thebano magistro usum tum ab Aegyptiis ad omnem sapientiam eruditum apud populares suos tantam famam collegisse ut antiquioribus poetis Musaeo Linoque tertius adscriberetur; tum haec adjicit p. 98. *Κατέλιπε δὲ συγγράμματα ιατρικὰ καὶ ὅσα καὶ*

[g] In altero loco Suidas eum *ιά γενεαῖς* bellum Trojanum praecessisse scribit, hoc est LXXVIII. annis, non CCC. ut Levesquius turpiter errat Etudes de l'hist. anc. T. II. p. 113. v. Reines. Observ. ad Suid. s. v.

[h] v. supra C. V. fin.

[i] Postremum articulum temere omisit Kuesterus.

αὐτὸς ἐν Ἀργοναύταις (v. 7.) κατ᾽ ἐπανάληψιν ἀριθμεῖ — καὶ περὶ θεῶν καὶ κοσμογενείας, ὕμνους διαφόρους εἰς θεοὺς, Γεωργικά, Φυσικά, Ἀργολικά, Μετέωρα, Λιθικά, μυστήρια δὲ διάφορα, περὶ τῶν φυτῶν, βοτανῶν, χωρογραφίας, ἰατρικῆς, νόμων, τελευταῖα τὰ Ἀργοναυτικά. Γεγόνασι δὲ Ὀρφεῖς ἕξ· πρῶτον οὗτος ἀρχαῖος ποιητὴς ἐκ Λειβήθρων τῆς Θράκης, δεύτερος Κικοναῖος ἐκ Βισαλτίας πενθῶν (scr. πρὸ τῶν) Τρωικῶν καὶ αὐτὸς, ὃς συνέγραψε μυθοποιίαν, ἐπιγράμματα, ὕμνους. Τρίτος Ὀδρύσης ἐποποιίαν τινὰ ποιήσας. Τέταρτος Κροτωνιάτης, ὃς συνῆν Πεισιστράτῳ, συνέγραψε δὲ Δεκαετηρίαν, Ἀργοναυτικὰ καὶ ἄλλα. Πέμπτος Καμαριναῖος ἐποποιὸς, οὗ φασι τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν. Ἕκτος βασιλεὺς Θρᾳκῶν, ἐφ᾽ οὗ Ἀμαζόνες Φρυγίαν ἐδασμολόγησαν p. 99. His chronologorum artificiis primus sed modestius usus est Herodorus Schol. Apoll. I. 23. Ἡρόδωρός φησι δύο γεγονέναι Ὀρφεῖς, ὧν τὸν ἕτερον συμπλεῦσαι τοῖς Ἀργοναύταις. Eustathius p. 159. 10. οἱ παλαιοὶ δύο φασὶ γενέσθαι Ὀρφέας Κίκονας, ὧν εἷς ὁ τοῦ Οἰάγρου πολλῷ προγενέστερος τοῦ ὑστέρου, ὥς αὐτοί φασιν ἕνδεκα γενεαῖς. Numerum auget Hermias in Phaedr. p. 109. ὁ Τρισμέγιστος λέγεται πλεονάκις ἐπιδημήσας τῇ Αἰγύπτῳ ἑαυτοῦ ἀνεμνῆσθαι (scr. ἀναμνῆσαι) καὶ τρίτον κεκλῆσθαι Ἑρμῆς· καὶ τρεῖς δὲ λέγονται Ὀρφεῖς παρὰ Θρᾳξὶ γενέσθαι· (cf. Gale de Sibyll. p. 21.) Sed hi Bisaltii et Odrysii Orphei inventi sunt ad componenda veterum scriptorum dissidia, quorum alii Orpheum Aristaei aequalem faciunt, alii Argo-

nautis aggregant. De illo Crotoniata nescio quid statuam, nisi forte hoc, poetam quendam Crotoniensem significari, Orphicorum carminum subjectorem; Lambecius Onomacritum ipsum sub hoc delitescere suspicatur, duplici fortasse patria usum, una soli, altera juris. Ad eandem rationem dici poterit, eos, qui Orpheum Camarinaeum inseruerunt [k], Pythagoreum quendam denotasse patria Siculum, unde Timocles oriundus fuit; certe Sicilia [l] Pythagoreorum commerciis floruit, quos non alienos fuisse ab ejusmodi fraudibus et ab hoc scribendi genere, exemplo sunt primum Cercops, Brontinus et Pythagoras ipse; tum illi Pythagorei, a quibus Lini carmen suppositum ferebatur v. Jamblich. V. Pyth c. 139. postremo Hippasus, qui Pythagorae ipsi ad invidiam ei conflandam

[k] Deceptus ab Harlesio, qui in Fabr. Bibl. p. 163. lectores suos ad Mongitoris Bibl. Sic. ablegat, quaesivi ex amico, cui libri copia erat, quid ille docuisset, is respondit Suidam ibi et Lascarin citari, ad hoc Facellum aliosque rerum Sicularum scriptores, qui omnes de hoc Orpheo Camarinaeo τοσοῦτον ἴσασιν ὅσον οἱ οὐδὲν εἰδότες. Ceteris nasutior Placidius Carafa in Motuga illustrata p. 14. F. Thes. Sic. T. XII. hic Orpheus, inquit, Camarinae magnum dedit nomen.

[l] Quam pervagata fuerint in hac regione Orphei dogmata ostendit numus Syracusanus delineatus ab Inghiramio in Monum. Etruschi Ser. VI. T. II. ubi cernitur, il bove in atto di rompere col suo impeto il famoso uovo cosmogonico degli Orfici. T. VI. p. 18. cf. T. II. 599. Hoc unum ex illo pretiosissimo libro delibare placuit, quanquam plura ibi sunt de Systemate Orphico similiter dicta. Ceterum hoc ovum cosmogonicum (nisi pila est) una cum bove Orphico apparet etiam in monimento Japonensi, quod jam ante sesqui seculum Lomeierus de Lustrat. c. 21. 260. spectandum proposuit; et, quod ad ovum attinet, dici potest ut in proverbio, ovum ovo similius non esse, sed quomodo Phanes, qui omnino nunquam taurus nominatur neque in ovum irrupit sed ex ovo erupit, cum illis petulcis belluis componi et quo jure monetae Syracusanae praesides sanctissima mysteria per numos publicare potuerint, commenti ridiculi laudatoribus divinandum relinquo. Cf. Visconti Pio Clem. Tom. VI. Indic. p. 88.

Λόγον μυστικὸν subjecisse dicitur, Secretis Societatis Jesu Monitis non dissimilem[m] atque Arignote Samia librorum mysticorum parens[n] magistro vel, ut alii tradunt, patre usa Pythagora[o]; qui ut ipse immerito in hunc numerum falsariorum referatur, tamen apparet, quae fuerit veterum de hac secta opinio. Caeteri, quos Clemens et Suidas recensent, ignoti sunt. Timoclem et Zopyrum inter poetas a Johanne Stobaeo excerptos memorat Photius Cod. CLXVII. 193.[p] Perginum Soteriorum auctorem Obrechtus nihil diversum putat a Persino poeta Eubuli Atarneae

[m] Hoc strategemate olim multi usi sunt ad infamandos inimicos; Theopompo Anaximenes librum subjecit plenum calumniarum. v. Pflugk. de Theopompo p. 33. Pari consilio Diotimus Stoicus Epicuro epistolas eroticas. v. Diog. La. X. 3. cf. Luzac. Lectt. Att. p. 153. Martiali poeta clancularius libelles impuros L. X. 3. Philaenidi, ut Aeschrio dicit, obtrectator ignotus.

[n] Suidas: *Ἀριγνώτη — ἔγραψε Βακχικά· ἔστι δὲ περὶ τῶν Δήμητρος μυστηρίων ἐπιγράμματα· γράφεται δὲ καὶ Ἱερὸς λόγος·* quae sic emendanda: *περὶ — μυστηρίων· ἐπιγράφεται δὲ καὶ* — omisso *γράμματα*, quod ex falsa notae tachygraphicae interpretatione ortum. Librum de Cereris mysteriis a Bacchicis diversum fuisse Menagius sumit in Hist. Mulier. Pyth. §. 89. *ἔτι δέ* corrigens pro *ἔστι δὲ*, quod parum probabile. Ejusdem mulieris *Τελετὰς Διονύσου* Suidas affert, quem librum Clemens Strom. V. 522. *τὰ περὶ Διονύσου* vocat (non *περὶ τὰ Διονύσου*, ut Fabricius p. 881.) Harpocratio *τὸ περὶ τῶν τελετῶν* s. *Νεβρίζων*, ubi propter articulum *τῶν* addendum videtur *Διονύσου*.

[o] Ex hujus nomine fictus videtur Arignotus Pythagoreus ejusque liber de expulsione daemonum Lucian. Philops. c. 30. p. 282. T. 7. quem Fabricius perperam inter Pythagoreos retulit.

[p] Idem fortasse Zopyrus, cujus Theseis nominatur a Grammatico MS. Valckenarii ad Hippol. Argum. p. 4. unde sumta puto, quae Suidas affert s. *ψιθυριστοῦ Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης, ὅπερ πρῶτος ἐποίησεν, ὥς φησι Ζώπυρος, Θησεύς*. Alius Zopyri fuisse videtur *Μιλήτου κτίσις* Schol. Ven. K. 275. Zopyrum Pythagoreum Tarentinum memorat Jamblichus, Colophonium Diogenes II. 101. de Zopyro Byzantio v. Poppo ad Marcellin. p. 326. T. I. cf. Reines. Observ. ad Suid. p. 103. Plures Nicias producit Fabricius T. III. 770. not. (omisso Eustathio ad Dion. v. 174., sed nullum Eleaticum. Nec mihi de Theogneto Thessalo et Timocle Syracusano quidquam compertum.

tyranni[q] familiari, quem Pollux X. 93. nominat[r]. Descensus ad inferos auctorem Prodicum Samium appellat Clemens, Herodicum Perinthium Suidas, nec discrepare videntur; nam et nomina Prodici et Herodici saepe confusa sunt[s] et Perinthii Samo deducti erant, unde Muellerus de Orchom. p. 18. conjecturam capit, hunc esse Prodicum Phocaeensem, Minyadis scriptorem[t]. Idem carmen Epigenes Cercopi tribuit, Lascaris Orpheo, quem vocat, Camarinensi; neque spes ulla superat ex hac tanta et rerum obscuritate et testium dissensione quidquam certi emersurum esse. Miror tamen unde Kircherus ea acceperit, quae de nonnullis horum librorum narrat in Sphinge Mystag. p. 150. „Primus ex Graecia Aegyptiorum „discipulus fuit Orpheus filius Oeagri, ut distin„guatur illi, qui Argonauticae expeditioni adfuit „et ab eo, qui primus paederota docuit. Scri„psit *τριασμούς*, hierosolicas, Cosminas, Neoteu„ticas, una cum discursibus sacris, qui tamen a „quibusdam attribuuntur Theogniti, ab aliis Ce„cropi, de oraculis, de sculptura lapidum, librum „*Χαρισμάτων τῆς ὑγιείας*, quem librum Themo„cles et Perginus sui juris faciunt — porro thro-

[q] Harlesius hunc cum Eubulo comico confundit ad Fabr. T. II. 473. v. Schneider. ad Aristot. Polit. p. 59.

[r] Bentlejus Epist. ad Hemsterh. p. 84. de hoc Persino nihil comperi.

[s] v. Ast. ad Plat. Rep. p. 465.

[t] Pausan. IV. 33. 7. *τὰ ἐς τὴν Μινυάδα ἔπη* fortasse fuerunt *ἐς τὰς Μινυάδας*, Minyae filias, propter deorum contemtum aeterna supplicia meritas, quod unice convenit cum iis, quae de argumento carminis tradita sunt.

„nismos et bacchicos et 3200. versus onomasticos „de sacrificiis et immolationibus, catazosticon sive „de verbo divino, hymnosque complures.“ In plerisque apparet manifesto hominis ventosissimi error, qui, ut Creuzerus Champollionium non sine ferula docuit[u], omnia remotissimae antiquitatis mysteria tenebat sed graeca verba omnino legere non poterat. Quod autem Timoclis Soteria χαρίσματα τῆς ὑγιείας vocat, doctius est, quam ut ab ipso profectum videatur.

§. 2.

Quo facilius haec teneantur, Orphei Opera varia sub uno conspectu ponam. Fuerunt igitur, ut omnia complectar, haec:

I. Ἀμοκοπία, ut Suidas scribit, Ἀμμοκοπία, ut Eudocia; Fabricius Ἀνεμοσκοπία substituit, Eschenbachius in Epig. p. 178. Ἀμνοκοπία, probante Albertio ad Hesychium: Ἀμνοκόπος, ποιμήν· eoque libro praecepta rei pecuariae tradita esse putant. Sed nemo opilio honestus ἀμνοκόπος dici velit. Hesychius ἀμνοσκόπος scripsisse videtur, sicut Ovispex in Gloss. Isid. exponitur ovium inspector; Ἱπποσκοπικόν Chironis liber Suid. s. Χείρων, et Simonis Atheniensis Id. s. Ἄψυρτος et Κίμων[a]. Ἀμνοσκοπία significare

[u] „Kircherus suspiciendus erat potius quam despiciendus Champollioni homini juveni et qui antiquitatis stadium recens ingressus „sit. Ille vero dici non potest quam alte descenderit in rerum Aegyptia„carum interiorem cognitionem“ Comment. Herod. p. 112. not.

[a] Vitiose Cimon pro Simon etiamnunc legitur in Tzetz. Chil. IV. 482.

potest genus illud divinationis quod Pausanias VI. 2. *μαντικὴν ἐξ ἀρνῶν* vocat, neque alienum est ab Orphei persona, qui licet omnem lanienam vehementer damnaverit, tamen ipse in Argon. 34. Musaeo suo et alias vaticinationis vias ostendisse se dicit *καὶ ἥ σπλάγχνων θέσις ἐστί.* Denique succurrit *ἀνεμοσκοπία,* de ventorum prognosticis v. Voss. de Idol. III. 14. nam in prognosticorum scriptoribus ineditis Orpheus quoque numeratur v. Fabric. p. 159. vel *ἀστροσκοπία,* quo nomine utuntur Hermias in Phaedr. 109. Syncell. Chron. p. 12. Cedren. Hist. p. 10. b. C. [*]

II. *Ἀργολικά,* pro quibus solus spondet Lascaris, e familia carminum Orphicorum sine dubio removenda sunt. —

III. *Ἀργοναυτικά.* Hujusmodi carmen ab Orpheo conditum esse, ignoravit certe Pherecydes, qui poetam omnino Argonautarum expeditioni interfuisse negavit Schol. Apoll. I. 23. *Φερεκύδης Φιλάμμωνά φησι καὶ οὐκ Ὀρφέα συμπεπλευκέναι.* De Argonauticis, quae hodie restant varia sunt longeque dissona Valckenarii, Hemsterhusii, Ruhnkenii, Hermanni et J. H. Vossii judicia nuper ab Uckerto recollecta in Geograph. Graec. et Rom. T. I. P. II. 334. Neque arbitror aut hujus aut alius scriptoris aetatem plane liquido explorari posse, nisi Syntaxis graecae et singularum orationis partium usus non summatim,

[*] Lexicis adde *ἀστεροσκοπικά* quo nomine fuit Zoroastrae liber ap. Suid. *ἀστεροσκοπία* Artemid. II. 26. 129. Joh. Philopon. de Creat. Mund. IV. 18. 588. *ἀστεροσκοπεῖν* Sext. c. Astrol. V. 342. *ἀεροσκοπία* Syncell. l. c. et latinum a s t r o s c o p i a Acron. ad Horat. Od. I. 28.

ut nunc, sed multo minutius et scrupulosius ex singulis scriptoribus evestigatus fuerit. Quam artis nostrae perfectionem procul in excelso sitam quum spe et cogitatione praesumo, beati mihi videntur mythologi, qui primo tenuissimae cujusque fabulae adspectu statim judicant, utrum Homeri an Orphei an Phoronei temporibus nata sit, meritoque despiciunt Criticorum tricas, qui in constituenda carminis amplissimi aetate sex inter se seculis discrepant.

IV. Ἀστρονομικά veteribus aeque ignota[†] aut ad astronomiam judiciariam pertinent, de qua fuerunt Dodecaeterides, aut ficta sunt ab iis, qui Orpheum propter inventum ab ipso heptachordium, coelestis musicae imitamentum, astronomis adnumerandum putarunt. Firmicus L. IV. Praef. p. 84. Omnia quae Aesculapio Mercurius Enichnusque tradiderunt, quae Petosiris explicavit et Necepso, quae Abraham, Orpheus et Critodemus ediderunt — in his perscripsimus libris. Abrahamum, Orpheum et Critodemum [b] conjungit etiam Vettius Valens in Anthologio MS. ap. Selden. de Diis Syr. I. 265. T. II. Opp. et inter scriptores Prognosticorum MSS., quorum notitiam praebet Labbeus (v. Fabr. p. 159.) Orphei quoque nomen comparet.

[†] Quod Plutarchus de Pyth. Orac. XVIII. 276. rerum astronomicarum scriptores poeticos percensens Orpheum silentio transit, non temerarium esse arbitror.

[b] Critodemi ἀποτελέσματα usurpavit Du Cangius. v. Gloss. Gr. Ind. Script.

V. *Βακχικά* nomine tenus nota sunt. v. N. XIV. et C. VII. P. II.

VI. *περὶ βοτανῶν* v. C. XVI. P. II.

VII. *Γεωπονικά* citantur ab utroque Tzetza, quorum ex testimoniis intelligitur, libro illo non tam praecepta agri culturae quam operum rusticorum tempora secundum lunae cursus menstruos descripta fuisse. Eaque fortasse causa fuit, cur Varro I. 2. Geoponicorum recensum agens, nullam Orphici carminis mentionem faceret. Plinio, qui L. XIV. init. Hesiodum inter principia literarum praecepta agricolis pandere orsum dicit, illud ignotum fuisse, haud pro certo affirmaverim.

VIII. *Διαθῆκαι* nullo ante Justinum testimonio innotescunt, qui in Monarch. p. 37. (p. 104.) *Ὀρφεύς, ὁ παρεισάγων τοὺς τριακοσίους ἑξήκοντα θεούς, ἐν τῷ Διαθῆκαι ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ, ὁπότε μετανοῶν ἐπὶ τούτῳ φαίνεται* etc. ubi *παρεισαγαγών* vel *προεισαγαγών* scribendum hoc sensu: quum antea CCCLX. deos introduxisset, in Testamento hunc errorem deposuit ad unius summi numinis cultum conversus. Accuratius Theophilus ad Autol. III. 2. *τί ὠφέλησαν Ὀρφέα οἱ τριακόσιοι ἑξήκοντα πέντε θεοὶ, οὓς αὐτὸς ἐπὶ τέλει τοῦ βίου ἀθετεῖ, ἐν ταῖς διαθήκαις αὐτοῦ λεγομέναις λέγων ἕνα εἶναι θεόν,* et Lactantius Inst. I. 7. p. 46. Si eos multitudo (deorum) delectat, non duodecim dicimus aut trecentos sexaginta quinque deos, ut Orpheus, sed innumerabiles. Utrumque errasse contendit Jacksonus Antiqq.

Chronol. p. 376. quod antiquissimis temporibus, quibus Orpheum vixisse putat, annus fuerit CCCLX. dierum; sed hoc ipsum sine dubio falsum est[bb] De carminis elogio Jablonskius in Opusc. T. II. p. 397. haec scripsit: „Grotius διαθήκη pro legi„bus usurpatum esse dicit ab Orphicis et Pytha„goristis; certe inter libros Orpheo tribui solitos „fuisse etiam διαθήκας, partem majoris operis, „quod sub nomine ἱερῶν λόγων veteribus inno„tuit, fidem facit Justinus; verum quum praeter „versus illos, quos Patres citant, nihil ad nos „pervenerit, res ad meras conjecturas abit, nec „quae vera fuerit ratio, ob quam Orpheus hos „versus inscripserit διαθήκας, certo pronunciare „possumus. Et si auctor Judaeus vel Christia„nus fuerit, mirum non est, si exemplo LXX. „interpretum significationem τῆς διαθήκης latius „extenderit; Pythagoreorum praecepta non δια„θῆκαι sed ὑποθῆκαι vocantur; διαθήκη tantum „de dispositione testamentari dicitur." Utique usitatius fuit nomen Ὑποθῆκαι, quo nomine Musaei, Hesiodi, Draconis, Solonis, Dionysii Corinthii, aliorumque quos Welckerus indicat ad Theogn. p. LXXIV. carmina inscripta erant, et Isocrates ad Nicocl. I. p. 18. Lang. ait: τινὲς τῶν ποιητῶν τῶν προγεγενημένων ὑποθήκας, ὡς χρὴ ζῆν, καταλελοίπασι. Nec poetarum solum sed etiam Theopompi Chii Ὑποθήκας allegat Dionysius Halic., Heraclidis Pontici Diogenes. Orpheus vero car-

[bb] v. Allgemeine Geschichte der Welt und Natur Berlin 1765. T. I. 640.

mea illud, quod ut Apologetae veteres significant, quasi mortalium operum postremum Musaeo suo hereditatis loco relinquere constituit, *Διαθήκας* inscripsit. Sic Peregrinus Lucianeus paullo ante quam rogum ascenderet, *διαθήκας τινὰς καὶ παραινέσεις* ad civitates familiaresque perscripsit de Mort. Pereg. XLI. 302. quod idem de Apollonio testatur Philostratus VII. 35. 314. Lampetii haeretici librum, *Διαθήκην*, in commentarios suos regessit Photius Bibl. LIII. 19. His autem omnibus et praeterea festivis Menippi *διαθήκαις* a Diogene memoratis ipsique Grunnii Corocottae testamento ludicro exemplum dedisse videntur veterum philosophorum, Aristotelis, Lyconis et ceterorum tabulae supremae, ad posteritatis memoriam curiose propagatae. De argumento libri suo dicendum erit loco.

IX. *Δίκτυον*. v. N. XXVIII. *Περὶ Διὸς καὶ Ἥρας* nullum fuit singulare Orphei carmen sed pars Theogoniae. v. P. II. c. 5.

X. *Διφυῆ*. v. P. II. c. 16.

XI. *Δωδεκαετηρίδες*, *Ἔργα καὶ Ἡμέρας* et *Ἐφημερίδες*, de quibus veteres Hesiodi interpretes indicium fecere, Clemens autem et Suidas tacent, unius operis partes fuisse, alio tempore ostendere conabor.

XII. *Ἐπιγράμματα*. Dio Chrysostomus Or. XXXVII. p. 107. auctor est, Heroum veterum nobilissimos e Colchide reversos Corinthi ludos omnis generis celebrasse; ubi alium alia in arte excelluisse, Orpheum citharâ, Herculem pamma-

chio et sic ceteros; neque non naves in certamen commissas sed praemium adjudicatum esse divinae Argo [*]. Hanc igitur Iason Neptuno dedicavit *καὶ τὸ ἐπίγραμμα ἐπέγραψεν, ὃ λέγουσιν Ὀρφέως εἶναι*

Ἀργὼ τὸ σκάφος εἰμὶ, θεῷ δ' ἀνέθηκεν Ἰήσων,
Ἴσθμια καὶ Νεμέοις στεψαμένη πιτύοις.

v. Anthol. T. IV. Epigr. *ἀδεσπ.* CCXXII. b. Dedicationis hujus meminit Schol. Lyc. v. 175. p. 441. Aliam navem Glauco et Thetidi consecratam celebrat Valerius Flacc. I. 285.

XIII. *Θεογονία.* Quanquam in duplici librorum Orphicorum catalogo, quem supra proposuimus, Theogoniae nulla invenitur mentio, tamen fuisse quoddam hujusmodi carmen, et veterum testimonia clarum faciunt et versus Orphici plurimi, qui ad nullum potius, quam ad hoc theogonicum genus adscribi possunt. Menander de Encom. VI. p. 42. *οἱ μὲν τὰς γενεαλογίας μύθους εἶναί φασιν, οἷον, εἰ βούλει, ὅσα καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς ἐν ταῖς θεογονίαις εἰρήκασιν.* Atque Menandro Orphei carmina lectu, non solum fando, ut multis, cognita fuisse, ex hoc ejus judicio cognoscitur VII. 49. *παρέσχε τὴν μὲν ἐν ποιήσει ἀρετὴν Ἡσίοδος, καὶ γνοίη ἄν τις μᾶλλον εἰ τοῖς Ὀρφικοῖς παραθείη.* Porro ad Aristotelis Meteor. L. II. init. *οἱ ἀρχαῖοι καὶ διατρίβοντες περὶ τὰς θεολογίας ποιοῦσιν αὐτῆς (τῆς θαλάσσης) πηγάς,* Alexander Aphrodisiensis haec adscripsit p. 91. *λέγει*

[*] Certamina ejusmodi navalia Athenis celebrata esse testatur Lysias *Δωροδ.* p. 700. cf. Aristoph. Eqq. 557.

τοὺς περὶ θεῶν ἐπαγγελλομένους λέγειν, ὧν ἦν καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς, ὃς καὶ Θεογονίαν ἔγραψε. His accedunt alii: Proculus in Theol. L. IV. c. 5. p. 188. *ὁ Πλάτων ταῖς Ὀρφικαῖς θεογονίαις ἑπόμενος τοῦ μὲν Διὸς πατέρα τὸν Κρόνον, τοῦ δὲ Κρόνου τὸν Οὐρανὸν ἀποκαλεῖ.* Suidas s. *Ὀρφεύς· Φέρονται αὐτοῦ καὶ περὶ θεογνωσίας λόγοι,* pro quo apud Cedrenum et Malelam rectius *θεογονίας* legitur. Macrobius Somn. I. 2. Veritas per quaedam composita et ficta profertur — ut sunt cerimoniarum sacra, ut Hesiodi et Orphei, quae de deorum progenie actuve narrantur, ut mystica Pythagoreorum sensa referuntur.

XIV. *Θρονισμοὺς μητρῴους καὶ Βακχικά,* quae solus Suidas agnoscit, Eschenbachius p. 44. uno libro comprehensa fuisse censet, Meursius T. III. Opp. p. 904. tribus dispensat; quorum illud accipi potest, hoc nullo modo. Ejusdem nominis carmina, *Βακχικά* et *Ἐνθρονισμούς* Pindaro tribuit Suidas; illa Dithyrambis adnumerat Boeckhius ad Fragm. p. 555. hos suspicatur in solemnibus iis esse cantatos, quae quum numinis alicujus statua throno imponeretur, essent instituta. Equidem dixerim in lectisterniis, quae a Graecis quoque celebrata esse constat. v. Casaub. ad Suet. Jul. c. 78. in Catagogiis, Epidemiis, Theoxeniis aliisque pompis, quibus deorum statuae lavatum missae aut ad alia templa quasi ad salutandum deductae aut lustrandi gratia agris circumvectae ad suas referrentur sedes. Orphei autem *θρονισμοὺς*

μητρῴους sacrorum Phrygiorum causa scriptos arbitror et ad celebrandam mystarum Incathedrationem, de qua primo libro §. 15. dictum est. Et eidem solemnium generi *Βακχικά* quoque destinata videntur. Id mihi in cogitationem refert Galei sententiam, qui Cornuti locum C. XVII. p. 171. *ἄλλαι μυθοποιίαι παρὰ Μάγοις γεγόνασιν, ἄλλαι δὲ παρὰ Φρυξίν*, hoc modo commentatur: „*Φρύγιος λόγος* tribuitur Democrito a La„ertio (§. 49.). Damascius de Rheae Physiologia „laudat *Φρυγίους λόγους*· credidi Orpheum scri„psisse; vide apud Suidam ejus *Θρονισμούς* et „*Κορυβαντικά*. pertinet enim ad Phrygum *μυθο*„*ποιίαν*, cujus auctorem Orpheum facit Proclus.“ Hoc aperte falsum est, neque vera videtur de Democrito conjectura. Hujus enim *λόγοι Βαβυλώνιοι* ethici fuisse dicuntur; *Φρύγιος* autem et *Χαλδαϊκὸς λόγος* quo de argumento fuerint, neque proditum legimus neque ex nudo nomine colligi potest, quod saepe patriam auctoris denotat, ut *λόγοι Κύπριοι* etc. saepe etiam locum ubi res gesta fingitur [c]. Non minus obscura est Thymoetae Phrygis *ποίησις Φρυγία*, sive dei sive poetae patriam [d] hoc nomen libri indicat, quo

[c] Narratio de Lamia Libyssa vocatur *Λιβυκὸς μῦθος* Dio Chr. Or. V. 188. quod H. Grauertus in Dissert. de Aesopo p. 81. minus recte ad Libysticas, quae dicuntur, fabulas refert cf. Wesseling. ad Diod. XX. 40. de serpentibus Phrygiae *Φρύγιοι λόγοι* Aelian. H. An. II. 21. de Mida item *λόγος Φρύγιος* XII. 45. et Gregor. Naz. Or. XX. 331 C. de capite Orphei in insula Lesbo invento *μῦθος Λέσβιος* Lucian. adv. Indoct. §. 11. p. 13. T. 8. de Priapo Lampsaceno *λόγος Βιθυνός* Id. de Saltat. §. 21. p. 135. T. 5. quae Homerus de Sarpedone narrat *λόγοι Λύκιοι* Philostr. V. Apoll. VII. 7. 352.

[d] *Ἡ Θεσπρωτὶς ποίησις* Paus. VIII. 12. de rebus Thesproticis

ille Orphei aequalis omnia, quae a Nysaeensibus Aethiopiae de Bacchi rebus gestis acceperat, exposuit ἀρχαϊκῶς τῇ τε διαλέκτῳ καὶ τοῖς γράμμασι χρησάμενος Diod. III. 66. Eademque difficultate implicata sunt caetera hujus nominis exempla: Γράμματα Φρύγια, unde Plutarchus de Is. c. 29. p. 140. T. IX. sententiam singularem de Typhone affert; ὁ τοὺς Φρυγίους λόγους γράψας in Schol. Apoll. I. 558. qui Thetidem Chironis filiam fuisse dixit, proxime afuit ab Euhemeri ratione, quam etiam Diagorae placuisse e Tatiani Or. p. 96. (p. 164. A.) colligi posse videtur: Τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγοις ἐντυγχάνοντες ἡμᾶς μεμισήκατε, Λέοντος κεκτημένοι τὰ ὑπομνήματα τοὺς ὑφ' ἡμῶν ἐλέγχους δυσχεραίνετε, et ex Arnob. IV. 29. **Possumus omnes istos, quos introducitis atque appellatis deos, homines fuisse demonstrare vel Euhemero replicato vel Pellaeo Leonte vel Cyrenensi Theodoro vel Hippone ac Diagora Meliis**[e], quibus utrisque locis inter se collatis intelligere mihi videor, Diagoram in Sermonibus

nec a Telegonia Eugammonis diversa fuisse videtur, qui quum Musaei librum περὶ Θεσπρωτῶν compilasse dicatur (v. Passow. ad Mus. p. 56.) suspicio oritur, eum quae ad antiquiorem Thesprotiae historiam pertinerent, a Musaeo sumsisse, hisque attexuisse res gestas Ulixis et filiorum.

[e] Theodorus et Hippo minus huc conveniunt, sed Diagoram populares religiones impugnasse indubium est, etsi auctores discrepant. Athenagoras Leg. IV. 282. Διαγόρᾳ εἰκότως ἀθεότητα ἐπεκάλουν Ἀθηναῖοι οὐ μόνον τὸν Ὀρφέως εἰς μέσον τιθέντι λόγον ἀλλὰ καὶ τὰ Καβείρων δημεύοντι μυστήρια· cui si fides habenda, intelligi potest, cur Φρύγιοι λόγοι inscriptus fuerit liber, quo dii Orphici, Cybele et Bacchus, traducerentur. Quod Lysias dicit Diagoran περὶ τὰ ἀλλότρια ἱερὰ καὶ ἑορτὰς σέβειν, nonnihil momenti faceret, si patria ejus constaret.

Phrygiis res gestas deorum sic, ut postea fecit Euhemerus, ad historiam revocasse; eumque esse τὸν τοὺς Φρυγίους λόγους γράψαντα in Schol. Apoll. Id certe mihi credibilius, quam quod Fabricio in mentem venit T. I. 626. Diagoram apologos Aesopios scripsisse ab inventoris nomine Λόγους Φρυγίους dictos v. Wernsdorf. ad Himer. Or. XX. 718. Sed revisamus ad Orpheum.

XV. Θυηπολικόν Fabricius conjectat ad illos Orphei libros pertinere, quibus Plato circulatores in sacris administrandis uti narrat.

XVI. Ἱεροὺς λόγους Suidas Theogneto tribuit, Clemens Cercopi τὸν ἱερὸν λόγον, quorum oblitus Zoega nomen ipsum ἱερὸς λόγος, quo Plato quoque usus, Alexandrino demum aevo in usum venisse credidit in Commentat. a Welckero editis p. 213. Hujus carminis quanta fuerit in Ecclesia vetere existimatio, infra ostendetur.

XVII. et XVIII. Ἱεροστολικά et Καταζωστικόν, quae Suidas recenset, ad unum eundemque locum de vestitu sacro sive initiatorum sive simulacrorum divinorum pertinere videntur, in quo quantum studii posuerint veteres, indicio sunt Stolistae seu Hierostolistae, qui a Plutarcho vocantur Ἱερόστολοι de Is. c. III. 104. unde nomen ἱεροστολικά derivari commode potest[f]. Καταζω-

[f] Verbum στολίζειν legitur in Inscr. Boeckh. Cl. I. N. 481. cetera exempla ad Aegyptiorum sacra pertinent. v. Drumann. ad Inscr. Rosett. p. 106. et horum quoque templa Plutarchus c. XX. dicit κρυπτὰ καὶ σκότια γῆς στολιστήρια Θηβαίοις ἐοικότα καὶ σηκοῖς, ubi Jacobsius in Comment. Acad. Monac. ann. 1809. p. 26. σπηλαίοις ἐοικότα emendat, quod Squirius praecepit, alii θήκαις vel Θίβαις, quin etiam vocem στολιστήρια suspectant, quae si sana est, locum

στικόν fortasse a cinguli sacri traditione nomen habet, quo recens initiati tum in Samothraciis mysteriis tum in aliis ornari solebant. Schol. Apoll. I. 917. περὶ τὴν κοιλίαν οἱ μεμυημένοι ταινίας ἅπτουσι πορφυρᾶς. Verbum Bacchicarum religionum proprium νεβρίζειν nonnulli sic interpretantur, ὡς τοῦ τελοῦντος τοὺς τελουμένους τούτῳ καταζωννύντος Phot. Lex. s. v. His autem cingulis praecipuus erat inter proebia et amuleta locus. Philostratus V. Ap. VII. 39. 318. οἱ γόητες κεστὸν αὐτοῖς φέρειν δώσουσι καὶ λίθους τοὺς μὲν ἐκ τῶν τῆς γῆς ἀποῤῥήτων, τοὺς δὲ ἐκ σελήνης τε καὶ ἀστέρων, ubi Olearius adnotat cestum medicatum a Martiali dici. Festus: **Proebia Verrius ait vocari ea remedia, quae Caja uxor Tarquinii Prisci invenisse existimatur et immiscuisse zonae suae qua praecincta statua ejus est — ex qua zona periclitantes ramenta sumunt.** Tertullianus de Anim. c. 39. **ita omnes idololatria obstetrice nascuntur dum ipsi adhuc uteri infulis apud idola confectis redimiti genimina sua daemoniorum candi-**

significare videtur, ubi sacra vasa et signa asservabantur, ut in Graecorum πομπείοις et κοσμητηρίοις Paus. II. 7. si emendatione opus, τελεστήρια praestat. Haud clarior est Synesii locus p. 73. quem Sturzius Dial. Al. p. 103. Zoega Obelisc. p. 512. aliique adhibent: ὑποδύντες (οἱ προφῆται) εἰς τοὺς ἱεροὺς χηραμούς, ἅττ' ἂν ἀπεργάσωνται, περιστέλλουσι, καὶ ἔστιν αὐτοῖς κωμαστήρια τὰ κιβώτια κρύπτοντα, φασί, ταύτας τὰς σφαίρας, ἃς ὁ δῆμος ἐὰν ἴδῃ, χαλεπανεῖ. Wesselingius ad Diod. III. 5. πωμαστήρια corrigit, ταύτας τὰς φαλάκρας Mer. Casaubonus ap. Selden. Opp. T. III. 251. inepte sine dubio, quanquam Sphaerae illae quid sibi velint, nemo explicat. Fortasse pro κωμαστήρια scribendum καὶ μυστήρια, habent quoque illi secreta sua scil. τὰ κιβώτια etc.

data profitentur. paremque vim ad juvandas puerperas Pontificii zonas benedictas habere credunt. Indidem profectae variae Orientalium superstitiones v. Ikenii Dissert. Philol. Theol. p. 184., et liber magicus Cingulum Salomonis seu vinculum spirituum inscriptus. v. Geschichte der Talismanischen Kunst. a. 1792. p. 72.

XIX. *Κατάβασις ἐς ᾅδου*· Prodico adscripta, qui si est ille quem suspicamur, eoque carmine non Bacchi aut Herculis descensum enarravit sed Orphei ipsius, quum pallida regna Bistonius vates flammisque Acheronta sonantem placavit (Silius XI. 473.) sequitur hanc fabulam, quam Clavierius ad Apollod. T. II. p. 32. ab Hermesianacte inventam putat, non solum hujus aetatem excedere sed etiam Platone Symp. p. 179. D. et Euripide Alc. 557. antiquiorem esse, ante quos Zoega Bassirel. p. 198. nullum ejus vestigium reperiri censebat. Servius ad Georg. IV. 317. Orpheus quaerens uxoris Eurydices mortem ad inferos descendisse existimatur, et ad v. 493. affert Lucani versum ex ejus Orpheo: Gaudent a luce relictam Eurydicen iterum sperantes Orphea Manes[s]. Ex carmine ipso nihil restat, nisi forte illud quod Plutarchus in celebri Epimythio

[s] Pro Agriope, quomodo Hermesianax Athen. XIII. 597. B. vocat, Zoega l. c. Argiope ut mitius nomen substitui malebat. Argiope Philammonis uxor dicitur Apollodoto, Arsinoe Suid. s. *Θάμυρις*, Schol. ad Il. II. 49. Eudoc. p. 22. Sequentes Hermesianactis versus varie corrigunt Jacobsius Emm. p. 322. Doederlein. Symbol. Philol. p. 248. et Vossius ad H. in Cer. p. 180.

de S. N. V. c. 5. 273. tanquam ab Orpheo dictum, huc repetere libet: ἔλεγεν ὁ ψυχοπομπὸς ἄχρι τούτου τὸν Ὀρφέα προελθεῖν ὅτε τὴν ψυχὴν τῆς γυναικὸς μετήει καὶ μὴ καλῶς διαμνημονεύσαντα λόγον εἰς ἀνθρώπους κίβδηλον ἐξενεγκεῖν, ὡς κοινὸν εἴη μαντεῖον ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος καὶ Νυκτός. Nam quod Rosselius in Comm. in Poemandr. L. IV. 10. p. 367. affert: Quidam afferunt sub terra esse inferorum loca atque suppliciorum; hos imitari videtur Orpheus, quum descensum ad inferos describit, dubito an ex antiquis hauserit fontibus.

XX. Κλίσεις κοσμικαίνας καὶ Νεωτευκτικά Suidas praetermisso auctoris nomine. Kuesterus κλίματα κοσμικά emendat. Sed hoc ipsum nomen varie accipitur; nam et quatuor mundi plagae sic dicuntur Isidor. Origg. L. III. p. 19. Martian. Cap. I. p. 26. et totidem terrae partes: τέσσαρα κλίματα κόσμου, Εὐρώπη, Ἀσία, Λιβύη, Μέση Schol. Hes. Theog. v. 378. Deinde Astrologi terram in septem climata distribuunt, quorum suus cuique κλιματάρχης praeest Bardesan. de Fat. c. VIII. Hermes Stob. I. 52. 992. Procl. in Crat. p. 28. Caesar. Dial. II. 613. E. T. XI. Bign. cf. Scalig. ad Manil. p. 344. et eodem nomine duodecim segmenta appellant, quae singula singulis signis subjecta sunt Theodor. Phot. CCXXIII. 346. De his igitur climatibus et quae cujusque in gignendis corporum et animorum naturis diversitas (v. Vitruv. VI. 2. 12. Isidor. l. c.), a poeta quodam

Orphico expositum esse nemo credere recusaret, si vel solus Suidas testaretur; sed *κλίσεις κοσμικαί* pro *κλίματα κόσμου* dici, etsi Romani inclinationes vocant, nobis quidem ignotum, eoque probabilior Eschenbachii conjectura p. 199. *κτίσις κόσμου* (*καὶ Νεωτευκτικά*). Orphei *Κοσμογονίαν* memorat Const. Lascaris ejusque argumentum verbis Euripideis exponit Tzetzes Exeg. p. 41. *Νεωτευκτικά* sive potius *Ναοτευκτικά* Fabricius putat praecepta de templis et delubris constituendis et rite dedicandis tradidisse; quam partem doctrinae theologicae neque Vitruvius neglexit et accuratius fortasse tractavit Philo vel Theodorus *ἐν τῇ τοῦ νεὼ ποιήσει* Poll. X. 188. imprimisque poetae mystici, qui omnem sacrorum apparatum in *Ἱεροστολιστικοῖς* suis et *Καταζωστικοῖς* exposuerunt.

XXI. *Κορυβαντικὸν καὶ Φυσικά, ἃ Βροντίνου φασί*, Suidas ait, qui in hoc et praecedente articulo veterum et novitiorum auctorum libros nulla ratione compingere videtur. Corybantica, si ex nomine conjecturam facere licet, cum *Θρονισμοῖς*, *Βακχικοῖς* et *Τελεταῖς* maximam similitudinem habent, cum Physicis, quorum argumentum infra explicabitur, nullam.

XXII. *Κρατήρ*, numero singulari, Clemens; *Κρατῆρες* Suidas. Servius ad Aen. VI. 667. Musaeus theologus fuit post Orpheum et sunt variae de eo opiniones; nam eum alii Lini filium, alii Orphei volunt, cujus eum constat fuisse discipulum; nam

ad ipsum primum carmen scripsit, quod appellatur Crater. Vir praeclarus, qui hoc testimonio permotus Craterem Musaei carminibus adscripsit p. 51. concedet mihi, Orpheo potius vindicandum videri. Verba controversa nam ad ipsum primum carmen scripsit, sic interpretor, in quibusdam carminum Orphicorum editionibus Craterem Musaeo inscriptum primum obtinuisse locum. Eodem nomine gaudet unus Hermeticorum librorum, *Κρατήρ* dictus a poculo, quod deus animabus, ut rerum intelligentiam imbibant, propinari jubet. Proculus in Tim. V. 316. de Cratere disserens, in quo anima mundi temperatur, addit: *καὶ ἄλλοι παραδέδονται κρατῆρες ὑπό τε Ὀρφέως καὶ Πλάτωνος. Πλάτων ἐν Φιλήβῳ τὸν μὲν Ἡφαίστειον κρατῆρα παραδίδωσι — καὶ Ὀρφεὺς οἶδε μὲν καὶ τὸν τοῦ Διονύσου κρατῆρα, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἱδρύει περὶ τὴν ἡλιακὴν τράπεζαν,* quae sine dubio ad quendam Theogoniae locum spectant. Sed in nostro carmine cocetum quoddam symbolicae interpretationis propositum esse, manifestum faciunt versus residui v. P. II. c. 13.

XXIII. *Λιθικά* seu *Λιθιακά* ab utroque Tzetza, Matthaeo Camariota[h] et Lascari Orpheo tribuuntur, cujus nullum cernitur in toto carmine vestigium, aetasque ipsa refragatur[hh]. Eadem

[h] Compend. Rhet. p. 26. ed. Scheffer. ubi de Mercurii antro Lith. v. 18. loquitur. Auctorem libri incertum esse constat.

[hh] Post Tyrwhitti disputationem mireris Muenterum haec scribentem in Commentatt. Antiq. p. 285. „Wie alt das Buch de Lapi„dibus sey, lässt sich wohl nicht ausmachen, indessen muss man ihm

jam a Proculo lecta esse affirmat Gesnerus, negat Tyrwhittus Not. II. ad Argum. sed non firmissime, quippe soli indici Fabriciano, ut ipse fatetur, confisus; equidem saepius lectis Proculi commentariis pro certo nunciare possum, nullum unquam Lithicorum locum ab eo allegatum esse. Diversum ab his carmen est, cujus Suidas alieno, ut videtur, loco mentionem fecit: *Τελετὰς Ὀνομακρίτου φασίν· ἐν τούτοις δ' ἐστὶ περὶ λίθων γλυφῆς·* cujusmodi scriptio tam ab Onomacriti aetate, lapidum pretiosorum et sculptorum inope (cf. Eichhorn De gemm. scalpt. Hebr. p. 18. T. II. Comm. Goett. Recent.) quam a teletarum argumento abhorret. Annulorum magicorum sive, ut veteres vocabant, physicorum [i] usus quam antiquus sit apparet ex iis quae Plato, Eupolis et alii aequalium de Gyge, Execesto, Phertato et Eudamo memoriae prodiderunt [ii]. Sed Onomacritum artem illam annulos characteribus magicis inscribendi professum esse, minime credibile videtur. Nostra igitur sententia haec est, aut verba ista: *ἐν τούτοις — γλυφῆς* ad alium locum et ad

„doch ein ziemlich hohes Alter beilegen; es ist zwar ohne „Zweifel eine Geburth späterer Orphiker, enthält aber wahr„scheinlich Bruchstücke aus ihren Liturgien, und es ist zu vermu„then, dass der Gebrauch, den sie von dergleichen zu ihren Ora„keln (?) machten, uralt gewesen." Apparet virum celeberrimum carmen hoc, de quo tam multa verba facit, ne legisse quidem.

[i] Schol. Arist. Plut. v. 884.

[ii] v. Kirchmann. de Annul. c. XXI. 244. sq. Interpr. ad Ammian. Marc. XXIX. 1. 31. De lapidibus et sigillis magicis superstitiose disputat M. Ficinus de Vita coelitus comparanda c. XIII. sq. aliquotiens Proculum in testimonium advocans, cujus libri typis expressi nihil harum rerum continent, praeter pauca in Parm. L. IV. p. 118. sq.

aliud carmen (Hierostolica fortasse) pertinere, eoque spectare etiam pronomen *τούτοις*, quod femimino generi *Τελεταί* minus convenit, quanquam excusari potest; aut duo fuisse poemata communi *Τελετῶν* nomine, unum Onomacriti, ab antiquo Grammatico commemoratum, alterum, recentioris auctoris, de lapidum sculpturis, a Suida perperam confusa. De postremo si quid inaudiverunt Tzetzae, hoc facilius in eum errorem induci potuerunt, ut Lithica cum Argonauticis eodem volumine comprehensa, Orpheo tribuerent.

XXIV. *Μυθοποιΐα* non, ut Suidas tradit, unius certi carminis nomen proprium sed commune omnium fuit, quae quidem ad Theologiam pertinerent, temperamentum. Caesarius Dial. II. p. 618. Bibl. Patr. Bign. T. XI. P. II. *εἴ τις ἀκούειν βούλεται τοὺς ἐκείνων λήρους, πυθέσθω Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδου τῶν συγγραφέων τῆς ἐκείνων μυθοποιΐας.* Julianus Or. VII. 215. *φαίνονται πολλοὶ καὶ τῶν φιλοσόφων αὐτὴν (τὴν μυθογραφίαν) καὶ τῶν θεολόγων ποιήσαντες, ὥσπερ Ὀρφεὺς μὲν ὁ παλαιότατος, ἐνθέως φιλοσοφήσας, ὀλίγοι δὲ τῶν μετ' ἐκεῖνον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν καὶ Ἀντισθένης καὶ Πλάτων·* significans epimythia Platonica, Xenophontis Herculem Prodicium, Antisthenis commentationes Homericas. Atque ejusmodi testimoniis sinistre acceptis Suidas eo, quem notavimus, errore implicatus esse videtur.

XXV. *Νεωτευκτικά* v. N. XX.

XXVI. *Ὀνομαστικῶν* liber a Suida nominatus solo, nomina deorum eorumque interpretatio-

nes, quales illae sunt in Cratere propositae complexus videtur. Numerus versuum hoc uno loco adscriptus majoris ambitus carmen significat, quam quod pro particula alius operis haberi possit. Neque intelligo, cur Hemsterhusius Praef. in Poll. p. XXXIV. versus Orphicos, quos Macrobius Sat. I. 18. producit, ex Onomasticis sumtos putet; nos secundum argumenti rationem Hierostolicis subscripsimus.

XXVII. *Ὅρκοι Ὀρφικοί* qui dicuntur, paucis versibus constant, quos Justinus ex ignoto carmine excerpsit v. C. XIV. P. II.

XXVIII. *Πέπλος καὶ Δίκτυον* Suidas vel Zopyro vel Brontino adscribi refert, Clemens vero Peplum et Physica junctim Brontino adsignat. Prius carmen utrum pars Hierostolicôn an Aristotelis Peplo similius fuerit an vero Cosmogoniae quandam imaginem reddiderit, dijudicare prope temeritatis videtur; tam varius est et tam multiplex hujus nominis usus. Eustathius p. 1213. 3. *πέπλον ῥητορείας ἐξαρτύει ὁ ποιητὴς ὁποῖόν τινα καὶ πρὸ τούτων ἐξύφανε* [k]. Alii coelum pro-

[k] Multiplicem Hymnorum Orphicorum interpolationem prodit etiam ille versus qui hymno LVIII. adscriptus est: *Μοιράων τέλος ἔλλαβ' ἀοιδὴ* (vel *ἦλθεν ἀοιδῆς*) *ἣν ὕφαν' Ὀρφεύς*, quem ab imperito librario excusum esse arguit aoristus *ὕφανον*. Similiter scriba codicis Herodoti Archiepiscopalis in fine operis poetico quodam furore correptus hunc adscripsit versiculum: *Ἡροδότοιο βίβλος κλεινοῖο πέρας λάβεν ὧδι*. neque incelebre est Aproniani Asterii epigramma de Virgilii codice a se correcto Bucolicis adjectum Anthol. Lat. II. Ep. 187. Verbi *ὑφαίνειν* usus de scriptura non infrequens; *ὕμνον ἀοιδῆς ὑφαίνειν* Nonn. XIX. 98. *εἰς ὃν ἐξύφανε ψόγον δι' ἐμμελοῦς τινος ποιήματος* Suid. s. *Τιμοκρέων*. Cyrill. c. Jul. VII. 225. B. *ἐξυφαίνειν βιβλίον*. Aristid. Rhet. II. 515. *ὡς ὕφος ἐστὶ τὸ σύγγραμμα*. Hermog. de Invent. III. 62. *ἵνα κατὰ τὸ ὕφος ἓν ὁ λόγος γένηται* Nicomach. Arithm. I. 29. ed. Wechel. *ἐν τῷ τοῦ διαγράμματος ὕφει*. unde ap.

pter varias stellarum picturas vel universum mundum peplo assimilant, velut Eusebius de Laud. Const. VI. 728. *τὸν σύμπαντα οὐρανὸν, οἷον μέγαν πέπλον παντοίοις γραφῆς κάλλεσιν ἐστεφάνωσε.* Philo de Somn. I. p. 92. Vol. V. Pfeiff. *τὸ παμποίκιλον ὕφασμα, τουτονὶ τὸν κόσμον.* Porphyrius de A. N. c. XIV. *τῶν παλαιῶν τὸν οὐρανὸν εἰρηκότων οἷον θεῶν οὐρανίων περίβλημα,* quod Hesselius ad Ennium p. 201. ex antiqua Orphei Theologia sumtum opinatur, deceptus Platonicorum argutiis. Sed Orpheus ipse in Hymnis XIX. 12. hac metaphora usus: *διαῤῥήξας δὲ χιτῶνα οὐράνιον προκάλυμμα.* et Pherecydes deum induxit mundi quasi *προκέντημα* in panno delineantem, si modo recte interpretor verba obscurissima Fragm. p. 41. *Ζὰς ποιέει φᾶρος μέγα τε καὶ καλὸν καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γᾶν τε καὶ Ὠγῆνον καὶ Ὠγήνου δώματα.* Neander (Entwickelung der Gnost. Systeme p. 65.) *φᾶρος* coelum esse interpretatur, quod Euripides Sisyph. I. 34. *χρόνου καλὸν ποίκιλμα* vocat, illam autem *ὑπόπτερον δρῦν* naturam.

Ad Dictyon quod attinet, Eschenbachius p. 51. suspicatur hoc carmine rete illud cosmogonicum celebratum esse, quo Vulcanus Martem et Venerem, id est, Demiurgus naturae contrarietates colligavit, quod facile crederem, si non Bron-

Apsinem Art. Rhet. p. 713. *τοῖς ἀρχαίοις καὶ ξένοις τῶν ὀνομάτων καταμιαίνειν τὸ σῶμα τῆς λέξεως καὶ τὴν ἀφὴν* legendum est *ὑφήν.* Sic *τὸ σῶμα τῆς ἱστορίας καταμιαίνεται τούτοις* Anna Alex. VI. 182. B. et *τὸ ὕφος τῆς ἱστορίας καταμιαίνειν* X. 289. D. Hinc textum dicimus, quod Graeci *ὕφος.* v. Du Cang. Gloss. p. 1651. Sed *φαίνειν ἀοιδὴν* Hom. Od. VIII. 499. Theocr. IX. 28.

tinus, sed Jamblichus aliquis aut Proculus aliquis carminis auctor proderetur. Multo praestat Fabricii conjectura huc referentis Aristotelis locum de Gener. Anim. II. 1. 613. C. *ἣ γὰρ πάντα γίνεται τὰ μόρια ἢ ἐφεξῆς, ὥςπερ ἐν τοῖς καλουμένοις Ὀρφικοῖς ἔπεσιν· ἐκεῖ γὰρ ὁμοίως φησὶ γίγνεσθαι τὸ ζῶον τῇ τοῦ δικτύου πλοκῇ.* Dionysii Aegeensis liber *Δικτυακά* inscriptus Phot. CLXXXV. p. 216. fuit de generatione hominum[kk]. Plato ipse Tim. p. 1079. F. de venarum, arteriarum, nervorum contextu loquens, *ὃ δὴ προςεικάζομεν τῷ τοῦ κύρτου πλέγματι·* et M. Antoninus II. 2. hanc artificiosam structuram *κροκύφαντον* et *πλεγμάτιον* vocat. Nilus Phot. CCLXXVI. 838. fetum in utero fingi ait ut picturam in textili, *τὸ αἷμα οἷον σινδών τις ὑπόκειται τῇ μορφῇ·* quam similitudinem subtiliter exsequuntur Nymphaei Ithacensis et telae Nympharum enarratores symbolici. Porphyrius de A. N. XIV. 14. et Johannes Protospatharius ad Hes. Opp. v. 777. *τὴν φύσιν Ὅμηρος γυναῖκα λέγει, ἱστὸν μὲν ὑφαίνουσαν ἁλιπορφύροις νήμασι, τὰ ἡμέτερα σώματα τοῖς αἵμασι τοῖς ἐρυθροῖς, ἐπὶ ἐργαλείων δὲ μαρμαρίνων τῶν ὀστῶν* etc. Hippolytus de Antichr. III. 6. Fabr. *στήμων, κρόκη, ἡ σὰρξ ἐνυ-*

[kk] Aliud argumentum fuit libri, de quo Eustathius p. 1196. 46. *ζηλοῦσι τὸ δίγλωσσον μάλιστα οἱ διαλεκτικοὶ, ὡς καὶ Ζήνων καὶ οἱ ἐφεκτικοὶ καὶ ὁ τὰ Δικτυακὰ μελετήσας, ὧν σκοπὸς τὰ ἀντικείμενα κατασκευάζειν, οἷον λουστέον τὸν πυρέττοντα διὰ τὰ καὶ τά, καὶ πάλιν μὴ λουστέον διὰ τὰ καὶ τά.* Talis liber Gobari a Photio lectus CCXXII. 470. in quo dicta Patrum contrariis resolvuntur; Fabricius Bibl. T. X. 731. falso titulum sic interpretatur, quasi ille voluerit lectores irretire contrariis rationibus.

φαινομένη πνεύματι, μίτος etc. cf. Nicomach. Harm. L. I. p. 104. sq.

XXIX. *Περὶ σεισμῶν* quod inscribitur carmen tum ab aliis tum in Anall. T. III. 1. editum, in plerisque Codd. Hermeti tribuitur, in nonnullis Orpheo, ambigua inter utrumque conjectura, quia nullum extat auctoris indicium praeter quod in exordio filium vel discipulum alloquitur: *Φράζεο δὴ καὶ τόνδε λόγον, τέκος* — Cujusmodi compellatione inter antiquos rerum divinarum explicatores duo tantum usi sunt, Hermes et Orpheus [*]. Sed quum ille nunquam versus fecerit, Orphei autem carmina pleraque Musaeo dedicata sint, huic potissimum vindicandum est hoc tenue poemation [1].

XXX. *Σφαῖρα.* Eustathius p. 1163. *Λίνος εἶδος ᾠδῆς — ἀπὸ Λίνου ἥρωος· φασὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ ποιημάτιόν τι ἐπὶ τῷ Λίνῳ εἶναι, ὃ σφαῖρα μὲν καλεῖται, εἰς Ὀρφέα δὲ ἀναφέρεται.* Schol. Ven. XVIII. 570. *ἡ καλουμένη σφαῖρα ποίημα μέν ἐστιν εἰς τὸν Λίνον, ἀναφέρεται δ' εἰς Ὀρφέα.* Schol. Hephaest. de Metr. p. 54. enumerat carmina figurata *Πέλεκυς, Θρόνος* et *Σφαῖρα,* quo nomine Orphicum illud carmen indicari putat Salmasius ad Theocr. Fist. p. 219. et hunc tacite sequutus Licetus ad Syringem Porphyrii c. III. Hinc conjicere licet, *σφαιρηδόν* fuisse scriptum.

[*] Linus Gnom. p. 128. Brunck. *Φράζεο δὴ σπουδὴν ἐντυνάμενος δι' ἀκουῆς.* Ignotus poeta in Amphiarai *Ὑποθήκαις* Athen. VII. 317. A. *Πουλύποδός μοι, τέκνον, ἔχειν νόον.*

[1] Brunckius ad Anall. l. c. „Orpheo adscribendum esse „monstrat Fabricius in Bibl. T. I. p. 159.“ Hoc omnino non monstrat Fabricius.

Diversum huic fuit, ut opinor, Musaei *Σφαῖρα*, carmen astronomicum. v. Passow de Mus. p. 46. licet aliter accipiat Bakius ad Posidon. p. 34. Ex alio genere technopaegniorum est Homeri epigramma in Midam, cui in Cod. Vatic. nomen *Κύκλος* adscriptum, quo Philoponus quoque utitur in I. Anal. Post. p. 34. b. Hujus enim singuli versus ita conformati sunt, ut quocunque collocentur ordine, sententia eadem existat, sicut in his, quae *Τρίγωνα* vocant. v. Eustath. p. 397. 20.

XXXI. *Σωτήρια* Timoclis aut Pergini, quorum praeter nomen nihil restat, neque argumentum ex inscriptione patescit. Hesychius *Σωτήρια* interpretatur *σῶστρα*, quo utroque nomine donaria et sacrificia dicuntur; *θύειν σωτήρια* Diodor. XVII. 100. *θύειν σῶστρα* Pallad. Epigr. CXXXIX. p. 143. T. III. Achill. Tat. I. *χαριστήρια καὶ ζωάγρια ἀπέθυσεν* Aelian. H. An. XI. 31. *σῶστρα καὶ χαριστήρια* Inscript. Spon. Miscell. p. 132. cf. Spanhem. Ep. ad Morell. p. 464. Schleusner. Nov. Thes. T. V. 255.[11] Apud Romanos Soteria vocantur carmina gratulatoria, vota et sacrificia pro recuperata salute, extatque eo nomine inscriptum Statii carmen, quod cum hoc Orphico componit J. C. Scaliger in Poet. III. c. 103. Quaeritur an non similius fuerit Empedoclis *Καθαρμοῖς*, neque tam corporum quam animorum medicinam

[11] Clemens Recogn. IX. 38. 312. effugato daemone procedit ad pedes Petri dicens, rectum est, mi domine, ut agas hodie salutaria mea i. e. *σωτήρια ἄγῃς*. Dii Soteres plures sed solius Jovis Conservatoris solemnia *Σωτήρια* Plut. V. Arat. c. 53. Polyb. IV. 49.

et remedia, quibus a vitiis consanescant, tradiderit carminis auctor.

XXXII. *Τελεταί· ταύτας Ὀνομακρίτου φασί* Suid. Jam supra attigimus Pausaniae locum VIII. 37. *παρὰ Ὁμήρου Ὀνομάκριτος παραλαβὼν τῶν Τιτάνων τὸ ὄνομα Διονύσῳ τε συνέθηκεν ὄργια καὶ εἶναι αὐτοὺς τῷ Διονύσῳ τῶν παθημάτων αὐτουργούς·* unde colligi potest, carmen hoc *Τελεταί* inscriptum fuisse idemque a Suida significari, licet Pausanias de Orpheo nullum verbum dicat. Sed gravior illa difficultas, quod fabula, quam hic ab Onomacrito confictam tradit, copiosissime enarratur in Theogonia Orphica, hujus autem non Onomacritus, sed Cercops aut Theognetus auctor perhibetur; de quo dicemus, ubi ad hanc destinati operis partem perventum erit.

XXXIII. *Τριαγμοί.* Suidas satis abscisse *Ὀρφεὺς ἔγραψε τριασμούς· λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ· ἐν δὲ τούτοις τὰ Ἱεροστολικὰ καλούμενα·* quae omnia ex errore Grammatistae conflata videntur. Criticus a Clemente adhibitus: *Ἴων ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ.* Harpocratio: *Ἴων — ἔγραψε καὶ φιλόσοφόν τι σύγγραμμα, τὸν Τριαγμὸν ἐπιγραφόμενον, ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγεσθαί φησιν ὡς Ἐπιγένους* [*]. *Ἐν ἐνίοις δὲ πληθυντικῶς ἐπιγράφεται Τριαγμοί, καθὰ Δημήτριος ὁ Σκήψιος καὶ Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς* [†]. *Ανα-*

[*] Tantum Bentlejus inter fragmenta tertii Pinacis retulit p. 221. ed. Blomf.

[†] Hic fortasse in libro *τῶν κατεψευσμένων* commenticiam Or-

γράφουσι[m] δὲ ἐν αὐτῷ τάδε. Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου, πάντα τρία καὶ πλέον ἔλασσον τοῦδε ἐλάσσων τούτων τριῶν ἑνὸς ἑκάστου ἀρετὴ τριάς, σύνεσις καὶ κράτος καὶ τύχη· quae hoc modo constituenda videntur: Ἀρχὴ ἥδε μοι τοῦ λόγου[n] πάντα τρία καὶ πλέον οὐδὲν οὐδὲ ἔλασσον· τούτων τῶν τριῶν ἑνὸς ἑκάστου, quanquam postremae partis plures proponi possunt emendationes[o]. Ad argumentum libri quod attinet, Reinesius Varr. Lectt. I. 22. p. 93. Ionis Triagmi, inquit, quantum e laciniis apparet, fuerunt de numero ternario. Hinc excerpta videntur, quae Philoponus ad Arist. de Gener. et Int. II. p. 46. b. Ionem de ternis ele-

Orphei historiam confutavit. cf. Bentley Opusc. p. 71. Reiske Notitt. Poet. Anthol. p. 194.

[m] Notum est, veteres Criticos in notitiis literariis prima cujusque libri verba exsignare solitos esse. v. Jonsius Script. Phil. II. 5. p. 162. Ἀναγράφουσιν ἐν αὐτῷ τάδε brevius dictum quam pro nostra consuetudine sed citra mendi suspicionem, quam movet Bernhardy ad Eratosth. p. 252.

[n] Familiare hoc veteribus exordium v. C. XI. §. 2. P. II.

[o] Valesius ad Harp. p. 98. postrema sic emendat: πλέον ἢ ἔλασσον τοῦ τῶν τριῶν ἑνός. Ἑκάστου — incertum qua sententia. Bentlejus Ep. ad Mill. p. 509. Lips. ἀρχὴ δέ μοι — τρία καὶ οὔτε πλέον οὔτε ἔλασσον τούτων τριῶν. Ἑνὸς ἑκάστου etc. Nicomachus Arith. Theol. V. 30. p. 28. Ast. πεντὰς ἐστιν ἄλλο μήτε πλέον μήτε ἔλασσον ἔχουσα. Hac occasione data addam, id quod a Latinis dicitur plus minus, a Graecis eadem brevitate non dici sed πλέον καὶ ἔλαττον Herodo. II. p. 19. πλέον ἢ ἔλαττον Quintil. de Mus. II. p. 91. μᾶλλον ἢ ἔλαττον Lucian. Abdic. XXVII. 31. T. V. et pro plus plusque usitatissimum quidem esse ἀεὶ μᾶλλον nec rarum ἀεὶ καὶ μᾶλλον Hippocr. de Acut. Vict. III. 82. C. Diod. V. 9. Galen. de Us. part. I. 18. 305. A. T. IV. Joseph. Antiq. VII. 3. 370. Strab. I. 81. III. 383. ἀεὶ καὶ πλέον Heliod. VIII. 6. 321. sed et μᾶλλον μᾶλλον dici. v. Meinek. ad Men. p. 286. πλέον πλέον Arist. Nub. 1289. μεῖζον μεῖζον Anecd. Bekk. 108. μεῖζον καὶ μεῖζον Sext. c. Ph. I. 658. μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον Diog. La. IX. 59. 579. ἔλαττον ἀεὶ καὶ ἔλαττον Theologg. Arithm. p. 30. καὶ ἔτι καὶ μᾶλλον Aelian. H. An. XVI. 24. ἔτι καὶ ἔτι ἀεί Theologg. p. 31.

mentis doctrinae refert: *Πῦρ μὲν καὶ γῆν ὁ Παρμενίδης ὑπέθετο· ταῦτα δὲ μετὰ τοῦ ἀέρος Ἴων ὁ Χῖος ὁ τραγῳδοποιός·* quae terna elementa Plutarchus ad fabulae Aegyptiacae interpretationem ex aqua produxit: *ἡ ὑγρὰ φύσις ἀρχὴ καὶ γένεσις οὖσα πάντων ἐξ ἀρχῆς τὰ πρῶτα τρία σώματα γῆν, ἀέρα καὶ πῦρ ἐποίησεν* de Is. 36, 151. dissentiens ab Heraclito ipso, qui ex materia aquam et ignem, ex utroque terram, ex tribus hisce aërem ortum dicit Stob. Ecl. I. 42. p. 742. Atque Orpheum quoque aquae principatum dedisse Athenagoras refert Apol. p. 144. *ἦν ὕδωρ ἀρχὴ κατ' αὐτὸν τοῖς ὅλοις, ἀπὸ δὲ τοῦ ὕδατος ἰλὺς κατέστη·* sed inter eos, qui nomen Orphei usurparunt, non convenisse admodum, apparet e Sexto Hyp. III. 4. 136. et c. Phys. IX. 5. 6. 620. *Ὀνομάκριτος ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν τὴν πάντων ἀρχὴν εἶναι ἔλεγεν·* quod confirmat Ausonius in Gripho v. 74.

> Orpheus hinc tripodas, quia sunt tria, terra, aqua, flamma.

quo in loco nihil proficiunt interpretes, Orphei immemores. Equidem arbitrer aliquem hujus generis poetam in tripode tria genitalia corpora significari voluisse, sicut Pythagorei eum modo ad tria tempora referebant modo ad tres principales numeros. Jamblichus V. P. XVIII. 320. *Πυθαγόρας ἔλεγε τὸν Ἀπόλλω μαντεύεσθαι ἐκ τοῦ τρίποδος διὰ τὸ κατὰ τὴν τριάδα φανῆναι τὸν ἀριθμόν.* Martian. Cap. VIII. 303. tripus trini cursus praesagia pollicetur, hoc est, ex-

stantis, instantis et rapti. Lutatius ad Stat. Theb. I. 509. tripus est species lauri tres habens radices Apollini consecrata propter triplicem vim divinationis; nam Sol et praeterita videt et praesentia cernit et futura visurus est [p]. Paria argutantur Fulgentius Myth. I. c. 16. et Suidas s. h. v. Jam de triade hanc Pythagoreorum sententiam refert Aristoteles de Coel. I. 1. τὰ τρία πάντα — καθάπερ γάρ φασιν οἱ Πυθαγόρειοι τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται· τελευτὴ γὰρ καὶ μέσον καὶ ἀρχὴ τὸν ἀριθμὸν ἔχει τοῦ παντός· ταῦτα δὲ τὸν τῆς τριάδος. Theo de Mus. c. XLI. p. 157. Bull. ἡ τριὰς πρώτη ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχει· διὸ καὶ πρώτη λέγεται πάντα εἶναι· ἐπὶ γὰρ ἐλάττονος αὐτῆς οὐ λέγεται πάντα εἶναι ἀλλὰ ἓν καὶ ἀμφότερα [q]. Unde non procul distat Ionis oratio, omnia tria neque aut plus aut minus esse. Singulas autem cujusque triadis monades alius aliter descripsit. Plato Legg. X. 888.

[p] Hesychius Τρίοψ ὁ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν [οὕτω λεγόμενος] ἐν Δελφοῖς τρίπους. Casaubonus tripodem musicum Pythagorae Zacynthii intelligi putat, quem Athenaeus XIV. 637. C. ea specie fuisse tradit, quam cortinae habent. cf. Euseb. adv. Marcell. L. I. p. 16. B. At is non tantae celebritatis fuit, ut communiter a Pythagoricis proprio quodam nomine insignitus videatur. Hi potius tripodem delphicum, etymi explicandi causa, triopem dixerunt, quod is qui ei praesideret et de futuris conjiceret et praesentia perspiceret et praeteritorum meminisset, sicut Salmasius censet Herodis Τριόπιον ita dictum esse tanquam triquetrum et trifinium, quod in tres partes prospectum haberet, ad Cons. Herod. p. 651. T. II. Thes. Polen. Apud eundem Hesychium Τὰ ἀπὸ τρίποδος, ἐπὶ τῶν ἀληθῶς λεγομένων, ἤτοι ἀπὸ τοῦ Δελφικοῦ τρίποδος ἢ ἀπὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ, vel legendum est, ut Zenobius scripsit Πυθαγόρου, vel intelligendum; Albertius fallitur.

[q] Ocellus (ut nunc legitur) ap. Lyd. de Mens. p. 20. ἡ τριὰς πρώτη συνέστησεν ἀρχὴν, μεσότητα καὶ τελευτήν· et in libro, qui Ocello inscribitur I. 4. ὅροι εἰσὶ τρεῖς, γένεσις, ἀκμή, τελευτή.

E. λέγουσί τινες ὡς πάντα ἐστὶ τὰ πράγματα γιγνόμενα καὶ γενόμενα καὶ γενησόμενα, τὰ μὲν φύσει, τὰ δὲ τέχνῃ, τὰ δὲ τύχῃ. Aristoteles Polit. VII. 6. 297. ἀγαθοί γε καὶ σπουδαῖοι γίγνονται διὰ τριῶν· τὰ τρία δὲ ταῦτά ἐστι φύσις, ἔθος, λόγος. Philo de Abrah. p. 357. C. φύσις, μάθησις, ἄσκησις, ἃς ἑτέρῳ ὀνόματι Χάριτας ἰσαρίθμους ἄνθρωποι καλοῦσι. quod pluribus modis variatur[r]. Damascius Quaest. c. XXXIX. 107. τρία οὖν τὰ πάντα ἀλλ' οὐχ ἕν, ὕπαρξις, δύναμις καὶ ἐνέργεια, cujus triadis omnia quae sint participia esse, docet Proculus in Tim. III. 181.[s] Ad Triagmos autem ut revertar, ex his sumta putat Menagius ad Diog. VIII. 8. 351. quae Tzetzes Chil. III. 15. (et Pollux II. 95.) Ionem Chium de Herculis dentibus τριστοίχοις tradidisse refert; neque id veri absimile videtur. Sed ut plures libri Ioni illi falso adscripti sunt, ita etiam Triagmos non ipsius sed Epigenis cujusdam esse judicavit Callimachus. Mirabilior autem Suidae narratio, Triagmorum auctorem esse Orpheum sed dici Ionem: Ὀρφεὺς ἔγραψε Τριαγμούς, λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος. Quis enim credat librum soluta

[r] v. Lyd. de Mens. p. 19. Epist. Pythagor. IV. p. 60. Orell. et quae Astius affert in Vita Platonis p. 400. Tria sunt quae in homine artifice spectantur, natura, doctrina, usus Augustin. Civ. XI. 25.

[s] Oraculum Chaldaicum apud Damasc. XLIII. p. 116.

παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριάς, ἧς μονὰς ἄρχει.

aliud ap. Procl. in Alcib. I. p. 52. Creuz.

πάντα γὰρ ἐν τρισὶ τοῖσδε κυβερνᾶταί τε καὶ ἔστι

quod de tribus causis anagogicis, πίστις, ἀλήθεια, ἔρως, interpretatur Plotinum sequens in Theol. IV. 10. 194. Notior est trias virtutum theologicarum Paullina πίστις, ἐλπίς, ἀγάπη. Quaternarium conficit Porphyrius Ep. ad Marcell. 24. p. 42. πίστις, ἀλήθεια, ἔρως, ἐλπίς.

oratione scriptum in numerum carminum Orphicorum relatum esse? E superioribus patet, Ionem vel, ut Callimacho visum, Epigenem in Triagmis Pythagoram accusasse, quod nonnulla sua Orpheo affinxisset. Licet igitur sumere, id a Criticis hoc vel simili modo traditum esse: *Ὀρφεὺς ἔγραψε πολλὰ καὶ ἄλλα καὶ δὴ καὶ τὸν Ἱερὸν λόγον, ὅνπερ Ἴων νοθεῦσαι λέγεται ὡς Πυθαγόρου ὄντα.* summaque Lexicographi illius festinatione accidisse, ut verbum *νοθεῦσαι*, quod tam de falsariis et librorum subjectoribus, quam de Criticis fraudem arguentibus dicitur [t] perperam acciperet, quasi Ion ipse fraudem commisisset, cujus ille indicium fecerat. Neque errore vacare videntur quae addit: *ἐν δὲ τούτοις τὰ Ἱεροστολικὰ καλούμενα*, quae potius *Ναοτευκτικοῖς* inserta fuisse ex argumenti similitudine suspicor.

XXXIV. *Ὕμνοι.* In elogiis carminum Orphicorum, quibus Clemens et Suidas usi sunt, Hymnorum nulla fit mentio, nec dubitari potest, quin antiqui Critici, quos illi compilarunt, de Orphei hymnis nihildum inaudiverint. Loquor de iis, qui literis consignati sunt. Nam poetarum principem deorum laudes cantu celebrasse fortasse jam tum creditum est, quum nomen ejus in Graecia inclaresceret. Sed homines literatos legisse aliquid de hoc genere carminum, nullo indicio patet. Platonem quidem frustra antestatur Tie-

[t] Schol. August. ad Demosth. p. 125. *τινὲς ἐνόθευσαν τὸν λόγον.* Philoponus ad Aristot. de An. A. VI. a. *Ἀλέξανδρος νοθεύει τὸ χωρίον.* Id. A. VII. 174. *Ἀνδρόνικος ὁ Ῥόδιος νοθεύσας τὸ περὶ τῆς Ἑρμηνείας βιβλίον.* cf. Jacobs ad Anthol. T. XII. p. 174.

demannus. Nam quod in Legg. VIII. 849. E. vetat μή τινα τολμᾷν ᾄδειν ἀδόκιμον μοῦσαν, μηδ' ἂν ἡδίων ᾖ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφέως ὕμνων, manifestum est, haec nomina duntaxat exempli causa afferri eorumque loco etiam Sirenum cantus usurpari potuisse. Sed multis annis post Pausanias Orphei hymnos et legit et probavit IX. 30. 5. ὅστις περὶ ποιήσεως ἐπολυπραγμόνησεν ἤδη τοὺς Ὀρφέως ὕμνους οἶδεν ὄντας ἕκαστόν τε αὐτῶν [a] ἐπὶ βραχύτατον, καὶ τὸ σύμπαν οὐκ ἐς ἀριθμὸν πολὺν πεποιημένους· Λυκομῆδαι δὲ ἴσασί τε καὶ ἐπᾴδουσι τοῖς δρωμένοις· κόσμῳ μὲν δὴ τῶν ἐπῶν δευτερεῖα ἂν φέροιντο μετὰ Ὁμήρου γε τοὺς ὕμνους, τιμῆς δὲ ἐκ τοῦ θείου καὶ ἐς πλέον ἐκείνων ἔχουσι. Et c. 27. 2. Ὠλῆνος ὕστερον Πάμφως τε ἔπη καὶ Ὀρφεὺς ἐποίησαν· καί σφισιν ἀμφοτέροις πεποιημένα ἐστὶν ἐς Ἔρωτα, ἵνα ἐπὶ τοῖς δρωμένοις Λυκομίδαι καὶ ταῦτα ᾄδωσιν· ἐγὼ δὲ ἐπελεξάμην ἀνδρὶ ἐς λόγους ἐλθὼν δᾳδουχοῦντι, καὶ τῶν μὲν οὐ πρόσω ποιήσομαι μνήμην. eosdemque Lycomedas sive Lycomidas [b] Musaei hymno in Cererem uti refert. Pausaniae commodissime subjungetur Menander de Encom. II. 30. φυσικοὶ ὕμνοι, τίς ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος φύσις, τίς ἡ τοῦ Διός, παρατιθέμενοι· καὶ οἱ πολλοὶ τῶν Ὀρφέως τούτου τοῦ τρόπου· de quo genere rursus admonet c. V. 41. ἐπιτηρεῖν δὲ χρὴ καὶ μὴ εἰς τὸν πολὺν ὄχλον καὶ δῆμον ἐκφέρειν τοὺς τοιούτους ὕμνους· ἀπιθανώτεροι γὰρ καὶ καταγελαστι-

[a] Fortasse scribendum τοὺς Ὀρφέως ὕμνους οἶδε, ἕκαστόν τε etc. omnes singulos.

[b] v. Epimetr. I.

κώτεροι (f. *καταγελαστότεροι*) *τοῖς πολλοῖς φαίνονται.* In Aristidis autem testimonio Or. III. 28. *τοὺς μὲν τελέους ὕμνους τε καὶ λόγους περὶ Διονύσου Ὀρφεῖ καὶ Μουσαίῳ παρῶμεν καὶ τοῖς ἀρχαίοις τῶν ὑμνοθετῶν, αὐτοὶ δὲ ὥςπερ συμβόλου χάριν, ὡς οὐ τῶν ἀμυήτων ἄρ' εἴημεν, συμμέτρῳ τῇ φωνῇ προςείπωμεν τὸν θεόν·* certum Orphicorum hymnorum indicium non inest. Ex his autem, quos hodie tractamus, nullus versus ab antiquis scriptoribus, nulla una sententia usurpatur; quo impudentior videri debet Souchaei asseveratio in Dissert. de Hymn. Vett. p. 4. Mem. Acad. Paris. XVIII. „En effet, si les hymnes, que nous „avons sous le nom d'Orphée, étoient d'Onoma„crite seul, pourquoi les anciens poètes et les „premiers philosophes en citant ces hymnes, „qu'ils ont tant de fois cités, n'auroient-ils „jamais nommé Onomacrite, toujours Orphée!" De uno auctore orationis primae in Aristogitonem, quae a plerisque Demostheni abjudicatur, disceptari potest an Orphei hymnos legerit. Is p. 772. (493. A.) judicibus in animum revocat *τὴν τὰ δίκαια ἀγαπῶσαν Εὐνομίαν καὶ ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον φησὶ καθημένην πάντα τὰ ἀνθρώπων ἐφορᾷν·* eumque locum Ruhnkenius Ep. Cr. II. 230. ex Orph. H. LXII.

Ὄμμα δίκης μέλπω πανδερκέος, ἀγλαομόρφου,
ἣ καὶ Ζηνὸς ἄνακτος ἐπὶ θρόνον ἱερὸν ἵζει
οὐρανόθεν καθορῶσα βίον θνητῶν πολυφύλων.

expressum putat; quod idem aliquando Hemsterhusium judicasse nuntiat Arnaldus de Diis paredr. c. XXIII. 156. Atque his summis viris facile subscriberem, nisi gravissimae rationes id quod per se veri simile est, falsum esse convincerent; primum verborum, quibus hymni contexti sunt, novitas, deinde epicae dialecti neglectus perpetuus [e], quod vitium vereor ne reprehendendum potius fuerit quam corrigendum, postremo haec, de qua modo dixi, ignobilitas horunece carminum. Sed ad orationis et dialecti conformationem quod attinet, res longiore disputatione eget, quam quae hoc loco explicari possit. Tertium autem argumentum in qualibet alia causa levius videri posset, in hac gravissimum est. Quae enim non dicam justa sed certe tolerabilis ratio fingi potest, cur neque philosophi, neque grammatici, neque Mythologiae enarratores, neque alii antiquitatis interpretes his unquam usi sint poematis, quae verbis insolitis et sesquipedalibus, sententiis decumanis, fabulis reconditis plenissima sunt et refertissima, et, quod summum est, ei adscribuntur auctori qui omnes tum antiquitate tum sapientia anteire creditur? Gesnerus quidem in Prolegg. p. XXVII. Hymnos et cetera, quae restant, una defensione complexus, obscuritatis eorum hanc affert excusationem: r a t i o e s t i n p r o m t u, c u r m u l t a q u i d e m d e b u e r i t e s s e O r p h e i a p u d p o s t e r o s m e n t i o, c a r m i n a

[e] De hoc dixit Lehrsius in Seebodii Archiv für Philol. und Päd. II. 2. 238. ann. 1825.

ipsa ab initio homines vix ac ne vix quidem scriptis intexuerint; mystica enim fuerunt pleraque, sub sancti silentii sacramento commendata mystis, quae divulgari et referri salva pietate non possent. Hoc argumento et olim Pontificii Dionysii Areopagitae auctoritatem tueri studuerunt [d] et hodie novissimi cujusque impostoris mendacia sustentari possunt. Sed si carmina ista sub sancti silentii sacramento commendata sunt mystis, quo pacto Demosthenes sententiam hinc decerptam in media concione pronuntiare potuit, ne celato quidem auctore? et si dogmata Orphei in lucem protrahere nefas fuit, unde est illa versuum Orphicorum multitudo per omnes libros sparsa? quae tanta est, ut nullius fere aut graeci aut latini poetae plures habeamus reliquias. Hos autem qui proferunt a primo Platone usque ad Proculum et Hermiam, tam aperte id faciunt, tam sine ambagibus, ut appareat, nullam fuisse divulgandi religionem ne apud hos quidem Platonicos, qui Orphei nomen superstitiose atque aniliter venerati sunt. Praeterea vix obtineri potest, quod multi affirmant, Brunckius ad Scol. VIII. Zoega Bassirel. T. II. 34. Matthiae Prolegg. in H. H. p. 3. aliique ignobiliores, hosce hymnos mystarum coetibus destinatos [†] eoque profanis igno-

[d] v. Corderius ad Theol. Myst. c. I. p. 717.

[†] „Invocations or litanies used in the mysteries“ Knight Inquiry of the Symb. lang. p. 11. in Classic. Journ. T. XXII. In ejusdem Diarii T. XXIX. 332. haec narrantur de Taylori Introductione in secundam editionem mysticorum Orphei hymnorum 1824. „In this

et remedia, quibus a vitiis consanescant, tradiderit carminis auctor.

XXXII. *Τελεταί· ταύτας Ὀνομακρίτου φασί* Suid. Jam supra attigimus Pausaniae locum VIII. 37. *παρὰ Ὁμήρου Ὀνομάκριτος παραλαβὼν τῶν Τιτάνων τὸ ὄνομα Διονύσῳ τε συνέθηκεν ὄργια καὶ εἶναι αὐτοὺς τῷ Διονύσῳ τῶν παθημάτων αὐτουργούς·* unde colligi potest, carmen hoc *Τελεταί* inscriptum fuisse idemque a Suida significari, licet Pausanias de Orpheo nullum verbum dicat. Sed gravior illa difficultas, quod fabula, quam hic ab Onomacrito confictam tradit, copiosissime enarratur in Theogonia Orphica, hujus autem non Onomacritus, sed Cercops aut Theognetus auctor perhibetur; de quo dicemus, ubi ad hanc destinati operis partem perventum erit.

XXXIII. *Τριαγμοί.* Suidas satis abscisse *Ὀρφεὺς ἔγραψε τριασμούς· λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ· ἐν δὲ τούτοις τὰ Ἱεροστολικὰ καλούμενα·* quae omnia ex errore Grammatistae conflata videntur. Criticus a Clemente adhibitus: *Ἴων ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ.* Harpocratio: *Ἴων — ἔγραψε καὶ φιλόσοφόν τι σύγγραμμα, τὸν Τριαγμὸν ἐπιγραφόμενον, ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγεσθαί φησιν ὡς Ἐπιγένους* [*]. *Ἐν ἐνίοις δὲ πληθυντικῶς ἐπιγράφεται Τριαγμοί, καθὰ Δημήτριος ὁ Σκήψιος καὶ Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς* [†]. *Ἀνα-*

[*] Tantum Bentlejus inter fragmenta tertii Pinacis retulit p. 221. ed. Blomf.

[†] Hic fortasse in libro *τῶν κατεψευσμένων* commenticiam Or-

γράφουσι [m] δὲ ἐν αὐτῷ τάδε. Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου, πάντα τρία καὶ πλέον ἔλασσον τοῦδε ἐλάσσων τούτων τριῶν ἑνὸς ἑκάστου ἀρετὴ τριάς, σύνεσις καὶ κράτος καὶ τύχη· quae hoc modo constituenda videntur: Ἀρχὴ ἥδε μοι τοῦ λόγου [n] πάντα τρία καὶ πλέον οὐδὲν οὐδὲ ἔλασσον· τούτων τῶν τριῶν ἑνὸς ἑκάστου, quanquam postremae partis plures proponi possunt emendationes [o]. Ad argumentum libri quod attinet, Reinesius Varr. Lectt. I. 22. p. 93. Ionis Triagmi, inquit, quantum e laciniis apparet, fuerunt de numero ternario. Hinc excerpta videntur, quae Philoponus ad Arist. de Gener. et Int. II. p. 46. b. Ionem de ternis ele-

Orphei historiam confutavit. cf. Bentley Opusc. p. 71. Reiske Notitt. Poet. Anthol. p. 194.

[m] Notum est, veteres Criticos in notitiis literariis prima cujusque libri verba exsignare solitos esse. v. Jonsius Script. Phil. II. 5. p. 162. Ἀναγράφουσιν ἐν αὐτῷ τάδε brevius dictum quam pro nostra consuetudine sed citra mendi suspicionem, quam movet Bernhardy ad Eratosth. p. 252.

[n] Familiare hoc veteribus exordium v. C. XI. §. 2. P. II.

[o] Valesius ad Harp. p. 98. postrema sic emendat: πλέον ἢ ἔλασσον τοῦ τῶν τριῶν ἑνύς. Ἑκάστου — incertum qua sententia. Bentlejus Ep. ad Mill. p. 509. Lips. ἀρχὴ δέ μοι — τρία καὶ οὔτε πλέον οὔτε ἔλασσον τούτων τριῶν. Ἑνὸς ἑκάστου etc. Nicomachus Arith. Theol. V. 30. p. 28. Ast. πεντας ἐστιν ἄλλο μήτε πλέον μήτε ἔλασσον ἔχουσα. Hac occasione data addam, id quod a Latinis dicitur plus minus, a Graecis eadem brevitate non dici sed πλέον καὶ ἔλαττον Herodo. II. p. 19. πλέον ἢ ἔλαττον Quintil. de Mus. II. p. 91. μᾶλλον ἢ ἔλαττον Lucian. Abdic. XXVII. 31. T. V. et pro plus plusque usitatissimum quidem esse ἀεὶ μᾶλλον nec rarum ἀεὶ καὶ μᾶλλον Hippocr. de Acut. Vict. III. 82. C. Diod. V. 9. Galen. de Us. part. I. 18. 305. A. T. IV. Joseph. Antiq. VII. 3. 370. Strab. I. 81. III. 388. ἀεὶ καὶ πλέον Heliod. VIII. 6. 321. sed et μᾶλλον μᾶλλον dici. v. Meinek. ad Men. p. 286. πλέον πλέον Arist. Nub. 1289. μεῖζον μεῖζον Anecd. Bekk. 108. μεῖζον καὶ μεῖζον Sext. c. Ph. I. 658. μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον Diog. La. IX. 59. 579. ἔλαττον ἀεὶ καὶ ἔλαττον Theologg. Arithm. p. 30. καὶ ἔτι καὶ μᾶλλον Aelian. H. An. XVI. 24. ἔτι καὶ ἔτι ἀεὶ Theologg. p. 31.

mentis docuisse refert: *Πῦρ μὲν καὶ γῆν ὁ Παρμενίδης ὑπέθετο· ταὐτὰ δὲ μετὰ τοῦ ἀέρος Ἴων ὁ Χῖος ὁ τραγῳδοποιός·* quae terna elementa Plutarchus ad fabulae Aegyptiacae interpretationem ex aqua producit: *ἡ ὑγρὰ φύσις ἀρχὴ καὶ γένεσις οὖσα πάντων ἐξ ἀρχῆς τὰ πρῶτα τρία σώματα γῆν, ἀέρα καὶ πῦρ ἐποίησεν* de Is. 36, 151. dissentiens ab Hermete ipso, qui ex materia aquam et ignem, ex utroque terram, ex tribus hisce aërem ortum dicit Stob. Ecl. I. 42. p. 742. Atque Orpheum quoque aquae principatum dedisse Athenagoras refert Apol. p. 144. *ἦν ὕδωρ ἀρχὴ κατ' αὐτὸν τοῖς ὅλοις, ἀπὸ δὲ τοῦ ὕδατος ἰλὺς κατέστη·* sed inter eos, qui nomen Orphei usurparunt, non convenisse admodum, apparet e Sexto Hyp. III. 4. 136. et c. Phys. IX. 5. 6. 620. *Ὀνομάκριτος ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν τὴν πάντων ἀρχὴν εἶναι ἔλεγεν·* quod confirmat Ausonius in Gripho v. 74.

> Orpheos hinc tripodes, quia sunt tria, terra, aqua, flamma.

quo in loco nihil proficiunt interpretes, Orphei immemores. Equidem arbitror aliquem hujus generis poetam in tripode tria genitalia corpora significari voluisse, sicut Pythagorei eum modo ad tria tempora referebant modo ad tres principales numeros. Jamblichus V. P. XVIII. 320. *Πυθαγόρας ἔλεγε τὸν Ἀπόλλω μαντεύεσθαι ἐκ τοῦ τρίποδος διὰ τὸ κατὰ τὴν τριάδα φανῆναι τὸν ἀριθμόν.* Martian. Cap. VIII. 303. tripus trini cursus praesagia pollicetur, hoc est, ex-

stantis, instantis et rapti. Lutatius ad Stat. Theb. I. 509. tripus est species lauri tres habens radices Apollini consecrata propter triplicem vim divinationis; nam Sol et praeterita videt et praesentia cernit et futura visurus est [p]. Paria argutantur Fulgentius Myth. I. c. 16. et Suidas s. h. v. Jam de triade hanc Pythagoreorum sententiam refert Aristoteles de Coel. I. I. τὰ τρία πάντα — καθάπερ γάρ φασιν οἱ Πυθαγόρειοι τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται· τελευτὴ γὰρ καὶ μέσον καὶ ἀρχὴ τὸν ἀριθμὸν ἔχει τοῦ παντός· ταῦτα δὲ τὸν τῆς τριάδος. Theo de Mus. c. XLI. p. 157. Bull. ἡ τριὰς πρώτη ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχει· διὸ καὶ πρώτη λέγεται πάντα εἶναι· ἐπὶ γὰρ ἐλάττονος αὐτῆς οὐ λέγεται πάντα εἶναι ἀλλὰ ἓν καὶ ἀμφότερα [q]. Unde non procul distat Ionis oratio, omnia tria neque aut plus aut minus esse. Singulas autem cujusque triadis monades alius aliter descripsit. Plato Legg. X. 888.

[p] Hesychius Τρίοψ ὁ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν [οὕτω λεγόμενος] ἐν Δελφοῖς τρίπους. Casaubonus tripodem musicum Pythagorae Zacynthii intelligi putat, quem Athenaeus XIV. 637. C. ea specie fuisse tradit, quam certinae habent. cf. Euseb. adv. Marcell. L. I. p. 16. B. At is non tantae celebritatis fuit, ut communiter a Pythagoricis proprio quodam nomine insignitus videatur. Hi potius tripodem delphicum, etymi explicandi causa, triopem dixerunt, quod is qui ei praesideret et de futuris conjiceret et praesentia perspiceret et praeteritorum meminisset, sicut Salmasius censet Herodis Τριόπιον ita dictum esse tanquam triquetrum et trifinium, quod in tres partes prospectum haberet, ad Cons. Herod. p. 651. T. II. Thes. Polen. Apud eundem Hesychium Τὰ ἀπὸ τρίποδος, ἐπὶ τῶν ἀληθῶς λεγομένων, ἤτοι ἀπὸ τοῦ Δελφικοῦ τρίποδος ἢ ἀπὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ, vel legendum est, ut Zenobius scripsit Πυθαγόρου, vel intelligendum; Albertius fallitur.

[q] Ocellus (ut nunc legitur) ap. Lyd. de Mens. p. 20. ἡ τριὰς πρώτη συνέστησεν ἀρχήν, μεσότητα καὶ τελευτήν· et in libro, qui Ocello inscribitur I. 4. ὅροι εἰσὶ τρεῖς, γένεσις, ἀκμή, τελευτή.

E. λέγουσί τινες ὡς πάντα ἐστὶ τὰ πράγματα γιγνόμενα καὶ γενόμενα καὶ γενησόμενα, τὰ μὲν φύσει, τὰ δὲ τέχνῃ, τὰ δὲ τύχῃ. Aristoteles Polit. VII. 6. 297. ἀγαθοί γε καὶ σπουδαῖοι γίγνονται διὰ τριῶν· τὰ τρία δὲ ταῦτά ἐστι· φύσις, ἔθος, λόγος. Philo de Abrah. p. 357. C. φύσις, μάθησις, ἄσκησις, ἃς ἑτέρῳ ὀνόματι Χάριτας ἰσαρίθμους ἄνθρωποι καλοῦσι, quod pluribus modis variatur[r]. Damascius Quaest. c. XXXIX. 107. τρία οὖν τὰ πάντα ἀλλ' οὐχ ἕν, ὕπαρξις, δύναμις καὶ ἐνέργεια, cujus triadis omnia quae sint participia esse, docet Proculus in Tim. III. 181.[s] Ad Triagmos autem ut revertar, ex his sumta putat Menagius ad Diog. VIII. 8. 351. quae Tzetzes Chil. III. 15. (et Pollux II. 95.) Ionem Chium de Herculis dentibus τριστοίχοις tradidisse refert; neque id veri absimile videtur. Sed ut plures libri Ioni illi falso adscripti sunt, ita etiam Triagmos non ipsius sed Epigenis cujusdam esse judicavit Callimachus. Mirabilior autem Suidae narratio, Triagmorum auctorem esse Orpheum sed dici Ionem: Ὀρφεὺς ἔγραψε Τριαγμούς, λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος. Quis enim credat librum soluta

[r] v. Lyd. de Mens. p. 19. Epist. Pythagor. IV. p. 60. Orell. et quae Astius affert in Vita Platonis p. 400. Tria sunt quae in homine artifice spectantur, natura, doctrina, usus Augustin. Civ. XI. 25.

[s] Oraculum Chaldaicum apud Damasc. XLIII. p. 116.

παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριάς, ἧς μονὰς ἄρχει.

aliud ap. Procl. in Alcib. I. p. 52. Creuz.

πάντα γὰρ ἐν τρισὶ τοῖσδε κυβερνᾶταί τε καὶ ἔστι

quod de tribus causis anagogicis, πίστις, ἀλήθεια, ἔρως, interpretatur Plotinum sequens in Theol. IV. 10. 194. Notior est trias virtutum theologicarum Paullina πίστις, ἐλπίς, ἀγάπη. Quaternarium conficit Porphyrius Ep. ad Marcell. 24. p. 42. πίστις, ἀλήθεια, ἔρως, ἐλπίς.

oratione scriptum in numerum carminum Orphicorum relatum esse? E superioribus patet, Ionem vel, ut Callimacho visum, Epigenem in Triagmis Pythagoram accusasse, quod nonnulla sua Orpheo affinxisset. Licet igitur sumere, id a Criticis hoc vel simili modo traditum esse: *Ὀρφεὺς ἔγραψε πολλὰ καὶ ἄλλα καὶ δὴ καὶ τὸν Ἱερὸν λόγον, ὅνπερ Ἴων νοθεῦσαι λέγεται ὡς Πυθαγόρου ὄντα.* summaque Lexicographi illius festinatione accidisse, ut verbum *νοθεῦσαι*, quod tam de falsariis et librorum subjectoribus, quam de Criticis fraudem arguentibns dicitur [t] perperam acciperet, quasi Ion ipse fraudem commisisset, cujus ille indicium fecerat. Neque errore vacare videntur quae addit: *ἐν δὲ τούτοις τὰ Ἱεροστολικὰ καλούμενα*, quae potius *Ναοτευκτικοῖς* inserta fuisse ex argumenti similitudine suspicor.

XXXIV. *Ὕμνοι.* In elogiis carminum Orphicorum, quibus Clemens et Suidas usi sunt, Hymnorum nulla fit mentio, nec dubitari potest, quin antiqui Critici, quos illi compilarunt, de Orphei hymnis nihildum inaudiverint. Loquor de iis, qui literis consignati sunt. Nam poetarum principem deorum laudes cantu celebrasse fortasse jam tum creditum est, quum nomen ejus in Graecia inclaresceret. Sed homines literatos legisse aliquid de hoc genere carminum, nullo indicio patet. Platonem quidem frustra antestatur Tie-

[t] Schol. August. ad Demosth. p. 125. *τινὲς ἐνόθευσαν τὸν λόγον.* Philoponus ad Aristot. de An. A. VI. a. *Ἀλέξανδρος νοθεύει τὸ χωρίον.* Id. A. VII. 174. *Ἀνδρόνικος ὁ Ῥόδιος νοθεύσας τὸ περὶ τῆς Ἑρμηνείας βιβλίον.* cf. Jacobs ad Anthol. T. XII. p. 174.

demamnus. Nam quod in Legg. VIII. 849. E. vetat *μή τινα τολμᾷν ᾄδειν ἀδόκιμον μοῦσαν, μηδ' ἂν ἡδίων ᾖ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφέως ὕμνων*, manifestum est, haec nomina duntaxat exempli caussa afferri eorumque loco etiam Sirenum cantus usurpari potuisse. Sed multis annis post Pausanias Orphei hymnos et legit et probavit IX. 30. 5. *ὅστις περὶ ποιήσεως ἐπολυπραγμόνησεν ἤδη τοὺς Ὀρφέως ὕμνους οἶδεν ὄντας ἕκαστόν τε αὐτῶν*[a] *ἐπὶ βραχύτατον, καὶ τὸ σύμπαν οὐκ ἐς ἀριθμὸν πολὺν πεποιημένους· Λυκομῆδαι δὲ ἴσασί τε καὶ ἐπᾴδουσι τοῖς δρωμένοις· κόσμῳ μὲν δὴ τῶν ἐπῶν δευτερεῖα ἂν φέροιντο μετὰ Ὁμήρου γε τοὺς ὕμνους, τιμῆς δὲ ἐκ τοῦ θείου καὶ ἐς πλέον ἐκείνων ἔχουσι.* Et c. 27. 2. *Ὠλῆνος ὕστερον Πάμφως τε ἔπη καὶ Ὀρφεὺς ἐποίησαν· καί σφισιν ἀμφοτέροις πεποιημένα ἐστὶν ἐς Ἔρωτα, ἵνα ἐπὶ τοῖς δρωμένοις Λυκομίδαι καὶ ταῦτα ᾄδωσιν· ἐγὼ δὲ ἐπελεξάμην ἀνδρὶ ἐς λόγους ἐλθὼν δᾳδουχοῦντι, καὶ τῶν μὲν οὐ πρόσω ποιήσομαι μνήμην.* eosdemque Lycomedas sive Lycomidas[b] Musaei hymno in Cererem uti refert. Pausaniae commodissime subjungetur Menander de Encom. II. 30. *φυσικοὶ ὕμνοι, τίς ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος φύσις, τίς ἡ τοῦ Διός, παρατιθέμενοι· καὶ οἱ πολλοὶ τῶν Ὀρφέως τούτου τοῦ τρόπου·* de quo genere rursus admonet c. V. 41. *ἐπιτηρεῖν δὲ χρὴ καὶ μὴ εἰς τὸν πολὺν ὄχλον καὶ δῆμον ἐκφέρειν τοὺς τοιούτους ὕμνους· ἀπιθανώτεροι γὰρ καὶ καταγελαστι-*

[a] Fortasse scribendum *τοὺς Ὀρφέως ὕμνους οἶδε, ἕκαστόν τε* etc. omnes singulos.
[b] v. Epimetr. I.

κώτεροι (f. καταγελαστότεροι) τοῖς πολλοῖς φαίνονται. In Aristidis autem testimonio Or. III. 28. τοὺς μὲν τελέους ὕμνους τε καὶ λόγους περὶ Διονύσου Ὀρφεῖ καὶ Μουσαίῳ παρῶμεν καὶ τοῖς ἀρχαίοις τῶν ὑμνοθετῶν, αὐτοὶ δὲ ὥςπερ συμβόλου χάριν, ὡς οὐ τῶν ἀμυήτων ἄρ' εἴημεν, συμμέτρῳ τῇ φωνῇ προςείπωμεν τὸν θεόν· certum Orphicorum hymnorum indicium non inest. Ex his autem, quos hodie tractamus, nullus versus ab antiquis scriptoribus, nulla una sententia usurpatur; quo impudentior videri debet Souchaei asseveratio in Dissert. de Hymn. Vett. p. 4. Mem. Acad. Paris. XVIII. „En effet, si les hymnes, que nous „avons sous le nom d'Orphée, étoient d'Onoma„crite seul, pourquoi les anciens poètes et les „premiers philosophes en citant ces hymnes, „qu'ils ont tant de fois cités, n'auroient-ils „jamais nommé Onomacrite, toujours Orphée!" De uno auctore orationis primae in Aristogitonem, quae a plerisque Demostheni abjudicatur, disceptari potest an Orphei hymnos legerit. Is p. 772. (493. A.) judicibus in animum revocat τὴν τὰ δίκαια ἀγαπῶσαν Εὐνομίαν καὶ ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον φησὶ καθημένην πάντα τὰ ἀνθρώπων ἐφορᾷν· eumque locum Ruhnkenius Ep. Cr. II. 230. ex Orph. H. LXII.

Ὄμμα δίκης μέλπω πανδερκέος, ἀγλαομόρφου,
ἣ καὶ Ζηνὸς ἄνακτος ἐπὶ θρόνον ἱερὸν ἵζει
οὐρανόθεν καθορῶσα βίον θνητῶν πολυφύλων.

expressum putat; quod idem aliquando Hemsterhusium judicasse nuntiat Arnaldus de Diis paredr. c. XXIII. 156. Atque his summis viris facile subscriberem, nisi gravissimae rationes id quod per se veri simile est, falsum esse convincerent; primum verborum, quibus hymni contexti sunt, novitas, deinde epicae dialecti neglectus perpetuus [c], quod vitium vereor ne reprehendendum potius fuerit quam corrigendum, postremo haec, de qua modo dixi, ignobilitas horuncce carminum. Sed ad orationis et dialecti conformationem quod attinet, res longiore disputatione eget, quam quae hoc loco explicari possit. Tertium autem argumentum in qualibet alia causa levius videri posset, in hac gravissimum est. Quae enim non dicam justa sed certe tolerabilis ratio fingi potest, cur neque philosophi, neque grammatici, neque Mythologiae enarratores, neque alii antiquitatis interpretes his unquam usi sint poematis, quae verbis insolitis et sesquipedalibus, sententiis decumanis, fabulis reconditis plenissima sunt et refertissima, et, quod summum est, ei adscribuntur auctori qui omnes tum antiquitate tum sapientia anteire creditur? Gesnerus quidem in Prolegg. p. XXVII. Hymnos et cetera, quae restant, una defensione complexus, obscuritatis eorum hanc affert excusationem: ratio est in promtu, cur multa quidem debuerit esse Orphei apud posteros mentio, carmina

[c] De hoc dixit Lehrsius in Seebodii Archiv für Philol. und Päd. II. 2. 238. ann. 1825.

ipsa ab initio homines vix ac ne vix quidem scriptis intexuerint; mystica enim fuerunt pleraque, sub sancti silentii sacramento commendata mystis, quae divulgari et referri salva pietate non possent. Hoc argumento et olim Pontificii Dionysii Areopagitae auctoritatem tueri studuerunt [d] et hodie novissimi cujusque impostoris mendacia sustentari possunt. Sed si carmina ista sub sancti silentii sacramento commendata sunt mystis, quo pacto Demosthenes sententiam hinc decerptam in media concione pronuntiare potuit, ne celato quidem auctore? et si dogmata Orphei in lucem protrahere nefas fuit, unde est illa versuum Orphicorum multitudo per omnes libros sparsa? quae tanta est, ut nullius fere aut graeci aut latini poetae plures habeamus reliquias. Hos autem qui proferunt a primo Platone usque ad Proculum et Hermiam, tam aperte id faciunt, tam sine ambagibus, ut appareat, nullam fuisse divulgandi religionem ne apud hos quidem Platonicos, qui Orphei nomen superstitiose atque aniliter venerati sunt. Praeterea vix obtineri potest, quod multi affirmant, Brunckius ad Scol. VIII. Zoega Bassirel. T. II. 34. Matthiae Prolegg. in H. H. p. 3. aliique ignobiliores, hosce hymnos mystarum coetibus destinatos [†] eoque profanis igno-

[d] v. Corderius ad Theol. Myst. c. I. p. 717.

[†] „Invocations or litanies used in the mysteries“ Knight Inquiry of the Symb. lang. p. 11. in Classic. Journ. T. XXII. In ejusdem Diarii T. XXIX. 332. haec narrantur de Taylori Introductione in secundam editionem mysticorum Orphei hymnorum 1824. „In this

recepti an postea ab aliis ad augendum numerum additi fuerint. Hoc autem intellecto quis non concedat fieri posse, ut ille locus sicut multi, quos codices partim addunt partim omittunt a docto interpolatore, qui orationem Demosthenicam legerit, hymno sit insinuatus? Nos vero, qui totam hanc farraginem poetae cuidam aevi Byzantini tribuimus, hac exceptione non utimur, sed auctorem ipsum contendimus sententiam indidem accepisse, unde rhetor Atticus, ab Orpheo, qui de Jove cecinit:

τῷ δὲ Δίκη πολύποινος ἐφέσπετο πᾶσιν ἀρωγός.

eique Legem *πάρεδρον* adjunxit v. P. II. C. III. §. 19. iisdem fortasse verbis, quae nunc in Hymno leguntur, aut non multum dissimilibus. Denique perspicuum est, Hymnologum nostrum, quum Justitiae laudes canere vellet, fortuito in eam incidere potuisse sententiam, quae Orpheo cum multis aliis communis est. Hesiodus Opp. 258. *Δίκη πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι.* Aelianus Fragm. p. 345. T. II. *ἀκούω δὲ αὐτὴν παρ᾽ αὐτοῦ Διὸς καθῆσθαι θρόνῳ καὶ κοινωνὸν τῶν ἀρίστων βουλευμάτων εἶναι.* Arrianus Alex. IV. 9. *οἱ πάλαι σοφοὶ ἄνδρες τὴν Δίκην πάρεδρον τῷ Διὶ ἐποίησαν·* quo in numero Sophocles quoque est Oed. Col. 1381. multique recentiorum, Philo de Joseph. p. 534. A. Plutarch. V. Alex. c. 52. Li-

Ἀπόλλωνι ἄνακτι a Musis ad Nereides H. XXIII. transmigravit. Ad explicandos duo antecedentes versus, in quibus Nereides teletas Bacchi et Proserpinae instituisse dicuntur, varia afferunt V. D. ad Pict. Herc. Tab. XVII. T. III. p. 89. Visconti Pio-clement. T. IV. p. 64. Addend. Vossius ad H. in Cer. v. 418. sed scrupulum non evellunt.

ban. Decl. T. I. 419. T. II. 601. Progymn. T. IV. 956. et alii. v. Wetsten. ad Praxap. XVII. 4. Non minus trita est altera enthymematis pars, Justitiam divinam hominum facta omnia animadvertere, cujus exempla enumerare supersedeo fretus lectorum memoriae. Itaque ad Demosthenem provocare in hac causa omnino non licet, quia et orationis auctor dubius et sententiae ab eo propositae usus pervulgatus est, postremo quod multae rationes concurrunt, cur Hymnum istum non ducentis, ut Wolfius divinat Prolegg. Hom. p. XLVIII, ante Demosthenem annis sed fortasse triplo pluribus post eum scriptum statuamus.

Restat quaestio de Onomacrito, a quo hymnos Orphicos conditos esse tam communis est persuasio [*] ut Hemsterhusius ad Plut. v. 701. Blomfieldius ad Callim. p. 56. Boettigerus de pict. Vasc. I. 2. 199. aliique haud pauci Onomacritum in Hymnis, hoc vel illud dixisse memorent, Adrianum Heringa sequuti, qui in Observatt. c. XI. p. 85. hymnos Orpheo quidem abjudicat, sed tamen antiquissimis Graecarum literarum monimentis aequiparandos ducit: „Nisi enim fal„lit Pausanias, Onomacritum patrem „agnoscunt; ille enim IX. 35. Hesiodum „dicit Gratias Jovis et Eurynomae fi„lias nuncupasse, Euphrosynen, Aglaian

[*] Schoell Hist. de la Litter. Grecq. T. I. p. 4. Ed. II. d'après l'opinion commune ils ont été composés sous le nom d'Orphée par Onomacrite — Quelques critiques out pensé, que le sophiste Hippias a eu part à cè travail.“ Quis hoc opinatus sit, neque scio neque scire aveo.

„et Thaliam, *κατὰ ταὐτὰ δὲ ἐν ἔπεσίν ἐστι* „*τοῖς Ὀνομακρίτου·* in Orphico vero Hymno „XLIX. appellantur *θυγατέρες Ζηνός τε καὶ* „*Εὐνομίης, Ἀγλαΐη, Θαλίη τε καὶ Εὐφροσύνη.*" At hinc potius sequi videtur, Onomacritum Hymnorum auctorem non esse. Nam in iis nominibus, quae ab omnibus eodem modo traduntur, ambo consentiunt, dissentiunt autem in nomine matris maxime controverso. Sed nimirum hanc discrepantiam eximunt Critici dum aut Hymnum ad exemplum Pausaniae et Hesiodi corrigunt, aut horum utrique nomen *Εὐνομία* ex Hymno restituunt, quorum neutrum probo, posterius funditus reprobo. Nam *Εὐρυνόμη* constans est in Hesiodo et Pausania lectio, eoque nomine mater Gratiarum saepe insignitur, non solum ab Apollodoro, Seneca et Etym. M. quos Burmannus producit ad Anthol. I. Ep. 77. sed etiam Callimacho[h] Origene[i] et Cornuto[k]; Eunomia autem, quo mo-

[h] Heynius in Suppl. Il. T. VII. p. 800. affert versum *ἀδέσποτον* e Schol. Il. XVIII. 396. *Οἵ δὲ μεκ* (sic) *Εὐρυνόμη Τιτηνιὰς εἶπε* (sic) *ἔτικτε*, de quo desperat. De Gratiarum matre haec dici, e Scholio ipso apparet: de restitutione versus quum Hermannum consuluissem, respondit mihi verba Callimachi esse teste Apollonio de Conjunct. p. 505. *Καλλίμαχος· Οὐδ' ἕνεκ' Εὐρυνόμη Τιτηνιάς*, quae melius afferri a Bastio ad Greg. p. 899. *οιδενεκεὐρυνομητιτηνιας*. Eaque jungenda videri cum Callim. Fr. CCCCLXVII. Blomf.

Οἶδ' ἕνεκ' Εὐρυνόμη Τιτηνιάς, εἶπερ ἔτικτε
τὰς ἰθαινὰς Χάριτας.

Haec Hermannus nos docuit; *μεγάλα χάρις αὐτῷ!*

[i] *Αἰγύπτιοι οὐκ οἴδασι τῇ σφῶν διαλέκτῳ Μνημοσύνην μητέρα Μουσῶν, οὐδὲ Θέμιν Ὡρῶν, οὐδὲ Εὐρυνόμην μίαν τῶν Χαρίτων* c. Cels. T. 340. D. (p. 18.) ubi *μητέρα* emendant. Gratias Aegyptiis ignotas esse tradit Herodotus II. 50.

[k] de Nat. Deor. c. XV. *Διὸς θυγατέρας Χάριτας· οἱ μὲν ἐξ Εὐρυδομένης (Εὐρυδόμης) οἱ δ' Εὐρυνόμης, τινὲς δ' ἐξ Εὐρυμεδούσης* cf. Schrader. Anim. ad Musaeum p. 189. In seqq. p. 168. *ἱλαρῶς εὐεργετουσῶν* scribendum pro *ἱλαρῶν εὐεργετῶν οὐσῶν*. Reconditiora

do Gratiarum matrem dicendam fuisse Tiedemannus decernit, nunquam dicta est. Hoc tamen non satis videtur ad mutandam Hymni lectionem per omnes codices vulgatam, quum praesertim tota de Onomacrito conjectura omnibus partibus vacillet. Clemens et Tatianus indefinite carmina, quae Orphei dicantur, ab Onomacrito composita affirmant, unde non sequitur hunc omnium Orphicorum versuum auctorem esse; Suidas nominatim Orphei Χρησμούς et Τελετάς ab Onomacrito profecta dicit, quorum nominum neutri Hymni nostri subjici possunt, quanquam in codd. Venet. et Thryllit. Τελεταί inscribuntur. Nam hunc titulum librarii imposuerunt e carminibus ipsis ductum, quorum in clausulis modo unus mysta, modo plures precantes inducuntur; literatores autem Byzantii ad unum omnes Hymnos vocant. Deinde, si Suidae credendum, Τελεταῖς inclusa fuit ἡ Ὀγδοηκοντάλιθος, qui liber a nostris Lithicis numero ipso distinguitur. Postremo dubitari nequit, quin in Onomacriti carmine, quod Pausanias legit, Dionysi ortus et obitus expositus fuerit. v. supr. N. XXXII. Verum non modo causa nulla est, cur Onomacritus pro Hymnorum auctore habeatur, sed etiam multis rationibus doceri potest, habendum non esse. Primum Pausanias Gratiarum et matris nomina ex Onomacriti carminibus affert, Hymnos autem, quos legit, Orphicos ab

promit Clemens Recogn. L. X. c. 23. p. 818. Gall. T. II. Jupiter in matrimonium duxit Eurynomen Asopi, ex qua nascitur Ogygias, Hermionen Oceani, ex qua nascuntur Charites.

Orpheo scriptos putet; unde clarissime patet, prorsus ab illis diversos fuisse; additque etiam, eos et breves esse et paucos; hoc est certe Homericis, quibuscum componuntur, pauciores; hodie autem octoginta septem numerantur Hymni Orphei. Num quis ergo dicat duo fuisse Hymnorum Orphicorum genera, quorum unum genuinum judicaret Pausanias, alterum ab Onomacrito subjectum? et hoc subditivum genus ad nostra pervenisse tempora? Mirum quin hae inficetae trivialesque cantilenae a poeta et docto et Attico et Pisistratidarum aequali conditae sint! Scio quidem aliter sensisse Valckenarium, summi acuminis virum, summaeque doctrinae, qui ad Herod. IV. p. 296. sub Orphei, inquit, nomine legit Pausanias Hymnos, quos habemus superstites; in his merito versuum miramur elegantiam. Equidem multum tribuo Valckenarii judicio, sed plus Platonis, domestici arbitri, qui vehementer improbat hujusmodi carmen οὗ οὐδὲν διαφέρει πρῶτον ἢ ὕστατόν τι λέγεσθαι Phaedr. p. 264. E. Atqui is est Orphicorum Hymnorum tenor, in quibus deorum nomina et cognomina incondite fusa nullo nec ordine nec delectu decantantur, nihil ut sit primum, nihil secundum, et idem carmen sursus versus retroque lectum eandem semper habeat sententiam. Respondeat fortasse aliquis hanc βαττολογίαν directe Ethnicis exprobrari Matth. VI. 7. eodemque modo in Hymnis Christianorum liturgicis deum et Sanctos fluctibus epithetorum et epiphonematum

obrui [l], quorum ego nihil infitior, potiusque hac occasione eos oppugno, qui, ubicunque ab ignoto alioqui poeta deorum epitheta spissius constipantur, continuo Orphicum quiddam olfaciunt. Verum hic odor fallit. Arrianus Alex. V. 2. 295. Macedones narrat hedera se coronasse ἐφυμνοῦντας καὶ Διόνυσόν τε καὶ τὰς ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλοῦντας· quorum specimen cernitur in Ovid. Met. IV. 11.

Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyaeumque,
Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem,
additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus,
et cum Lenaeo genialis consitor uvae,
Nycteliusque, Eleleusque parens et Iacchus et Euan,
et quae praeterea per Grajas plurima gentes
nomina, Liber, habes [m].

Lydus de Mens. p. 91. ἐν τοῖς ὕμνοις ἐγγὺς τριακοσίοις ὀνόμασιν εὑρίσκομεν καλουμένην τὴν Ἀφροδίτην· cujusmodi hymni significari videntur ab eodem Lydo p. 83. πυριγενέα (sic) τὸν Διόνυσον καὶ παγκρατῆ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐκάλουν [†], quorum

[l] Litaniam Lauretanam in exemplum affert Starckius in Tralat. ex Gentilismo p. 52. plura fortasse D. Michaelis in Comm. de Battologia. Nomen βαττολόγος Chrysost. Hom. T. III. p. 27. C. ed. Montf. addendum Lexicis.

[m] Cf. Hymnos in Bacchum Anthol. Lat. L. I. 19. et 21. Simili sono usus Ausonius Ord. Nob. Urb. 29.

Salve fons ignote ortu, sacer, alme, perennis,
vitree, glauce, sonore, illimis, opace —

Sed mox in viam redit. Si quis vel Senecae carmen in Somnum Herc. F. IV. 1066. vel Incerti Votum ad Oceanum in Poet. Min. T. IV. P. I. 314. cum nostris Hymnis LXXXIV. et LXXII. composuerit, horum auctorem ne his quidem poetis aequiparari posse intelliget.

[†] Acro ad Horat. Carm. Sec. v. 14. ipsam Lucinam, Lunam et Dianam ostendit, quam mystico nomine, sicut in sacris dicebatur, Ilithyiam nominavit. In sacris, hoc

nominum prius Ovidius quoque ingerit, et ab Herodiano περὶ Μον. p. 6. τὸ Φεὺς ἐπὶ τοῦ Διονύσου κείμενον, ὡς ἐν ταῖς ἐπικλήσεσιν εὕρομεν, καθ' ἱστορίαν ἐστὶν εἰρημένον [*] neque Reinesium errare puto, quum Socratem in libris Ἐπικλήσεων hoc argumentum tractasse censet Varr. Lectt. III. 5. 437. Hoc igitur genus canticorum ut non nego in quibusdam sacris receptum fuisse, ita elegantiae laudem ei derogo, longeque praefero, quae vel a mediocribus poetis, Cleanthe, Proculo, Ausonio (oratio dominica p. 54.) et Pseudo-Claudiano Epigr. XCVI. in hunc modum composita sunt.

Nullam religionem obstitisse, quominus veteres scriptores carmina Orphica allegarent, probavimus ipsa multitudine allegantium; non casu factum esse, ut Hymnis nunquam uterentur, probabitur ea re, quod multa, quae dixerunt, non fuissent dicturi, si legissent eos. Herodotus Athe-

est, ut mihi videtur, in hymnis et precibus. Mystico nomine dicitur fere pro rite, solenniter et significanter. Schol. Cruq. ad Od. II. 13. p. 114. furva mystico nomine dicitur Proserpina, id est nigra vel atra. Proverb. Vatic. IV. 16. 314. τὸ μυστικώτερον Ἑκάτη ἡ Περσεφόνη καλεῖται. Joh. Malela p. 31. et ceteri Chronographi, quos Jablonskius nominat Pant. P. II. p. 6. οἱ Ἀργεῖοι μυστικῶς τὸ ὄνομα τῆς σελήνης τὸ ἀπόκρυφον Ἰὼ λέγουσιν ἕως ἄρτι. quo nomem hieraticum significari videtur. Solinus c. 35. delubra quibus incubabat Apis, mystice thalamos nominabant i. e. figurate et notabiliter, ut supra explicuimus in L. I.

[*] Choeroboscus in Bekk. Anecd. Ind. p. 1429. Φλεὺς ὁ Διόνυσος, cujus nominis varias formas docte collegit Schneiderus in Lex. s. φλέω, Φλεών, Φλεύς, Φλυεύς, Φλοιός, quorum postremum minus recte interpretatur Jacobsius ad Anthol. Vol. II. P. II. p. 385. Hesychius: Φλέω, Διονύσου ἱερόν. Idem: Φλοιὰν τὴν Κόρην τὴν θεὸν οὕτω καλοῦσι Λάκωνες, quam latine Floram appellare possumus. cf. Heyn. ad Il. XIV. 387. Blomfield. ad Aesch. S. c. Th. 165. Apud Etym. 189. 40. Φεύς et Φλεύς legitur, quorum prius inter κοινολεκτούμενα refertur, hoc inter ea, quae οὐ συνήθη τοῖς Ἕλλησι, praepostere fortasse, nisi s. v. Φλῶ scribendum est φλύω et Φλυεύς.

niensibus ante Persarum incursum, Panis numen notum fuisse negat; inepte quidem, si Hymnum X. in Eleusiniis decantari audivit. De Priapo Strabo XIII. 588. ἀπεδείχθη θεὸς οὗτος ὑπὸ τῶν νεωτέρων· οὐδὲ γὰρ Ἡσίοδος οἶδε Πρίαπον· cujus numen Orpheus propitiat in H. V. Pausanias IV. 30. πρῶτος, ὧν οἶδα, ἐποιήσατο Ὅμηρος Τύχης μνήμην· cui consentiunt Lydus Mens. p. 44. et Macrobius Sat. V. c. 16. Idem L. VIII. 37. Τιτᾶνας πρῶτος εἰς ποίησιν εἰσήγαγεν Ὅμηρος· quorum utrisque singuli dicati sunt hymni. Idem I. 28. de Furiis πρῶτος δέ σφισιν Αἰσχύλος δράκοντας ἐποίησεν ὁμοῦ ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ θριξὶν εἶναι[**] unde Barthius ad Stat. Theb. I. 90. colligit Hymnos LXVIII. et LXIX. Aeschyli temporibus posteriores esse. Porro veteres doctos, qui Herculem a primo Stesichoro vel paullo ante eum clava et sagittis armatum narrant Athen. XII. 513. A. Schol. Ven. E. 494. qui Furias ob Orestae liberationem nomen Eumenidum accepisse prodiderunt Schol. Soph. Oed. Col. 42. qui Hesiodum Musis imposuisse vocabula. v. Varron. Fragm. p. 339. qui Gratiarum numerum et nomina Homero ignota fuisse volunt Schol. Ven. Ξ. 183. 276. Eustath. 976. 37. pariter qui Adonidis et Herculis consecrationem ib. T. 197. Σ. 117. deque Medusae caede fabulam, Hesych. s. Γοργώ, nec minus qui urbem Memphim Aristot. Meteor. I. 14. 424. F. postremo qui nomina ἄρωμα, στοιχεῖον, κόσ-

[**] Apulej. de Orthogr. p. 5. Furias Aeschylus primus finxit implicitos serpentibus crines habere.

μος, ὕλη, πρόνοια [n], γυμνάσιον sive γυμνάς [o] multo post eum in usum venisse contenderunt, hos igitur omnes manifestum est Hymnos nostros non legisse. Neque mihi opponat quisquam veteribus idem accidisse interdum, quod saepissime nobis, ut lectorum aut in totum oblivIscerentur, aut non in tempore meminissent; haud enim usque eo obliviosi fuerunt, ut tam inclyti tamque antiqui auctoris memoria ne uno quidem loco iis succurreret. Quid? quod ipse Proculus ejusque gregales, qui Orphicorum poematum copiis instructissimi assiduaque lectione penitus imbuti erant, nullum unum versiculum ex Hymnis protulerunt, quanquam ad sustinendam Theocrasiae causam, et ad omnes allegoricas ineptias appositissimis.

Solet vel summis ingeniis usu venire ut, si quid in transcursu adspiciant, veri specie fallantur. Itaque non miror Ruhnkenium haec scribentem in Ep. Crit. II. 128. Is qui Argonautica et Hymnos Orpheo subjecit, sive Onomacritus fuit, ut plures tradunt (at nemo tradidit) sive alius scriptor, certe meo judicio est vetustissimus. Nec Valckenarium, cujus haec sunt verba in Diss. de Aristob. p. 85. Hoc tamen unum dicere liceat, Hymnos, qui vocantur, ut multis modis meliora sic et mihi semper visa poemata cete-

[n] v. Lennep. ad Phalar. p. 167.
[o] Schol. Ven. ad Il. XXIII. 683. et Eustath. 1324. 24. cf. Baudelot Epoque de la nudité des Athlètes p. 191. in Mem. Acad. Paris. T. I. et Mueller Dorier T. II. 260.

ris antiquiora. Sed referam ceterorum judicia. Wyttenbachius in Bibl. Crit. P. VIII. 27. omnia Ruhnkenio assentans Hymnorum antiquitatem ita demonstratam esse dicit, ut nullus dubitationi locus relictus sit. Hermannus eos Argonauticis et Lithicis antiquitate praecellere putat, quanquam nonnullae eorum partes inferioris aetatis indicia afferant. Vossius autem in Epp. Myth. XIX. 120. hymnum XXVII. non Homero solum sed etiam scenicis poetis recentiorem arguens de ceteris nihil definit sed alios alium auctorem habere; quo omnis eorum usus tollitur, nisi quis doceat quo quisque tempore scriptus sit; nam pro veteribus uti, quae nemo scit an novissima sint, futilium est [oo]. Ac nonnullos versus ab interpolatoribus adscriptos esse codicum indiciis constat [p] sed generatim aestimantibus tanta est Hymnorum inter se similitudo et in verbis et in sententiis [q] ut unum potius quam plures auctores fuisse credam. Neque aliter judicarunt Meinersius et Schneiderus. Ille in Hist. doctr. de deo vero T. I. 197. semibarbarum quendam, graeci sermonis et moris haud peritissimum, longo post Platonem et

[oo] Quae Heynius olim de Hymnis judicavit, eos et antiquissimarum cosmogoniarum particulas et Platonicorum novitiorum sententias et tum mysteriorum decreta tum etiam populares superstitiones continere (v. Voss. Ep. Myth. I. p. 32.) ea fortasse vera sunt, sed eadem de Iliade Tzetziana dici possunt, si pro cosmogoniis et mysteriis substituas epopoeias et historias.

[p] Plures versus passim interponit codex Thryllitianus H. XIV. et XVI. Matritensis apud Iriart. Bibl. p. 87. Ambrosianus in Peyron. Not. Bibl. Taur. p. 68. Hymnus II. aliunde repetitus videtur, nam exordium Ἀείσομαι cantori convenit, non precatori, neque usurpatur in aliis.

[q] v. Epimetr. VI.

Euripidem tempore haec carmina composuisse putat; alter vero in Anall. Crit. p. 57. infimum Hymnorum fabricatorem aerae Christianae subjicit [r], quibus ego hactenus assentior ut tamen illi nonnullum veterum poetarum usum [s] et haud exiguam Theologiae mysticae et Orphicae scientiam [t] libenter tribuam. Caeterum, quousque legendo et scrutando penetrare potui, ante Tzetzas fratres, Johannem Diaconum [u] et C. Lascarin nulla Hymnorum mentio facta est; nam e Stobaei Florilegio, quo Gesnerus eos recepit p. 389. sq. rursus Tyrwhitti jussu demigrarunt. v. Gaisfordii Praefat. p. II. Postea vero quam una cum Platonicorum scriptis [x] per Europam divulgati

[r] Satis proterve Dupuis Origin. P. I. T. IV. p. 192. ces hymnes, quelqu'en soit l'auteur et malgré la défaveur, que *quelques soi-disant erudits* veûlent jetter dessus, contiennent les vrais principes de l'ancienne theologie des Grecs et ceux de la science sacrée de la nature. On peut moins les regarder comme une production des premiers siècles de l'ère chretienne, que comme un ouvrage des siecles les plus reculés, tiré de l'obscurité des sanctuaires etc. Ita fert rei publicae literariae libertas, ut doctissimis indoctissimi impune conviciari possint.

[s] Praestat ceteris Hymnus XXXVII. in quo choreae Cureticae descriptio poetico calore non vacat, sed fortasse ex imitatione vetustioris poetae; nam imagines istae satis tritae sunt. cf. Aristoph. Avv. 777.

[t] Hanc ostendunt nomina Misae et Hippae II. XLII. et XLIX. Corybas a fratribus occisus XXXIX. Hercules *πρωτόγονος* XII. Ericapaeus IV. et quod Ceres Eubuli mater dicitur XLI. Furiarum Proserpina XXIX. et LXX. Mercurius *χθόνιος* Bacchi et Veneris filius LVII. et quae de Bacchi somno traduntur LIII. ejusque apud Proserpinam educatione XLVI.

[u] Ad Theog. v. 381. p. 471. *Κοσμοκράτορας καὶ σημάντορας καὶ φερεσβίους καὶ καρπίμους καὶ ἀστεράρχας καὶ δεσπότας κόσμου καὶ πιστοὺς φύλακας καὶ ῥιζωτῆρας πυρόεντας καὶ ὡροτρόφους καὶ χρόνου πατέρας προςαγορεύει ὁ Ὀρφεὺς ἐν τοῖς θυμίοις ἀρώμασι· σύγγραμμα δὲ τοῦτο Ὀρφαϊκόν.* Illa sunt epitheta solis, Lunae et Astrorum H. VI. — VIII.

[x] Cf. Heeren Gesch. der alten Literatur T. I. p. 40.

sunt, mendax titulus doctorum oculos ita praestrinxit, ut venerabundi quasi ad adyti limen consisterent Pieriique cantoris vocem ex occulto sibi exaudire viderentur. Et quis error aut blandior aut magis indulgendus temporibus illis quum libros Sibyllinos, oracula Zoroastrea, philosophiam Hermeticam, subjectasque Sophocli et Euripidi sententias pias atque orthodoxas ne aura quidem suspicionis afflasset, quumque Orpheo suffragarentur Platonici, Platonicis Dionysius Areopagita, doctor Seraphicus? Itaque Camperius Simphorianus in Theologiae Orphicae libro primo c. III. et IV. Steuchus Eugubinus in toto opere de perenni philosophia, Scipio Agnellus in Dissertatione de Ideis C. II. et maxime ille mirabilis sciendi ac nesciendi auctor Marsilius Ficinus Orphei hymnos frequentissime ad partes vocant, ejusque cum Pythagora et Platone, denique cum omnium gentium et aetatum philosophis consensum et cum ipsa sacra scriptura amicam conspirationem hinc demonstrant [w], non mentiendi causa, ut quidam, sed quod tum omnes sibi ita persuaserant, mysterii divini quandam notitiam ad cunctas permanasse nationes. „In „rebus, inquit, quae ad Theologiam pertinent, „sex olim summi Theologi consenserunt, quorum „primus Zoroaster, magorum caput, secundus „Mercurius Trismegistus princeps sacerdotum Ae„gyptiorum; Mercurio successit Orpheus, Orphei

[w] Ficin. Comm. in Plot. III. 4. 371. IV. 4. 432. VIII. 3. 340. de Sole et Lumine c. VI. p. 103. a.

„sacris initiatus fuit Aglaophemus, Aglaophemo „in Theologia Pythagoras, Pythagorae Plato, qui „universam eorum sapientiam suis literis compre„hendit“[x]. Hoc est, ni fallor, quod dudum ejectum nuper remandere coacti sumus. Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν. Aegrius ignoscitur Pico Mirandulano, qui juvenili quadam vanitate in Conclusionibus suis illa quoque de Orpheo aenigmata proposuit p. 106. Opp. Ed. Basil. „Sicut secretam „Magiam a nobis primum ex Orphei Hymnis eli„citam fas non est in publicum explicare, ita „nutu quodam eam per aphorismorum capita de„monstrasse utile erit ad excitandas contempla„tivorum mentes. Nomina deorum, quos Orpheus „canit, non decipientium daemonum sed virtu„tum divinarum sunt nomina. Sicut Hymni Da„vid operi Cabalae mirabiliter deserviunt, ita „Hymni Orphei operi naturalis Magiae. Tantus „est numerus Hymnorum Orphei, quantus est „numerus cum quo deus triplex creavit seculum, „sub quaternarii Pythagorici forma numeratus. — „Qui nescierit perfecte sensibiles proprietates per „viam secretae Analogiae intellectuarizare, nihil „ex Hymnis Orphei sanum intelliget. Idem sunt „Curetes apud Orpheum et potestates apud Dio„nysium. Idem est Typhon apud Orpheum et „Zamael in Cabala. Idem est nox apud Orpheum „et Ensoph in Cabala.“ Omitto reliqua, quae sunt ejusdem generis. Pico similis ventilator Agrippa a Nettesheim haec expiscatus est de oc-

[x] Ficin. de Immort. Anim. XVII. 1. 386.

cult. Phil. L. II. c. 58. p. 203. „Animarum coe-„lestium nomina multa admodum sunt atque di-„versa pro multijuga earum in inferiora potentia „atque virtute, a quibus diversa nomina sortitae „sunt, quibus veteres in eorum hymnis et invo-„cationibus usi sunt. Circa quod advertendum, „quod unaquaeque ejusmodi animarum secundum „Orphicam theologiam duplicem dicitur habere „virtutem, unam in cognoscendo positam, alteram „in vivificando. Hoc modo in Sphaeris coelesti-„bus priorem illam virtutem Bacchum Cribronium „(*Λικνίτην* H. XLV.) et Musam Calliopen, in „coelo stellato Picionium (*Περικιόνιον* H. XLVI.) „et Uraniam. In coelo Saturni Amphietum (H. LII.) „et Polyhymniam, in coelo Jovis Sabasium (H. „XLVII.) et Terpsichoren, in coelo Martis Bassa-„rium (H. XLIV.) atque Clio" etc. quae a Ficino De immort. Anim. L. IV. c. I. p. 131. didicit. Haec igitur est illa sublimis de rebus mythologicis philosophandi ratio, quae quum jam diu exaruisse videretur, nuper quasi e radicibus repullulavit. Agmen claudat Athanasius Kircherus, cujus e multis vagisque disputationibus unum hoc delibo, quod in Explic. Tabulae Isiacae Oed. Aeg. T. III. p. 123. tanquam ex Hymnis sumtum profert: „Haec omnia sane graphice describit Orpheus: „*σκηπτοῦχε κλεινοῖο πόλου πολυώνυμε, σεμνή, ἣ* „*κατέχεις κόσμοιο μέσον θρόνον· ὅς θ᾽ ἀπὸ ἄρκ-* „*του Ἐννεάδος σήμαντρα ἔχεις.* Dicit Hecataeus „apud Clementem Alex. novenario Boream pla-„gam indicatam fuisse ab Aegyptiis, et Psellus ἡ

„*δύναμις πανδεχὴς τοῦ ἄρκτου κυριεύει ἐννέα ση-*
„*μάντροις σεβαστοῖς*“. Priora verba leguntur in H. XXVI. usque ad *μέσον θρόνον*· sequentia, quae fortasse alieni sigilla Apocalyptica in memoriam revocant, unde acceperit, non reperio, neque plus scio de alio loco p. 128. „Anticlides „in hymno Solis *Ἥλιος δὲ νότοιο ἄναξ, ἱέραξ* „*πολύμορφε*“; quae ne ab homine fraudulento conficta putemus obstat sermo graecus cujus ille vix pueriliter eruditus fuit.

XXXV. *Φυσικά* v. P. II. c. 17.

XXXVI. *Χρησμοί· οἳ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον* Suid. Hunc Musaei oracula interpolasse constat; de Orpheo errare videtur Suidas. Versum, qui huc referri potest, supra exhibuimus C. I. n. IV.

XXXVII. *Ὠοθυτικὰ ἢ Ὠοσκοπικά*. Horum argumentum quodammodo conjicere possumus e Schol. Pers. 185. S a c e r d o t e s, q u i e x p l o r a n d i s p e r i c u l i s o b s e r v a t i o n e m f a c i e b a n t, o b s e r v a r e s o l e b a n t o v u m i g n i i m p o s i t u m, u t r u m i n c a p i t e a n i n l a t e r e d e s u d a r e t; s i a u t e m r u p t u m e f f l u x e r i t, p e r i c u l u m p o r t e n d e b a t e i, p r o q u o f a c t u m f u e r a t s a c r u m. Antiquissimum hujus divinationis exemplum praebet Hermagorae Amphipolitani, qui Persaeum audivit, liber a Suida memoratus *Ἔκχυτον, ἔστι δὲ ᾠοσκοπία*. Inter genera *μαντειῶν*, quae Josephus in Hypomnestico recenset, non deest *ᾠοσκοπική* in Fabric. Cod. Pseudep. c. 143. et Gallandi Bibl. T. XIV. p. 72.

PARS SECUNDA SPECIALIS.

CARMINUM ORPHICORUM RELIQUIAE.

Quidquid horum a nobis reperiri potuit, in duas divisimus partes, quarum prior complectitur quaecunque notam carminis, unde excerpta sunt, appositam habent; alteri parti subjiciemus fragmenta indefinita nullique certo loco adscripta. Sunt autem in universum tredecim vel quatuordecim poemata, quorum et nomina et nonnullae particulae ad nostram aetatem pervenerunt.

Cap. I.

Ἀστρονομικά, Γεωπονικά, Ἔργα καὶ Ἡμέραι Δωδεκαετηρίδες.

§. 1.

Orphei carmen de diebus faustis, atris, religiosis pluries allegant veteres Hesiodi interpretes, Proculus ad DD. v. 763. *αἱ περὶ τῆς τῶν ἡμερῶν ἐκλογῆς καὶ ἀπεκλογῆς παραινέσεις ἔχουσι μὲν τὰς ἀρχὰς ἐκ τῶν παρατηρήσεων, ἄλλαι δὲ*

παρ' ἄλλοις ἐκράτησαν, ἐπεὶ καὶ παρ' Ὀρφεῖ τινες αὐτῶν διακρίσεις καὶ ἐν τοῖς Ἀθηναίων πατρίοις [a] *διωρίσθησαν, αἱ μὲν ἀγαθαί τινες, αἱ δὲ φαῦλαι, μέσαι δέ τινες εἶναι. Καὶ οὐχ ὅλας ἡμέρας μόνον ὑπέλαβόν τινες εὐκαιρίαν ἔχειν πρὸς καταρχάς τινων πράξεων ἀλλὰ καὶ μόρια, ὁτὲ μὲν τὰ ἑωθινὰ ἐπαινοῦντες, ὁτὲ δὲ τὰ περὶ δείλην ὀψίαν, ὅπου δὲ καὶ τοῖς μὲν θεοῖς οἰκεῖα τὰ πρὸς μεσημβρίαν, ἥρωσι δὲ τὰ μετὰ μεσημβρίαν* [b]. **Idem ad v. 766. ubi Hesiodi operis formam delineat:** *τὴν τριακάδα πεποίηται ἀρχὴν — — — μετὰ δὲ ταύτην ἀπὸ νουμηνίας ἀρξάμενος ἐπαινεῖ τὴν ἕνην, τὴν τετράδα, τὴν ἑβδόμην. Ἡ μὲν οὖν πρώτη, ὡς ἀρχή, θεῶν ἐστι· καὶ γὰρ πᾶσαν ἀρχήν φησι Πλάτων εἶναι θείαν· καὶ γενέθλιος αὕτη καλεῖται τοῦ μηνός· καὶ ὁ μὴν ἐν αὐτῇ παρ' Ὀρφεῖ προσαγορεύεται Μονόκερως μόσχος. ἁπλῶς μὲν γὰρ ὁ μὴν ὡς γενέσεως ἐργάτης λέγεται βοῦς, ὡς δὲ πρώτην ἔχων τότε τῆς οἰκείας οὐσίας τὴν ἔκφασιν Μόσχος, καὶ διὰ τὸ μοναδικὸν Μονόκερως.* **Hoc Proculi scholion delibavit Eustathius p. 173. et 1818. 10.** *ἕνος ὁ ἐνιαυτὸς παρὰ τὸ εἷς ἑνός, ἵνα κατὰ τὴν ἕνην καὶ αὐτὸς εἴη βοῦς μόσχος μονόκερως, βοῦς μὲν διὰ τὸ ἐργατικὸν τῆς γενέσεως, μόσχος δὲ διὰ τὸ ἀεὶ νεάζειν, μονόκερως δὲ διὰ*

[a] Proculus haec e Philochori libro *περὶ ἡμερῶν*, quem passim nominat, et Clitodemi Exegeticis sumsisse videtur.

[b] Pythagoras jussit *ἥρωσι θύειν ἀπὸ μέσου ἡμέρας* Diog. La. VIII. 33. *Ἔθος πρὸς δυσμὰς ἱερουργεῖν τοῖς ἥρωσι, κατὰ τὰς ἀνατολὰς τοῖς θεοῖς* Schol. Pind. Isthm. IV. 110. *Ἱερὸν ἦμαρ, τὸν πρὸ τῆς μεσημβρίας καιρὸν, ἀπὸ πρωῒ ἕως δείλης· κατὰ τοῦτον ἔθυον τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τοῖς καταχθονίοις* Etym. M. VIII. 468. 31. cf. Schol. Apoll. I. 587. Eustath. p. 698. 35. et 832.

τὸ μοναδικόν, nec dubitare videtur, quin illa tria sint Orphei verba, cui tantummodo duo tribui possunt μόσχος μονόκερως, non illud tertium, quod interpretationis loco appositum est, βοῦς. Mensis enim exordium μόσχος dicitur tanquam tenella propago; nam nomina κόρος, ὄζος, ἔρνος, ὄρπηξ, ἄρνες (v. Gutberleth. de Saliis p. 145.) latinumque pullus, nepos et alia animantibus fruticibusque communia sunt; μόσχοι οἱ μικροὶ βλαστοί Hesych. et Eustath. p. 834.[*] et contra ἔρνυγες apud Aristotelem cornua significat; quo minus mirandum, poetam symbolicarum loquutionum amantissimum nomen μονόκερως ab uno genere ad alterum transtulisse. Ex eodem Orphei carmine caetera quoque, quae Proculus de discrimine deorum adnotat, procul dubio sumta sunt: Ὀρφεὺς εἶπε περὶ τῶν ἡμερῶν τούτων ἄλλας ἐπαινῶν καὶ ἄλλας ἐκβάλλων· καὶ Ἀθηναῖοι κατὰ τὴν παρατήρησιν ἴδια περὶ αὐτῶν ἐδόξασαν ad v. 820. Εἰ δὲ, ὥς φησιν Ὀρφεὺς, τῇ ἄτῃ ἀνεῖται ἡ ἑπτακαιδεκάτη καὶ διὰ τοῦτο τῇ τε τομῇ τῆς ὕλης ἐστὶν οἰκεία καὶ τῇ τοῦ καρποῦ γυμνώσει τῶν περικαρπιῶν, ὁ Ἡσίοδος οὐκ ἀμούσως τούτοις τοῖς ἔργοις ἀνῆκε τὴν ἡμέραν ad v. 824. Quomodo vero carmen illud inscriptum fuerit, dicere praetermisit; sed ex crebra ejus cum Hesiodio libro comparatione colligi potest, aut idem ei aut simile fuisse elogium; neque non ipse Proculus Operum Orphei nomen prodidit ad v. 126.

[*] Μόσχευμα πᾶν τὸ ἁπαλόν Schol. Nic. Alex. 858. cf. Scalig. ad Varr. R. R. I. c. 31.

τὸ ἀργύρεον ἔνιοι τῇ γῇ ἀκούουσι (fort. οἰκειοῦσι) λέγοντες ὅτι ἐν τοῖς Μεγάλοις ἔργοις τὸ ἀργύρεον [d] τῆς Γῆς γενεαλογεῖ, nempe Orpheus, cujus in antecedentibus mentionem habuit. Et consentit Tzetzes Prooem. p. 17. Ἡσιόδου Ἔργα καὶ Ἡμέραι τὸ βιβλίον ἐπιγέγραπται πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν τοῦ μεγάλου [e] Ὀρφέως ἔργων καὶ ἡμερῶν ὧν [ἔργων Ὀρφέως ἤτοι τοῦ περὶ Γεωργίας] οὕτως ἐστὶν ἡ ἀρχή

Εἰ δὲ γεωπονίης σε φιλομβρότου ἵμερος αἱρεῖ,
καί τ' ἐπὶ χρυσείης γενεῆς ἐντύνεαι ἔργα
γαῖαν ἐπὶ ζείδωρον ἄγων εὐκαμπὲς ἄροτρον
ἢ γυροῖς ἐνὶ κλῆμα Μεθυμναίου λελίησαι
καταθέμεναι καὶ λαρὸν ὀπώρης εἶδαρ ἑλέσθαι
ἱμείρῃ, σχυπάνῃ τε λαχῆναι ἄμβροτον αἶαν,
αὐτίκα δή τοι πᾶσαν ἐτητυμίην καταλέξω,
ὅππως ἂν πάνδια σεληναίη πεπίθοιτο
ὄμπνιά σοι Δήμητρος ἀερσινόοιό τε Βάκχου
δῶρ' ἀναπεμπέμεναι καὶ ἐπηετανὸν ὄλβον ὀπάζειν.

Καὶ τῶν μὲν Ἔργων Ὀρφέως οὕτως ἐστὶν ἡ ἀρχή. αἱ δὲ ἡμέραι ἤτοι αἱ Ἐφημερίδες αὐτοῦ ἄρχονται οὕτως

Πάντ' ἐδάης Μούσαις θεοφραδές· εἰ δέ σ' ἀνώγει
θυμὸς ἐπωνυμίας μήνης κατὰ μοῖραν ἀκοῦσαι,
ῥεῖά τοι ἐξερέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
οἵην τάξιν ἔχοντα κυρεῖ· μάλα γὰρ χρέος ἐστὶν
ἴδμεναι, ὡς αὕτη παρέχει κλέος ἄντυγι μηνός.

[d] Τὸ ἀργύρεον sc. γένος emendat Lenzius p. 18.

[e] Lenzius p. 18. τῶν μεγάλων τοῦ Ὀρφέως ἔργων, ut hoc discrimine ab Hesiodeis distinguantur Orphica; sed ad hanc rem poetarum ipsorum nomina apposita sunt. Hesiodi quoque carmen ἔργα μεγάλα vocat Athenaeus VIII. 364. B. quanquam posterior vox a Ruhnkenio ejicitur.

et omissis duobus postremis versibus in Chil. XII. 149. τῶν Ἐφημερίδων Ὀρφέως ἀρχὴ τόδε Πάντ' ἐδάης Μουσαῖε — βάλλεο σῇσιν, ubi pro ἀκοῦσαι mendose editum ἀεῖσαι. Hinc igitur cognoscitur, duo fuisse Orphei poemata; unum Ἔργα, alterum Ἡμέραι [f], quorum hoc etiam Ἐφημερίδες inscriptum, illud περὶ Γεωργίας. Nam illa Tzetzae verba, quae nos uncis inclusimus: ὧν ἔργων Ὀρφέως ἤτοι τοῦ περὶ Γεωργίας, editores autem consultu Heinsii ut foedum glossema texto ejecerunt, codicis praestantissimi auctoritate retinenda sunt. Neque labefactatur haec nostra sententia alio Tzetzae loco ad Lyc. 83. Δρύκαρπα πᾶσαν ὀπώραν σημαίνει, ὥς πού φησιν ἐν ταῖς Δωδεκαετηρίσιν Ὀρφεύς

Βάλλειν ἔρνεα πάντα, τά τε δρυὸς ἄκρα ***

quem versum idem in Chil. IV. 128. ex Orphei Georgicis profert cum octo aliis: Μέμνηται ταύτης καὶ Ὀρφεὺς ἐν Γεωργίᾳ γράφων:

Ἀστραίη κούρη δὲ πέλει πρὸς ἅπαντα φερίστη
σπέρματα, καὶ δὲ φυτοῖσιν ἐναίσιμος, ἔν τε βόθροισι
βάλλειν ἔρνεα πάντα, τά τε δρυὸς ἄκρα λέγονται,
οἴνας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ στυγέει περίαλλα
Ἰκαρίου κούρη ληνοὺς καὶ ἀδευκέας οἴνας,
μνωομένη ὅσα λυγρὰ Διωνύσοιο ἕκητι
Ἀκταῖοι μήσαντο, μέθῃ δεδμημένοι αἰνῇ
Ἰκάριον, καί μιν στυφελαῖς κορύνῃσι δάϊξαν
σφαλλόμενοι δώροισι χοροιμανέος Βάκχοιο.

[f] Eustathius p. 1840. 55. εἰπεῖν δὲ ὅτι — πρὸς τὰς ἡλιακὰς ἡμέρας βιοῦμεν, ὁποῖόν τι καὶ τοῦ Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδου περὶ Ἡμερῶν etc.

Dodecaeteridum autem longe aliud quam Operum fuisse initium, docet Chiliadum auctor. l. c.

> Δεῦρό νυν οὔατά μοι καθαρὰς ἀκοάς τε πετάσσας
> κέκλυθι τάξιν ἅπασαν ὅσην τεκμήρατο δαίμων
> ἔκ τε μιῆς νυκτὸς ἠδ' ἐξ ἑνὸς ἤματος αὔτως.

unde aliquis suspicetur Orphei Dies sive Ephemerides ab eo carmine, quod *περὶ Γεωργίας* inscriptum fuit, longe sejungendum esse, quippe diverso prooemio, *Πάντ' ἐδάης Μουσαῖε*, inductum. Sed haec inter se conciliari poterunt, si statuimus id quod ex argumento versus e Georgicis allati (*βάλλειν ἔρνεα*) patescit, Dodecaeterides partem fuisse ejus carminis, quod *Γεωργία* vocatur et altero nomine *Ἔργα*. Quae cum unica ratio sit varios Orphicorum poematum titulos et prooemia componendi, sic concludo, unum grandiusculum opus generatim *Ὀρφέως Ἔργα καὶ Ἡμέραι* inscriptum duo comprehendisse poemata, quorum prius *Ἔργα* et interdum a potiore parte *περὶ Γεωργίας* nuncupatum Dodecaeterides sibi adjunctas haberet, posterius autem nominaretur *Ἡμέραι* sive *Ἐφημερίδες*, planeque simile esset Ephemeridi mathematicae, qualem Juvenalis VI. 569. Plinius XXIX. 1. et Ammianus Marc. XXVIII. 4. 433. significant. Eorum autem omnium exordia servata sunt, primae partis *Εἰ δὲ γεωπονίης*, postremae *Πάντ' ἐδάης*, et Dodecaeteridis, quae, ut mea fert opinio, utrique interjecta fuit: *Δεῦρό νυν οὔατά μοι κ. τ. ἑ.* Utrum autem haec tria carmina ab eodem poeta condita et uno filo deducta an a Criticis ad unius perpetui operis

formam revocata fuerint, interpositis ejusmodi exordiis, quibus unum ad alterum referretur et quasi agglutinaretur, id scire nemini concessum; sed ipsum illud Εἰ δὲ γεωπονίης sermonis continuati indicium praebet, neque incredibile videtur illas viginti quatuor rhapsodias, quarum veteres meminerunt (v. P. II. C. V. §. 5.), ità fuisse inter se contextas ut partes unius corporis esse appareret, quam ad rem tum illam Theogoniae praefationem Δωδεκάτην δὴ τήνδε παραὶ σέο ἔκλυον ὀμφήν (v. C. V. §. 1.) tum hanc Musaei appellationem idemtidem repetitam et Palinodiae ipsi praemissam spectasse arbitror[g]. Sed jam horuncce carminum particulas per saturam exhibebo.

[g] Simili quodam artificio suspicor poetarum epicorum carmina ab ipsis separatim edita per diasceuastas ad speciem cycli copulata et quae ad commissuram necessaria viderentur, adjecta esse, interpositis uno aut pluribus versibus, quibus unius poematis exitus alterius exordio adaptaretur, quod quam facile effectu fuerit, exemplo Timolai et Idaei Rhodii docemur, quorum uterque singulis Homeri versibus singulos suos subtexuit et quidem per totam Iliadem et Odysseam, *παρεμβαλὼν στίχον στίχῳ*. Iliadis in quibusdam exemplaribus hoc fuit exordium:

> Ὣς οἵ γ᾽ ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος· ἦλθε δ᾽ Ἀμαζὼν
> Ἄρηος θυγάτηρ μεγαλήτορος ἀνδροφόνοιο.

quo additamento Amazonia, quae Suidas inter Homeri opera refert, Iliadi subtexta videutur, similiterque Aethiopis, Halosis et cetera, quae ad cyclum Trojanum pertinent. Ceterum arbitror nomen cycli bifariam dici, partim de numero carminum diversorum, quae similitudine argumenti quodammodo congruerent nec tamen in unum corpus relata essent, sicut hodie scriptores rerum Anglicarum, Italicarum, Polonicarum plerique separatim extant; partim de complexu et collectu certorum carminum quae a diasceuastis in unum volumen transscripta atque ita sibi accommodata essent, ut seriem quandam historiae efficerent, additis, quae ad integritatem narrationis deessent, contrariisque recisis, quod in illo scribendi genere, quo Cyclici usi sunt, sine dubio facillime effici poterat. Praeter illum autem imaginarium cyclum et hunc, qui pro cujusque copiis modo plura modo pauciora carmina continebat, tertius, ut opi[illegible]r, fuit is cujus auctor ferebatur Ho-

§. 2.

Tzetzes ad DD. v. 780. *Ὀρφεὺς ἐν τῷ περὶ Γεωργίας οὐ τὴν ἁπλῶς ἡμέραν τῆς σελήνης τὴν τοιάνδε λέγει λυσιτελῆ ἢ καὶ ἀνόνητον, ἀλλ' ὅταν τοιῶςδε σχηματισθῇ καὶ συντρέχῃ ζῳδίοις τε καὶ ἀστράσιν.* Et ad v. 568. *οὕτως μὲν Ἡσίοδος τυχαίως καὶ ἁπλῶς φησιν ἀροτριᾷν καὶ σπείρειν — Ὀρφεὺς δὲ μαθηματικῶς πάντα παρακελεύεται δρᾷν. Οἷον σελήνης τρεχούσης περὶ παρθένον πάντα φυτεύειν πλὴν μόνων ἀμπέλων· μισεῖ γὰρ ἡ παρθένος τὴν ἄμπελον διὰ τὸν πατέρα Ἰκάριον. Διὸς ὑδροχόον περιπολεύοντος μὴ πλεύσῃς, χαλεπὴ γὰρ τότε ἡ θάλασσα. Τοῦ αὐτοῦ Διὸς ἐν ἰχθύσιν ὄντος καλὸν γάμους ποιεῖν, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως·* quorum priorem partem ad Georgica proprie sic dicta pertinere Icarii nomen ostendit, universa ad carmen *Ἔργων* referenda esse, plura vitae actuosae negotia complexum, ex argumenti varietate intelligitur. Itaque desinit mirum esse, quod neque Columella I. 1. 428. neque Plinius in recensu Geoponicorum, ac ne Graeci quidem rei rusticae scriptores Orphei Georgica commemorent [h], si quidem hic non quid faciat laetas segetes et cetera boni agricolae officia sed dierum observa-

merus, Thebaidem cyclicam, Epigonos, Iliadem, Amazonia, Odysseam cyclicam (v. Buttmann. ad Schol. Med. p. 574.) et Nostos complexus. Sed de hoc plura alias.

[h] v. P. I. c. VI. §. 2. N. VII. Scaliger ad Man. II. 19. Manilium Orphei Georgica legisse putat sed falso titulo Operum Hesiodi inscripta, eoque factum esse ut multa Hesiodo tribuat, quae apud eum non legantur. Verum nec Orphei Georgicis conveniunt quae ille narrat, et discrepantiae causa, ut aliquot locis significavimus, aliunde repetenda.

tionem superstitiosam docere professus est. Sed pergam ad caetera. Tzetza ad v. 763. κατάρχεται καί φησιν ὁποία τούτων ποίῳ τῶν ἔργων καθέστηκε χρήσιμος συγκεχυμένως καὶ ψευδῶς καὶ οὐχ, ὥςπερ ὁ μέγας Ὀρφεὺς, διδασκαλικῶς καὶ τεχνικωτέρως. Ἐκεῖνος γὰρ οὕτω φησὶ

> Πρῶτον μὲν πρώτῳ ἐνὶ ἤματι φαίνεται Ἄρης,
> μήνη δ' εἰς τ' Ἄρην ἐπιτέλλεται· ἴσχεο δ' ἔργων.
> τῆδε γὰρ ἐξανύσασα φύσιν δίπερον ἀναφαίνει.
> αὐτὰρ ἐπὴν τρίτον ἦμαρ ἀπόπροθεν ἠελίοιο,
> πᾶσιν ἐπιχθονίοισι φυτοσπόρου αἰτίη ἀλκῆς.
> τετράδι δ' αὐξομένη πολυφεγγέα λαμπάδα τείνει.

καὶ καθεξῆς πέντε, ἕξ, ἑπτὰ μέχρι τῆς τριακοστῆς. quorum duo primores versus vereor ne vitium contraxerint φαίνεται Ἄρης pro φαίνετ' ἀραίη μήνη, ὅτ' εἰς Ἄρην etc. Idem ad v. 764. τὴν τριακοστὴν οὗτος ἀγαθὴν λέγει, ἣν Ὀρφεὺς φαύλην πᾶσιν ἔργοις φησὶ, δοσοληψίαις [1] δὲ μόναις ἐσθλήν· quae fortasse ex libro Ephemeridum desumta sunt. Sed haec priusquam absolvamus, Wesselingii occurrendum est argumentationi, qui quum versus, quos Johannes et Isaacus Tzetzes Orpheo adscribunt, in Maximi carmine apotelesmatico reperisset iisdem omnibus verbis, illud par nobile fratrum communi errore pro Maximo Orpheum citasse auctorem, credere inductus est. Eamque opinionem amplexus Tyrwhittus in Praefat. ad Lith. LVIII. haec scribit. „Incidit forte

[1] Nomen δοσιληψία a Schneidero addubitatum h. l. reponendum. Ptolemaeus Tetrab. L. IV. p. 46. ὁ τοῦ Ἑρμοῦ ποιεῖ τοὺς ἀπὸ δόσεων καὶ λήψεων ἐργαζομένους, id est mensarios, propolas etc.

„Tzetzes in librum omnia haec poemata (Ephe-„merides, Dodecaeterides, Georgica) simul conti-„nentem; in quo libro quum primum locum oc-„cuparent Ephemerides, quae, utpote Musaeo in-„scriptae, ad Orpheum auctorem pro more refe-„rendae viderentur, ipse properanter et incaute „caetera etiam in eodem libro poemata Orpheo „tribuenda existimavit. — Poema περὶ Γεωργίας, „ex quo velut Orphei multos versus protulit Tze-„tzes, satis jam constat non aliud fuisse ab illo, „quod vulgatum est sub titulo *Μαξίμου περὶ κα-ταρχῶν*." Hanc sententiam impugnat Lenzius in Dissert. de Orphei Opp. et DD. duobus potissimum argumentis, primo, quod ex hoc carmine versus afferuntur complures, quorum nullum in Maximi poemate vestigium cernitur; neque id codicis defectu excusari posse, nam exordium quidem carminis hujus amissum sed eam partem, quae est de operibus rusticis, integram esse et incorruptam; secundo, quod non solus Tzetzes sed etiam Proculus Orphei *Ἔργα* commemoravit v. §. 1. Utrumque argumentum levicalum est; hoc, quia sciri non potest, utrum carmen, cujus Proculus meminit, idem sit a Tzetzis usurpatum an aliud, nec omnino quaeritur fueritne Orphei quoddam carmen *Ἔργα* inscriptum, sed an hoc, quod Tzetzae tractarunt, Maximo potius quam Orpheo tribui debeat. Contra alterum hoc dici potest, non constare certo, e Maximi carmine multa an pauca exciderint; sed pro argumenti amplitudine breve ac mutilum videri. Nam illa

octo vitae negotia, quae persequitur Maximus, quota pars sunt materiae ad tractandum propositae? Ille tantummodo de lunae cum dodecatemoriis congressu agit; de duodecim locorum potestatibus, de adspectibus seu radiationibus stellarum, de trigonis, quadratis, diametris et quomodo pro ratione cujusque genituræ sint eligenda idonea tempora actionum, de his igitur et aliis rebus quas Zahel et ceteri auctores de Electionibus tractant, nullum verbum legitur; quin ne lunae quidem ad reliquos planetas applicationes enarrat, de quibus Firmicus in primis libri quarti capitibus multa tradit; quo major est suspicio, minimam totius operis partem ad nostra tempora servatam esse. Quae quum ita sint, non miror quod Hermannus in Praef. p. VIII. Lenzii argumentis adduci se negat, ut carmen Orpheo adscriptum ab eo, quod Maximus edidit, diversum putet. Sed suppetunt aliae graviores rationes. Primum Tyrwhittus ponit, inter varia diversorum auctorum opuscula eodem volumine comprehensa principem locum occupasse Ephemerides Orphei nomine insignitas et ex eo Tzetzarum errorem natum, ut Maximi carmen his subjunctum Orpheo tribuerent, cujus nomen in protocollo invenissent. Nos vero, sive Hesiodei operis descriptionem consideramus ab imitatoribus haud dubie servatam, sive Ephemeridis ipsius initium *Πάντ' ἐδάης* — quo velut colophone addito Musaei institutio consummatur, Orphei *Ἡμέρας* ejus *Ἔργοις* subjectas potius quam praemissas fuisse

intelligimus. Deinde si Orphei *Γεωργία* sive *Ἔργα*, in Tzetzarum codice scripta, nihil aliud sunt quam hoc Maximi carmen, sequitur, hos versus, quos Tzetzae ex Orpheo nulla cum operis notatione afferunt:

Νῦν δ' ἄγε μοι κούρη Πιμπληιάς, ἔννεπε Μοῦσα

ad Lyc. 275. et 410. in Exeg. p. 31. et Chil. VII. 91. 949. [k] et

Οὐδ' ἦν Ἰφίκλοιο θοώτερος αὐδάζοιο,
ὅςτε καὶ ἀνθερίκεσσιν ἐπέτρεχεν, οὐδέ τι καρπὸν
σίνετ' ἀήσυρα γυῖα φέρων ἐπὶ λήιον αὖον [l]

in Chil. II. 92. 605. Exeg. p. 26. et hunc

Εἰ μὲν γὰρ στείχῃσιν ἐπ' ἀρνειοῖο θοοῖο

in Exeg. p. 33. qui omnes apud Maximum leguntur, in illo quoque carmine, quod Tzetzae Orphei *Ἔργα* vocant, inventos esse. Jam vero hujus carminis, ut iidem narrant, hoc principium fuit: *Εἰ δὲ γεωπονίης σε φιλομβρότου ἵμερος αἱρεῖ.* eaque in re errare omnino non potuerunt. Apparet igitur versus paullo ante a nobis allatos, *Νῦν δ' ἄγε* et *Οὐδ' ἦν* et *Εἰ μὲν*, in Tzetzarum exemplari huic prooemio postpositos fuisse. At in Maximi carmine versus primus, quo Musa invocatur, est centesimus quadragesimus primus,

[k] Tribus postremis locis legitur *Λειβηθριὰς ἔννεπε Μοῦσα*, accommodate ad Orphei personam, idemque reponendum Exeg. p. 50. pro *Κωνσταντιάς*, quod e Maximi carmine huc transfluxit; nam tantus certe Tzetzae stupor non fuit, ut Orpheum pro Constantinopolitano haberet.

[l] *Λήιον ἄκρον* emendat Wakefield. in Silv. Crit. P. III. 141. ut in homerico loco legitur et apud Hesiodum Fragm. II. *ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν οὐδὲ κατέκλα.* v. Interpr. ad Lucian. Quom. Hist. scrib. §. 8. p. 478. T. IV. qui in L. pro Imagg. §. 20. p. 47. T. IV. hunc versum usurpat, non illum homericum.

tres sequentes de Iphiclo sunt v. 402—424. decem autem, quos Tzetzae in principio Operum legerunt *Εἰ δὲ γεωπονίης* etc. his omnibus posteriores sunt v. 456—465. quorum ultimum excipit ille *Εἰ μὲν γὰρ στείχῃσιν* —. Sequitur ergo Maximi carmen aut olim longe alio quam nunc decucurrisse ordine, aut ab Orphei Operibus fuisse diversum. Quanto autem ad fidem promtius est, Maximum complures locos ex Orpheo ad se transtulisse mutato subinde ordine, quam idem poema in codicibus ita perversum et conturbatum esse, ut quae in uno praecederent, sequerentur in altero? Deinde Tzetzae plures afferunt Orphei versus, qui perspicue ad agri culturam pertinent:

Σηκάζειν πυρούς τε καὶ ἀστάχυας κατ' ἀλωάς.
ἀνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ
κρίνῃ, ἐπειγομένων ἀνέμων, καρπόν τε καὶ ἄχνας.

in Exeg. p. 26. et ibidem

Σμήνεα δ' ἐργάζοιο μελισσάων ἀδινάων

et ad Hes. Opp. 502. *τὰ ἔπη ἐκ τῶν Ὀρφέως μετεβλήθη. φησὶ γὰρ*

Πολλαὶ δ' οὐρανόθεν καὶ ἐπαρτέες ἐκ νεφελάων
τῆμος ἐπόρνυνται φηγοῖς καὶ δένδρεσιν ἄλλοις
οὔρεσί τε σκοπέλοις τε καὶ ἀνθρώποις ἐριθύμοις
πηγυλίδες, καὶ ἔσονται ἀμειδέες· αἳ δὲ γὰρ ὄντως
τρύουσιν καὶ θῆρας ἐν οὔρεσιν, οὐδέ τις ἀνδρῶν
προβλώσκειν μεγάρων δύναται κατὰ γυῖα δαμασθεὶς
ψύχεϊ λευγαλέῳ· πάχνῃ δ' ὑπὸ γαῖα μέμυκε.

quorum omnium nullus in Maximi reperitur poematio. Hujus autem disputatio de temporibus agri culturae opportunis, haud centum versuum

numerum explens 456—543. carminis per plures, puto, libros decurrentis exigua pars existimanda est, quam nisi Tzetzae a ceteris avulsam legerunt, non potuerunt eo aberrare, ut Orphei Georgica esse putarent; nam quae illam antecedunt et sequuntur de auspicandis doctrinis, de liberatione e vinculis et cetera, nihil pertinent ad opera rustica sed ad *ἔργα* in universum, quorum pars est *γεωργία*. Postremo in illo Maximi loco et in toto ejus, quod superest opere, tantummodo lunae cum certis signis congressus, quid boni malive afferat, explicatur; Orpheus vero ceterorum quoque planetarum per singulas coeli stationes et cujusque conjunctionis apotelesmata descripserat, ut Tzetzes docet: *Διὸς ὑδροχόον περιπολεύοντος μὴ πλεύσῃς.* His igitur argumentis adducor ut carmen illud, quod Tzetzae Orpheo tribuunt, a Maximo non compositum sed exscriptum multis locis et compilatum censeam[m].

§. 3.

De Dodecaeteride superest Tzetzae testimonium duplex, unum in Exeg. p. 127. *Ὀρφεὺς ἐν ταῖς Δωδεκαετηρίσιν*

Ὧδε γὰρ ἂν μίμνοι καθαρός τε (καὶ) ἔμπλεος οἶνος
ἥδυμος εὐώδης τε· καλὸν δ' ἔτος ἐστὶ φυτείῃ.

alterum ad Lyc. 523. *δείκνυσι δὲ καὶ Ὀρφεὺς τὴν*

[m] Versus qui in Tzetz. Exeg. p. 28. sine auctore affertur
ἢ Φαίνων δύστλητος ἢ Ἄρης ἐγρεκύδοιμος
extatque in Maximi v. 268. fortasse Orphei est; quanquam *Καταρχῶν* scriptores poetici fuerunt plures.

ταύτην διαφοράν, οὑτωσὶ λέγων ἐν ταῖς Δωδεκαετηρίσι.

Ἔσται δ' αὖτις ἀνὴρ ἢ κοίρανος ἠὲ τύραννος[a]
ἢ βασιλεὺς ὃς τῆμος ἐς οὐρανὸν ἵξεται αἰπύν.

quorum sententia a Scaligero perperam reddita[b] perspicitur ex iis, quae Mathematici de genesi imperatoria praecipiunt. Manetho L. I. 277.

Ἡνίκα δ' εὐκερόεσσα μέσον πόλον ἀμφιβεβῶσα
ἠέλιός τ' ἐπίκεντρος ἐν ἀρσενικοῖσι τόποισι,
γεννῶσιν βασιλῆα, θεὸν βροτὸν ἀνθρώποισιν.

quod eodem modo Ptolemaeus tradit Tetrab. L. IV. 45. A. ἐν ἀρσενικοῖς ζῳδίοις ὄντων ἀμφοτέρων τῶν φώτων καὶ ἐπικέντρων — οἱ γεννώμενοι βασιλεῖς ἔσονται. et quae ad Orphei similitudinem proxime accedunt, Manilii verba de judicis horoscopo:

Illum urbes et regna trement nutuque regentur
unius et coeli post terras regna manebunt.

L. IV. 552. cf. Firmic. VIII. 19. 225. et Tzetz. Chil. I. 474. Δωδεκαετηρὶς τοῦ Διὸς a Zoroastre sumta extat in Geoponn. L. I. c. 12. cf. Adr. Junium de Ann. et Mens. c. II. Scaligerum ad Manil. L. II. p. 256. 291. Salmasium de Ann. Clim. p. 238. aliosque ab Eberto allegatos in Dissert. Sicul. T. I. p. 4. Onomacriti nomen a Scaligero (in Fragm. Chron.) in hac causa usurpatum nollem; nam haec astrologica carmina, Dies, Opera, et his intertexta Dodecaeteris, sive ex aetate te-

[a] Legitur disjunctis syllabis ἔσται δ' αὖ τις.

[b] Is dicit apotelesma cujusdam Genethliaci esse consulti super genesi alicujus.

stium aestimentur sive ex argumento suo omnium recentissima videri debent. Neque tamen hoc eo dico, quasi Graecos ante Berosum primum, ut dicitur [c], astronomiae doctorem, nullam Genethlialogiae speciem cognitam habuisse putem [d]. Herodotus enim II. 82. Aegyptiorum inventum esse

[c] Salmas. Exerc. Plin. p. 667. Menag. ad Diog. X. 93. Schneider. ad Arg. 209.

[d] Simplicius in Auscult. L. II. p. 65. A. τὸ τῆς ἀστρολογίας ὄνομα, μήπω τότε (Posidonii temporibus) τῆς ἀποτελεσματικῆς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐλθούσης, ἐπὶ τῆς νῦν καλουμένης ἀστρονομίας ἔφερον. Eadem fortasse sensit Phavorinus, qui ap. Gell. XIV. 1. disputat, disciplinam istam Chaldaeorum tantae vetustatis non esse, quantae videri velint; quanquam fieri potest, ut haec adversus eos dixerit, qui Zoroastris libros apotelesmaticos venditarent. Simplicio nihil efficiunt Magorum et Chaldaeorum in Graecia peregrinationes et praedictiones, quae partim dubiae sunt, partim aperte fabulosae, partim nullum certum istius artis indicium afferunt, velut quae Xanthus Lydus de Magorum successione a primo Zoroastre usque ad regni Persici occasum tradidisse dicitur. v. Creuzeri Fragm. Hist. p. 224. quaeque Heraclides Ponticus de Magi cujusdam cum rege Gelone conversatione fabulatus est Strab. II. 98. cujusmodi multa de Democrito et Protagora (Philostr. V. Soph. I. 10. 494.) narrantur partim nulla partim exigua fide tradita. Chaldaeos Euripidis victoriam praedixisse Gellius refert XV. 20. sublata artis nota; Magi illius de Socrate praesagium, quod Diogenes e subditicio Aristotelis libro refert (v. Luzac. Lectt. Acad. p. 83.) praeterea quod fictum est, ne ipse quidem fabulae auctor, si quid video, ex horoscopi observatione ductum sed ex oculis, fronte, vultu Socratis, Metoposcoporum more, conjectum videri voluit. v. Luz. p. 244. Denique nihil momenti facit quod Annaeus Gaz. Theophr. p. 621. C. Platonem dicit τὴν τῶν Χαλδαίων καὶ Αἰγυπτίων φιλοσοφίαν Graeciae intulisse; nec Proculi testimonium in Tim. IV. 285. sq. θαυμασιωτάτην εἶναί φησιν ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν χρόνοις τὴν τῶν Χαλδαίων περὶ ταῦτα θεωρίαν, τά τε ἄλλα προλέγουσαν καὶ τοὺς βίους ἑκάστων καὶ τοὺς θανάτους καὶ οὐ τὰ κοινὰ μόνον, οἷον χειμῶνας καὶ εὐδίας, ὥσπερ καὶ τὸν ἀστέρα τοῦ Ἑρμοῦ χειμῶνος μὲν ἐκφανῆ γενόμενον, ψύχη σημαίνειν, καύματα δὲ θέρους. πάντα δ' οὖν αὐτοὺς καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ ἴδια προγινώσκειν ἀπὸ τῶν οὐρανίων ἐν τῇ περὶ σημείων βίβλῳ φησίν. quae Schneiderus fragmentis libri de signis addere potuisset. Etenim haec ad prognostica pertinent, quorum scientia Graecis vetus et indigena fuit et ab ipso Hippocrate celebratur. v. Coray ad Hipp. de Aer. et Locc. p. 8. eandemque artem significat Euripides ap. Clem. Strom. I. 15. 306. ὁ Βηρύτιος Ἕρμιππος Χείρωνα τὸν Κένταυρον σοφὸν καλεῖ, ἐφ' οὗ καὶ ὁ τὴν Τιτανομαχίαν γράψας φησὶν ὡς πρῶτος οὗτος

dicit, quis mensis diesque cuique deorum consecratus et quo die quales qualique fortuna homines nascerentur — *καὶ τούτοισι τῶν Ἑλλήνων οἱ ἐν ποιήσει γενόμενοι ἐχρήσαντο.* Id qui fecerint, frustra percontamur interpretes. Hesiodus quidem docet quibus diebus pueri, quibus puellae auspicato nascantur et nubant, sed tota ejus disputatio ab Aegyptiorum subtilitate longissime remota est, qui, si omnino astrologicas rationes sequuti sunt, sine dubio non omnium mensium dies eosdem natura pares statuerunt, sic ut qui unius mensis nosset dies fatales, nosset omnium, sed totius anni et fortasse totius dodecaeteridis singula momenta et progressus diurnos minutatim scrutati sunt [e]. Itaque licebit suspicionem in poetas transferre Orphicae et Pythagoricae sectae addictos, quos in hoc quoque doctrinae genere decreta Aegyptiorum aemulatos esse, admodum credibile est. Eaque cogitatio animum ad Orphei sententiam paullo ante propositam revocat.

εἴς τε δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγε, δείξας
ὅρκον καὶ θυσίας ἱλαρὰς καὶ σχήματ' Ὀλύμπου

(vid. Vossii Epp. Myth. LXX. 301.) *Ἱππὼ δὲ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ, συνοικήσασα τῷ Αἰόλῳ ἐδιδάξατο αὐτὸν τὴν φυσικὴν θεωρίαν* (Eurip. Fragm. Melan. XXVII.)

ἣ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
χρησμοῖσι σαφέσιν ἀστέρων ἐπαντολαῖς.

Aeolus enim, ut acutiores interpretantur, tempestates non rexit sed praedixit tantummodo —. Jurisjurandi religionem, quam Titanomachiae auctor Chironem sanxisse refert, Hermes quoque Stob. Ecl. I. 52. 40. p. 978. inter prima vitae excolendae adminicula numerat; bacchationes et teletas a Chirone Liberum addidicisse tradit Ptolemaeus Heph. IV. 66.

[e] Deos, de quibus Herodotus loquitur, planetas esse e verbis ejus minime intelligitur. v. Mursinna de Hebd. Gentil. p. 148. in Oelrich. Germ. Liter. T. I.

Πρῶτον μὲν πρώτῳ ἐνὶ ἤματι φαίνεται Ἄρης
μήνη δ' εἰς Ἄρην ἐπιτέλλεται· ἴσχεο δ' ἔργων.
τήνδε γὰρ ἐξανύσασα φύσιν δίχερων ἀναφαίνει.
αὐτὰρ ἐπὴν τρίτον ἦμαρ ἀπόπροθεν ἠελίοιο,
πᾶσιν ἐπιχθονίοισι φυτοσπόρου αἰτίη ἀλκῆς.

quos versus J. Scaliger de Emend. Temp. T. I. p. 10. hunc in modum corrigi vult: *πρῶτα μὲν εἰ πρώτῳ* — *μήνη ἐς τ' Ἄρην ἐπιτέλλεται* — *τόνδε γὰρ ἐξανύσασα* — *αὐτὰρ ἐπὶ τρίτον ἦμαρ* — itaque interpretatur in Prolegg. p. 47. si prima neomenia in diem Martis i. e. feriam tertiam inciderit, abstinendum ab opere, singulis diebus singulos existimans deos praepositos fuisse in dominio quatuor viginti horarum sibi succedentium ea vicissitudine, quae a Dione Cassio exposita est. v. P. III. C. IX. §. 7. Verum ille locus tum uno, ut diximus, verbo mutato in aliam sententiam verti, tum retenta pristina lectione commode explicari potest. v. Selden. de Jur. Gent. L. III. c. 19.

§. 4.

Ex Ephemeride fortasse excerptus est ille versus, quem J. Lydus asservavit p. 26. *Μάρτυς Ὀρφεὺς λέγων*

Ἑβδόμη, ἣν ἐφίλησεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων [a].

[a] Affert hunc versum Bapt. Egnatius Racematt. c. XXI. 348. in Grut. Lamp. T. I. ex Maximi Planudis libro, ut arbitror, quo se plurimum adjutum esse in illa de dierum nominibus disputatione profitetur. Nam ex eodem libro hunc locum apponit: *οἱ περὶ Ζωροάστρην καὶ Ὑστάσπην Χαλδαῖοι καὶ Αἰγύπτιοι ἀπ' ἀριθμοῦ τῶν πλανήτων τὰς ἐν ἑβδομάδι ἡμέρας ἀνέλαβον*, quae verba Rivetus de Orig. Sab. c. V. Seldenus III. 19. 390. Martorelli de Theca Calam. p. 511. et;

quem versum haud contendam Proculo notum fuisse in Tim. III. 168. *ἡ μονὰς καὶ ἑπτὰς ἀριθμοὶ νοεροί τινες· ἡ μὲν μονὰς αὐτόθεν νοῦς, ἡ δὲ ἑπτὰς τὸ κατὰ νοῦν φῶς, καὶ διὰ τοῦτο ὁ περικόσμιος νοῦς μοναδικός τε καὶ ἑβδοματικός ἐστιν, ὥς φησιν Ὀρφεύς.* Id enim Proculus solitis sibi argumentis ex quolibet alio Orphei loco efficere potuit. Neque Aristobulum arbitror, si hunc versum legisset, tam luculentum testimonium praetermissurum fuisse eo loco, quo de septimi diei religione disserit. v. Valcken. de Arist. p. 118. Heraclitum autem, qui Hesiodum ob delectum dierum reprehendit, Plutarch. Camill. c. 19. Orpheum praetermisit, totum ejus carmen *περὶ Ἡμερῶν* ignorasse, pro concesso et probato habeo. Item ex Ephemeride sumta videntur, quae Tzetzes ad v. 817. adnotavit: *Ὀρφεὺς ἄλλας παραδίδωσιν ἡμέρας ἀνυσίμους καὶ ἀποφράδας, ἑτέρας δὲ Μελάμπους.* cujus carmen etiam Proculus provocat ad v. 180. *τοῦτο Ἡσίοδος ἐκ τοῦ Μελάμποδος εἴληφε. φησὶ γάρ που ἐκεῖνος, ἐν πέμπτῃ σελήνῃ τις ἐπίορκον ὀμόσας τοσαῖσδε ἡμέραις τελευτᾷ.* Et ex his fontibus derivata videtur quinti diei religio, de qua Servius ad Georg. I. 217. Quinta luce nullius operis initium su-

qui multo accuratius hanc quaestionem pertractarunt, docti Itali ad Pitt. di Ercol. T. III. Tav. 7. Anonymo cuidam tribuunt. Sunt vero ejusdem Lydi p. 14. cui versum Orphicum debemus. Quae is adjungit illico: *τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν μίαν, ὡς καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, καλοῦσιν,* confirmat Diogenes VIII. 80. *οἱ Πυθαγόρειοι τὴν κεφαλὴν τοῦ χρόνου οὐχὶ πρώτην ἀλλὰ μίαν ὠνόμασαν.* Graecos posteriores nomen cardinale *εἱς* pro ordinali *πρῶτος* usurpasse observationum sacrarum scriptores docent.

mas; dicitur enim hic numerus Minervae esse consecratus, quam sterilem esse constat; unde etiam omnia sterilia quinta luce nata esse dicuntur, ut Orcus, Furiae, Gigantes, quae nullo modo ab astrologicis suspensa sunt rationibus. Ad celebrandam septimi diei sanctimoniam scriptum est illud *Ἑβδόμη ἣν ἐφίλησεν*, quod ut cum Hesiodia sententia *Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ* v. 770. maximam similitudinem habet, ita a nobis ad Orphei *Ἡμέρας* relatum est. Etenim dii, ut Arnobius cavillatur VII. 32. ex uteris prodeunt, et habent dies laetos, quibus eis adscriptum est, auram usurpare vitalem; quae opinio Aegyptiis et Graecis [b] communis sed apud utrosque diverse orta et habita est. A graecanica superstitione manavit ille versus Hom. H. in Merc. 19. *τετράδι τῇ προτέρῃ, τῇ μιν τέκε πότνια Μαῖα*, qui ut loco non suo positus notatur a Criticis, cetera inculpatus. Nam de dei natalibus vulgo ita creditum: *Ἑρμῇ μάλιστα τῶν ἀριθμῶν ἡ τετρὰς ἀνάκειται· πολλοὶ δὲ καὶ τετράδι μηνὸς ἱσταμένου τὸν θεὸν ἱστοροῦσι* Plutarch. Symp. IX. Quaest. III. 2. 404. *Ἡ τετρὰς ἐνομίζετο Ἑρμοῦ καὶ καθ' ἕκαστον μῆνα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ πλακοῦντα ἀπετίθεντο τῷ Ἑρμῇ* Schol. Arist. Plut. 1127. eumque diem Hesiodus auspicatissimis adnumerat v. 770.

Πρῶτον ἔνη, τετράς τε καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ

[b] Graecos Salmasius de Ann. Clim. p. 836. cum Judaeis comparat Patriarcharum natales enumerantibus.

hoc in prima tantum parte sed per totum mensem v. 797.

> πεφύλαξο δὲ θυμῷ
> τετράδ' ἀλεύασθαι, φθίνοντός θ' ἱσταμένου τε
> ἄλγεα θυμοβορεῖν· μάλα τοι τετελεσμένον ἦμαρ

et v. 819.

> τετράδι δ' οἶγε πίθον· περὶ πάντων ἱερὸν ἦμαρ
> μέσσῃ.

quanquam idem dies ob alias rationes inauspicatus habebatur. Ambrosius Hexaem. L. IV. 9. „Quomodo ergo gentiles quartum plerique consueverunt cavere et inutile putant hoc numero aliquid ordiri? Lunam quartam, si pura fuerit, neque obtusa cornibus, dare reliquis diebus usque ad exactum mensem indicium serenitatis existimant. Nolunt igitur iisdem exordiis inchoare quibus serenitas inchoatur.“ Idemque Graeci veteres statuerunt, quanquam diversam causam interserentes. Photius: *Τετράδι γέγονας, ἐπὶ τῶν ἄλλοις πονούντων· καὶ γὰρ τὸν Ἡρακλέα τετράδι γεννηθέντα Εὐρυσθεῖ ταλαιπωρῆσαι. Φιλόχορος δὲ αὐτὴν καὶ ἐπὶ Ἑρμοῦ δύνασθαι λέγεσθαι· ἀνατεθεῖσθαι δὲ τῷ Ἡρακλεῖ ἐν ταύτῃ εἰς θεοὺς μεταβάντι·* sicut Martyrum natales dicuntur, quibus consummati sunt. Eustathius p. 1353. 5. *ἀνάκειται αὐτῷ ἡ τετρὰς ἄλλον τρόπον ἤπερ τῷ Ἡρακλεῖ, ἐξ οὗ παροιμία τὸ ἐν τετράδι γέγονας, ἤγουν ἐν ἀποφράδι* [*].

[*] Hoc potissimum in quartam tertiae decadis quadrat. Etym. M. *ἀποφράδας οἱ Ἀττικοὶ τὰς ἀπηγορευμένας — ἃς δὴ ἐπικήδας κα-*

Unde Pythagoreorum pendet commentum *τὸν Ἡρακλέα ἀκλινῆ γεγονότα τετράδι γεγενῆσθαι*, ob dei videlicet similitudinem cum hermis quadratis. v. Nicomach. Arithm. IV. 24. cf. Tzetz. Chil. XII. 508. Cetera, quae ad hunc numerum pertinent collegerunt Adagiorum enarratores, P. Merula Cosm. I. 22. 7. Meursius Denar. c. VI. Meinekius ad Menandr. p. 110. De subsequentibus diebus Schol. ad. Plut. l. c. *ἔξω τῶν ἑορτῶν ἱεραί τινες τοῦ μηνὸς ἡμέραι νομίζονται Ἀθήνησι θεοῖς τισιν, οἷον νουμηνία καὶ ἑβδόμη Ἀπόλλωνι, τετρὰς Ἑρμῇ καὶ ὀγδόη Θησεῖ*[d] — *ἡ ἕκτη Ἀρτέμιδι ἑκάστου μηνός*[e]. Apud Theophrastum Char. XIV. superstitiosus ille Hermaphroditos suos coronat *ταῖς τετάρταις καὶ ταῖς ἑβδομάταις*, ubi pro *τετάρταις* Coraius substituit *ἕκταις*, quia Pythagoras jussit *Ἀφροδίτῃ θυσιάζειν τῇ ἕκτῃ* Jamblich. V. 152. Sed quis contendat hujus praecepti auctorem fastos Atticos sequutum esse potius, quam proprias Pythagoreorum rationes, qui numerum senarium Veneri dedicarunt Procl. in Parm. p. 203. T. IV. Cous. eumque *Ἁρμονίαν, γάμον, Ζυγίαν*, et *Γαμηλίαν* nuncuparunt? Jamblichus ipse

λοῦσι, φθίνοντος τοῦ μηνὸς τετράδα, τρίτην, δευτέραν. Plutarchus Quaest. Rom. XXXVIII. 884. *τὰς ἀποκλίτους ἡμέρας ὡς ἀχρηματίστους φυλαττόμεθα.* His appositum et propinquum est, quod idem docet c. XXXIV. 882. *ἡμέρας ληγούσης καὶ μηνὸς φθίνοντος εἰώθασιν ἐναγίζειν οἱ πολλοί.* unde *τριακάδας* vocabant *τὴν τριακοστὴν τῶν νεκρῶν* Anecd. Bekk. p. 308. et Hemsterh. ad Luc. Dial. Mort. I. 399. et Theod. Gaza de Mens. Att. p. 305. ut Jovi Numeniam ita *τὴν ἕνην* Plutoni consecratam fuisse affirmat.

[d] v. Corsin. Diss. XIII. 342.

[e] Antiochenses contra communem morem eodem septimo die Apollinem Dianamque venerabantur Liban. Decl. T. I. 236.

causam affert arithmeticam, additque Herculi octavum diem consecratum esse a Pythagora, quia ille, ut Homerus ait, *ἠλιτόμηνος* natus h. e. mense octavo [f]. Praeterea ex Athenaeo XIV. 659. C. *Μένανδρος ἐν Κόλακι τὸν τοῖς Τετραδισταῖς διακονούμενον μάγειρον ἐν τῇ τῆς Πανδήμου Ἀφροδίτης ἑορτῇ ποιεῖ ταυτὶ λέγοντα* apparet quartum quoque diem Veneris sacra habuisse; nec minus perspicue Proculus ad Opp. 798. *ἡ τετάρτη ἱερὰ Ἀφροδίτης καὶ Ἑρμοῦ καὶ διὰ τοῦτο πρὸς συνουσίαν ἐπιτηδεία* [g]. Octavum Plutarchus V. Thes. c. XXXVI. Theseo tribui testatur et Neptuno, cui Pythagorei quoque propter cognomentum *Ἀσφάλιος* hunc numerum soliditatis significativum dedicarunt. De nono die et de decimo quinto certiores nos reddit Dionysius Art. III. 243. ubi docet in orationibus genethliacis diem ipsum quo quis natus sit, laudandi materiam praebere: *εἰ μὲν τῇ νουμηνίᾳ, ὅτι ἀρχὴ τοῦ μηνός — εἰ δὲ ἑβδόμη ἢ ἕκτη, ὅτι ἱεραὶ τοῖν θεοῖν — ἔχοις δ᾽ ἂν περὶ τῆς ἐνάτης λέγειν, ὅτι ἱερὰ τοῦ ἡλίου — εἰ δὲ πεντεκαιδεκάτη, ὅτι καὶ αὐτὴ τῆς Ἀθηνᾶς.* Vicesimus rursus Apollini sacer fuit. v. Etym. s. *Εἰκάδιος*. Minervae natalis sub finem mensis celebratus et ipsa, ut nonnullis visum, *Τριτογένης*

[f] Similiter Apollo ob septimi diei religionem septimo mense natus dicitur Schol. Callim. H. in Del. 251.

[g] Nuptiis ineundis interlunium aptum declarat Proculus ad v. 780. *Ἀθηναῖοι τὰς πρὸς σύνοδον ἡμέρας ἐξελέγοντο πρὸς γάμους καὶ τὰ Θεογάμια ἐτέλουν.* Plenilunium Dio Chrys. VII. 245. *ποιήσομεν τοὺς γάμους ἡμέραν ἀγαθὴν ἐπιλεξάμενοι, ὅταν μὴ μικρὸν ᾖ τὸ σελήνιον.* Pindari, Sapphus et Euripidis testimonia collegit Martin. Var. Lect. I. c. 14.

cognominata ὅτι ἐγεννήθη τῇ τρίτῃ φθίνοντος, ὡς καὶ Ἀθηναῖοι ἄγουσι Anecd. Bekk. p. 307. quanquam primae quoque et secundae decadis dies tertii deae sacri fuisse dicuntur Schol. Hesiod. Opp. 778.

§. 5.

Haec breviter percurri, quia in Orphei quoque Diebus plurium deorum natales enumeratos esse suspicabar. In universum autem sic statuo eum diem cujusque dei natalem creditum esse, quo die solemnia ejus cum maxima cerimonia celebrarentur, velut Apollinis septimum, non quia Sol septem errantium dux et princeps idemque Apollo existimaretur, ut vulgo sumitur [a] sed propter Thargelia, Pyanepsia, Carnea aliaque sacra in hunc diem cumulata; cujus rei rationem si quis alte a coelo arcessere inclinet, ante omnia viderit an ceterorum deorum tempora festa coeli siderumque conversionibus adaptare possit. Item

[a] Pertritus est Proculi locus in Tim. III. 200. Ἀπόλλωνι τὴν ἑπτάδα ἀνεῖσαν ὡς συνέχοντι πάσας τὰς συμφωνίας — καὶ ἑβδομαγέταν ἐκάλουν, καὶ τὴν ἑβδόμην τοῦ θεοῦ ἱερὰν ἔλεγον. Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ. quo loco qui ἑβδομαγένην e Plutarcho reponunt, jure reprehenduntur a Valckenario Diatr. 115. sed ad barbaros hic accusativus relegandus non erat, τὸν εὐχέρην legitur in Annae Alex. L. XV. 468. D. εὐσέβην Augustin. Civ. X. 1. quod Aeolensibus tribuit Gramm. Bekk. Anecd. p. 1233. v. Intpr. ad Thom. M. p. 424. Ἑβδομαγέτας autem dicitur Apollo, quia sacris ejus septem pueri totidemque puellae pompam ducebant. Non minus fortuitum est, quod dies quartus Mercurio dedicatus idemque in cyclo dierum hebdomadico seu planetario ab eo denominatus est jam primis Ecclesiae seculis. Clemens Strom. VII. 744. ἡ τετρὰς Ἑρμοῦ, ἡ παρασκευὴ Ἀφροδίτης ἐπιφημίζεται. Augustin. in Psalm. XCIII. p. 751. T. V. Bened. tertia sabbati feria, quem diem Martis vocant — quarta feria, qui Mercurii dies dicitur a paganis et a multis Christianorum.

Minervae diem tertium, quia Panathenaea mense Hecatombaeone, ut Proculus dicit, τῇ τρίτῃ ἀπιόντος instaurabantur [b], quapropter μηνῶν φθινάδες ἡμέραι huic deae sacrae vocantur Eur. Heracl. 779. Panathenaeorum autem dies principalis dicitur Γενέθλιος Ἀθηνᾶς Athen. III. 98. B. sicut Vestalia Ἑστίας Πρυτανίτιδος γενέθλια IV. 150. D. Dianae solemnia γενέθλια Ἀρτέμιδος Arrian. de Venat. c. XXXIV. et similiter ceterorum deorum dies natales a Graecis celebratos esse contendi potest, quanquam indicia nec crebra sunt nec repertu facilia. Alexander Aphrod. ad Metaph. L. XII. 36. p. 199. b. viri sapientes — conventus et commissationes instituere volentes, fabulas commenti sunt, Jovem exempli causa ex Rhea hodie fuisse progenitum ac idcirco pium esse ut omnes conveniant deique natalem diem agant atque simul epulentur. Statius Theb. II. 71. Thebanos narrat Bacchi diem natalem festum habuisse: tunc forte dies noto signata Tonantis fulmine, quum te, tener Euie, partus transmisere patri; Tyriis ea causa colonis insomnem ludo certatim educere noctem suaserat. De Minerva Mela I. 7. palus Tritonis, unde Minervae cognomen inditum est, ut incolae arbitrantur, ibi genitae; faciuntque aliquam fidem, quod quem natalem ejus putant ludicris virginum celebrent; quos ludos Herodotus non

[b] v. Larcher. ad Herod. V. 56. p. 251. T. IV.

ignorat, de die natali tacet. Romanis quidem, qui de coelestium ortu et progenie nihil a majoribus traditum habebant, familiare fuit, diem, quo templum cujusdam deorum dedicatum erat, natalem ejus dicere et anniversaria celebrare memoria. Lactantius Institt. VI. 20. 821. ludorum celebrationes deorum festa sunt, si quidem ob natales eorum aut templorum novorum dedicationes sunt constitutae. Festus p. 228. Martias Calendas matronae celebrabant, quod eo die Junonis Lucinae coli coepta sit. Idem p. 459. Rustica Vinalia faciebant, quod eo die aedes ei dedicata est; idemque de Portumnalibus, Martiis aliisque dicitur solemnibus. v. Dio Cass. LX. 5. Varro d. L. L. V. 3. 47. dies autem, quo aedes dedicata, dei incolentis natalis habitus et in Fastos relatus est. v. Ovid. F. III. 811. 837. Turneb. Adv. II. 17. Selden. de Synedr. III. 14. 1786. Burmann. ad Anthol. V. Ep. 79. In Graecia vero antiqua nullum hujus denominationis exemplum succurrit, nisi ad Comicorum quasdam poetarum fabulas provocare libeat, quales sunt Palaephati *Γοναὶ Ἀρτέμιδος*, Hermippi *Ἀθηνᾶς γοναί*, Ararotis *Πανὸς γοναί*, quo titulo etiam Philisci fabula fuit, tum duo Polyzeli dramata, unum *Διονύσου γοναί*, alterum *Μουσῶν*, Philisci *Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος γοναί*, ejusdem et Nicophontis *Ἀφροδίτης γοναί*, Timesithei *Ζηνὸς γοναί*. Hermippi quidem fabulae Heerenius ad Stob. Ecl. T. I. 239. Minervae ortum, quem poetae tradi-

dere, subjectum fuisse putat; neque erit facile, cui non ad primam hujus elogii mentionem haec cogitatio incidat, si praesertim meminerit, pictores et poetas [c] deorum non modo nuptias et amores sed natales quoque exsequutos esse, unde Comicis multiplex jocandi materia. Sed haeret haec conjectura, tanquam in scopulo, in Polyzeli fabula; nam de Musarum partu quomodo comoedia nasci possit, vix invenias, neque intelligitur facile, qua ratione Philisco in una fabula *Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γοναί*, amborum deorum ortus longe diversos includere licuerit. Hujus vero difficultatis haud aliud suffugium erit, quam ut has fabulas a solemnibus denominatas putemus, quorum imaginem repraesentarent imitandis conviviis, pervigiliis aliisque ludicris, quae ad animi requietem delectationemque quaeruntur. Nam in hoc quoque argumento Comicos multum operae posuisse ostendunt Menandri et Theopompi fabulae *Ἀφροδίσια* inscriptae, ejusdem Menandri *Κόλαξ*, qua Veneris Pandemi [d] diem festum descripsit,

[c] Alcaeus Vulcani et Mercurii *γονάς* cecinit Menand. de Encom. VII. p. 48. Timotheus Semelae *ὠδῖνας*. Palaephatus, poeta epicus, filius Actaei et Bius (*Βοιοῦς*, puto) *Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος γονάς* scripsisse dicitur Suid. idemque argumentum tractavit Philammon; in picturis Mercurii et Minervae natales. describit Philostratus. Iconn. I. 26. II. 27. Hinc exemplum ad homines translatum. Menippus scripsit *Γονὰς Ἐπικούρου καὶ τὰς θρησκευομένας ὑπ' αὐτῶν εἰκάδας* Diog. V. Men. §. 86.

[d] Permale nonnuli Vulgivagam interpretantur, quo nomine nunquam dicta est dea. Nec Pandemus significatur ab Eugraphio ad Terent. Eun. I. 2. Menander aperte dicit meretrices juxta domum suam vel in atrio solitas habere aram Veneris vulgariae, cui quotidie sacrificarent, sed vel *Ἀφροδίτη Πόρνη*, quo nomine Abydi culta est, vel *Ἑταίρα* Athen. XIII. 31. cf. Kuester. ad Hesych. s. *Ἑταίρας*.

Eupolidis drama *Νουμηνίαι* in Acharnensium didascalia nominatum, *Παννυχίς* Callippi, Eubuli, Hipparchi et Alexidis[e], Lucii Afranii et Quintii Attae Megalesia, ejusdem Afranii et Laberii Compitalia[f], L. Pomponii Calendae Martiae, quam fabulam graecus poeta *Ἡραῖα* inscripturus fuisset vel *Ἥρας γενέθλια*. Casaubonus certe Antiphanis fabulam unam eandemque duplex elogium habuisse putat *Ἀφροδίσια* et *Ἀφροδίτης γοναί* ad Athen. X. 449. B. idemque hujus poetae verba III. 113. D. *ἄρτους — οὓς δὴ γοναῖς Θεαρίων ἔδειξε*, sic interpretatur, quos panes Theario Panathenaeis edidit. De his omnibus est, qui nos accuratius edocere possit, Meinekius.

Cap. II.

Διαθῆκαι.

§. 1.

Justinus Cohort. p. 15. C. (c. XV. 77. Grab.) Orpheum, Homerum atque Solonem affirmat quum in Aegypto Mosaicis se ingurgitassent libris, errorum, quibus innati et innutriti erant, pertaesos veramque doctrinam amplexos esse: *Ὀρφεὺς ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν πρῶτος διδάσκαλος γεγο-*

[e] Pannychis est etiam nomen proprium; sed de una muliere tot fabulas scriptas esse credi non potest.

[f] Eberhardt Ueber den Zustand der schönen Wissensch. b. d. Römern p. 70. fabulas illas Megalesiis et Compitalibus in scenam commissas et ab hoc nomen adeptas esse putat.

νως πρὸς τὸν υἱὸν Μουσαῖον καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατὸς ὕστερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ κηρύττει λέγων οὕτως

I. *Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι*[a]
πάντες ὁμῶς· σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης
Μουσαῖ'· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα· μηδέ σε τὰ πρὶν
ἐν στήθεσσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ,
εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τούτῳ προςέδρευε
ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος, εὖ τ' ἐπίβαινε[b]
ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐςόρα κόσμοιο ἄνακτα.
εἷς ἔστ' αὐτογενής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται,
ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περιγίγνεται[c], *οὐδέ τις αὐτὸν*
εἰςοράᾳ θνητῶν· αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται[d].
οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι
καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα[e]

[a] *Βεβήλοις πᾶσιν ὁμοῦ* Gesnerus edidit contra quam apud Justinum legitur. *Βεβήλοις* exhibent Theodoret. Serm. I. p. 478. B. 483. A. Therapeut. I. 723. et codices aliquot Tatiani Or. c. Graec. c. IV. p. 644. et Clementis in Cohort.

[b] *Εὖ δ' ἐπίβαινε* Cyrillus; idem in v. 8. *εἷς δ' ἔστ'* — Theodoretus Therap. II. 491. A. (p. 786. T. IV. Schulz.) *εἷς ἔστ' αὐτογενής, αὐτοῦ δ' ὑπὸ πάντα τελεῖται.*

[c] Ceteri *περινίσσεται*. Eusebius de Laud. Constant. I. p. 719. *ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν ἐπιπορευόμενος.* cf. XII. 753.

[d] Sibyll. Orac. L. II. 11.

Εἷς θεός ἐστι μόναρχος ἀθέσφατος αἰθέρι ναίων,
αὐτοφυής, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα.

et L. I. v. 10.

Εἷς θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει ὑπερμεγέθης, ἀγένητος,
παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα.
αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἁπάσης.

et L. IV. v. 12.

Ὃς καθορῶν ἅμα πάντας ὑπ' οὐδενὸς αὐτὸς ὁρᾶται.

[e] Sibyll. Prooem. p. 155. (et L. III. 264.)

Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων πολὺ μείζονα μισθόν,
τοῖς δὲ κακοῖς ἀδίκοις δε χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων
καὶ πόλεμον καὶ λοιμὸν ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.

Verba illa ap. Plat. Rep. II. 379. D. *ὡς ταμίας ἡμῖν Ζεὺς ἀγαθῶν τε κακῶν τε τέτυκται*, non Homeri sunt, sed illius *ἄλλου ποιητοῦ*. Dio Chr. Or. XII. 381. *Ζεὺς εἰρήνης καὶ πολέμου ταμίας.* Hom. Il. IV. 84. *ταμίης πολέμου.*

οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος χωρὶς μεγάλου βασιλῆος.
αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται.
πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις,
ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.
οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται
χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ· γαίης δ' ἐπὶ ποσσὶ βέβηκε [f]
χεῖρά τε δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο [g]
πάντοθεν ἐκτέτακεν· περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρὰ
καὶ ποταμοὶ πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης.

καὶ αὖθις ἀλλαχοῦ που οὕτως λέγει

II. Εἷς Ζεύς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος,
εἷς θεὸς ἐν πάντεσσι· τί σοι δίχα ταῦτ' ἀγορεύω;

καὶ ἐν τοῖς Ὅρκοις οὕτως

III. Οὐρανὸν ὁρκίζω σε θεοῦ μεγάλου σοφοῦ ἔργον
αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρός, τὴν φθέγξατο πρῶτον
ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς.

De secundo et tertio loco alias; primum omissis duobus principalibus versibus idem producit Justinus in Monarch. p. 104. s. Cap. III. 156. Ὀρφεὺς ὁ παρειςάγων τοὺς τριακοσίους ἑξήκοντα θεούς, ἐν τῷ Διαθῆκαι ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ, ὁπότε μετανοῶν ἐπὶ τούτῳ φαίνεται, ἐξ ὧν γράφει Μουσαῖ' ἐξερέω γὰρ — et cetera usque ad χαροποῖο θαλάσσης, nihil immutato orationis contextu nisi quod v. 13. μεγάλοιο ἄνακτος scripsit. Totum locum

[f] Haec scriptura, quae etiam in postremo Clementis loco translucet ex mendosa lectione Ed. Florent. γαίη τε ὕπο – praestat alteri γαίη δ' ὑπὸ — vel, ut Cyrillus, γαίῃ δ' ἐπὶ. Praepositionis anastrophen notavit Hermannus.

[g] Χεῖρα δὲ — Clemens p. 725. ἐπὶ τέρματα Ὠκεανοῖο Cyrillus. Conferendi huic loco Sibyllae versus I. p. 171.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ἐών, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον.
οὐρανὸν ἐνδέδυμαι, περιβέβλημαι δὲ θάλασσαν,
γαῖα δέ μοι στήριγμα ποδῶν, κέχυται περὶ σῶμα
ἀήρ, ἠδ' ἄστρων με χορὸς περιδέδρομε πάντῃ.

apposuit Cyrillus c. Jul. L. I. p. 25. haec praefatus: Ὀρφέα τὸν Οἰάγρου δεισιδαιμονέστατόν φασι γενέσθαι τῶν ἄλλων — ᾠδὰς δὲ καὶ ὕμνους τοῖς ψευδωνύμοις ἐξυφῆναι θεοῖς — εἶτα τῶν ἑαυτοῦ δογμάτων κατεγνωκότα συνέντα τε ὅτι μονονουχὶ τὴν ἁμαξιτὸν ἀφεὶς ἐν ἐκβολῇ γέγονε τῆς εὐθείας ὁδοῦ μεταφοιτῆσαι πρὸς τὰ βέλτιστα καὶ τοῦ ψεύδους ἀνθελέσθαι τὴν ἀλήθειαν, φάναι τε οὕτω περὶ θεοῦ

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι
πάντες ὁμῶς· σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης.

usque ad v. 10. αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται· quibus addit: καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν

Αὐτὸς γὰρ χάλκειον ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται

et quatuor insequentes versus.

Idem carmen Aristobulus apud Euseb. Pr. Ev. XIII. 12. p. 664. multis partibus auctius exhibet: Ὀρφεὺς ἐν ποιήμασι τῶν κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον αὐτῷ λεγομένων οὕτως ἐκτίθεται περὶ τοῦ διακρατεῖσθαι θείᾳ δυνάμει τὰ πάντα καὶ γενητὰ ὑπάρχειν καὶ ἐπὶ πάντων εἶναι τὸν θεόν

IV. Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι
φεύγοντες δικαίων θεσμοὺς, θείοιο τεθέντος
πᾶσι νόμου· σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔγγονε Μήνης
Μουσαῖ'· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα. μηδέ σε τὰ πρὶν
ἐν στήθεσσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ,
εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τούτῳ προςέδρευε
ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος· εὖ δ' ἐπίβαινε
ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐςόρα κόσμοιο τυπωτὴν
ἀθάνατον· παλαιὸς δὲ λόγος περὶ τοῦδε φαείνει.
εἷς ἔστ' αὐτοτελὴς, αὐτοῦ δ' ὑπὸ πάντα τελεῖται,
ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται, οὐδέ τις αὐτὸν

Undecimus expromitur in Strom. V. 14. 725.

Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι φυτεύει
καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

Tertius decimus ibidem p. 727.

Οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος χωρὶς μεγάλου βασιλῆος

Cujus modi sententiae multae non solum apud Judaeos et Christianos leguntur sed etiam extrinsecus affluunt [*]. Sequentes versus exhibet in Cohort. l. c. et Strom. V. 12. 693. Ὀρφεὺς ὁ θεολόγος, ἐντεῦθεν ὠφελημένος, εἰπὼν

Εἷς ἔστ' αὐτοτελής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται,

ἢ π έ φ υ κ ε ν, γράφεται γὰρ καὶ οὕτως, ἐπιφέρει

Οὐδέ τις αὐτὸν
εἰςοράα θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.

σαφέστερον δὲ ἐπιλέγει

Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω, περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται.
πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις
μικραί, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύασι.

qui versus ad unum omnes Justini fragmento continentur ordine eodem sed mutatis hic illic verbis sententiisque, ut fieri solet in diversis ejusdem libri recensionibus. Sed interjectis aliquot paginis Clemens a Justino deflectit allatoque Theo-

[*] Didymus de Trin. III. 2. 322. οἱ Ἕλληνες

Εἷς θεός ἐστιν ἄναξ πανυπέρτατος, αὐτὸς ἁπάντων.
καὶ γενέτης πάμπρωτος ἔφυ καὶ ῥίζα καὶ ἀρχή.

et paulo post p. 323.

Αὐτὸς πάντα φέρει θεὸς ἄμβροτος, αὐτὸς ἑαυτοῦ
καὶ γενέτης καὶ ῥίζα πέλει καὶ τέρμα καὶ υἱός.

et c. 21. 402. idem vocatur:

Ἀρχὴ πηγή τε ζωῆς καὶ ὑπείροχον εὖχος
καὶ κράτος ἠδὲ βίη καὶ ἰσχύος ἄφθιτος ἀλκή
καὶ δύναμις κρατερὴ καὶ ἀμφιέλικτος ἀνάγκη

quae ab Orphicis vix internosci possunt.

goniae quodam loco p. 723. eosdem, quos paullo ante, producit versus: *ὁ δὲ αὐτὸς Ὀρφεὺς καὶ ταῦτα λέγει Εἰς δὲ λόγον θεῖον* usque ad extremum *ἀθάνατον*[q], deinde sic pergit *αὖθις δὲ περὶ τοῦ θεοῦ ἀόρατον αὐτὸν λέγων, μόνῳ γνωσθῆναι ἑνί τινί φησι τὸ γένος Χαλδαίῳ, εἴτε τὸν Ἀβράαμ λέγων τοῦτον εἴτε καὶ τὸν υἱὸν τὸν* (sic) *αὐτοῦ διὰ τούτων*

Εἰ μὴ μουνογενής τις ἀποῤῥὼξ Φύλου ἄνωθεν
Χαλδαίων· ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείης·
καὶ σφαίρης κίνημ' ἀμφὶ χθόνα ὡς περιτέλλει
κυκλοτερὲς ἐν ἴσῳ τε κατὰ σφέτερον κνώδακα.
πνεύματι δ' ἡνιοχεῖ περί τ' ἠέρα καὶ περὶ χεῦμα.

εἶτα, οἷον τὸ ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου, ἐπιφέρει

Αὐτὸς δ' αὖ μέγαν αὖθις ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται

et sex sequentes versus qui sunt apud Aristobulum v. 30.—35. sed horum postremo

Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσον ἠδὲ τελευτὴν .

omissis duobus ab Aristobulo subpositis adjicit septimum

Ἄλλως οὐ θεμιτόν σε λέγειν· τρομέω δέ τε γυῖα
ἐν νόῳ, ἐξ ὑπάτου κραίνει

καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Clemens igitur viginti versus, quos N. I. ex Justino attulimus, affert eosdem, omisso primo et vicesimo *καὶ ποταμοί,* qui ordine postremus est. Ex quadraginta et uno Aristobuli senariis causae suae adhibet viginti quinque integros [r] in nonnullis discrepans et

[q] Hoc loco pro *ἰθύνων κραδίης* legitur *εὐθύνων.*

[r] Versum XXII. *οὐ γάρ κέν τις ἴδοι* non recitat quidem ille,

trium versuum partem primam, noni, decimi sexti et tricesimi noni; plane omittit versus undecim II. XI. XVII. XIX. XXI. XXVIII. XXXV. XXXVI. XXXVII. XL. XLI. Ac leviorum quidem in recitandis iisdem versibus discrepationum duae afferri possunt causae; una librorum diversitas, cujus ipse nos admonet N. V. v. 15. altera negligentia in transscribendo, qua versus Orphicos p. 725. sic reddidit

Αὐτὸς δ' αὖ μέγαν αὖθις ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται [*]
χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, γαίη τε ὑπὸ ποσσὶ βέβηκεν
χεῖρα δεξιτερὴν περὶ τέρμασιν ὠκεανοῖο
ἐκτέτακεν· ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμοῦ,
οὐδὲ φέρειν δύναται κρατερὸν μένος· ἔστι δὲ πάντη

et ceteros, paulo post autem hoc modo: *πάλιν ἡμῖν ᾀσάτω ὁ Θρᾴκιος Ὀρφεὺς*

Χεῖρα δὲ δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο
πάντοθεν ἐκτέτακεν, γαίη δ' ἐπὶ ποσσὶ βέβηκεν.

ubi admitti non potest quod Gesnerus dicit, Clementem duplex exemplum carminis Orphici habuisse; nam secundus versus *χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ*, quo Justinus ipse utitur, vix in ullo libro praetermissus est; is autem imperfectus destituitur, si postremi distichi clausula *γαίῃ δ' ἐπὶ ποσσὶ βέβηκεν* alteri agglutinatur exordio. Verum haec, ut dico, parva sunt et excusabilia. Gravior quaestio est, cur Justinus paucioribus usus sit versi-

sed sententiam expressit suis verbis: *αὖθις δὲ περὶ τοῦ θεοῦ, ἀόρατον αὐτὸν λέγων* etc.

[*] In his et sequentibus Edit. Florent. formam accurate expressi. Legitimam scripturam *αὖτις* praebent hic codices.

bus quam Clemens, neque hic tot apposuerit, quot Aristobulus Eusebianus.

§. 2.

Ac primum quidem, quod ad Justinum attinet, ut facile credo eum non omnia, quae in promtu haberet, proferre voluisse, ita sententias, quae ad disputationis summam pertinerent, quasque ipsa series et continuatio versuum oculis ingereret, ab eo neglectas esse parum credibile videtur. Itaque illa verba *Εἰ μὴ μουνογενής κ. τ. ἑ.* quae et in medio conspicuoque loco posita et ad Justini causam opportunissima sunt, non casu neque consilio transmissa sed omnino ei non lecta arbitror. Eademque de Clemente sententia est, qui quum idem, quod ille, approbare conaretur, veterrimos Graeciae poetas Mosaicae doctrinae notitia imbutos fuisse, non aliud luculentius reperire poterat causae suae firmamentum, quam versum secundum, cui Aristobulus perquam callide legis divinae nomen inseruit, et trigesimum sextum ac sequentes, quibus decalogi conditor praedicatur. Quos versus quum omiserit Clemens, ignorasse existimandus est haec posteriorum veteratorum additamenta. In universum igitur sic contendo, Justiniano fragmento omnium brevissimo primigeniam carminis Orphici, qualis quidem illis temporibus fuit, formam repraesentari; novae interpolationis specimen praebere exemplum Clementis, quod Justiniano copiosius est, Aristo-

buleo adstrictius; novissimae ac gravissimae auctorem esse Aristobulum illum, quem Eusebius introduxit, hominem sive Judaeum sive Christianum, Clementis certe temporibus posteriorem. Itaque tantum a Valckenario dissentio, qui omnes istos versus Aristobulo peripateticae philosophiae inter Judaeos auctori imputat, quantum doctis Theologis [t] repugno, totum crimen in Christianum transferentibus. Qua de re quo facilius unusquisque legentium judicare posset, ea quae Justinus attulit, quaeque seorsum Clemens et Eusebius proposuerunt, accurate sejunximus explicatis angustiis, in quas Gesnerus totam rem induxerat.

§. 3.

Sequitur alia quaestio de titulo carminis, cujus reliquias modo complexi sumus. Justinus *Διαθῆκαι* vocat, eoque tempore ab Orpheo compositum dicit, quo jam erroribus, quos diu foverat, renunciasset. Idem nomen affert Theophilus ad Autolycum III. 117. C. *τί γὰρ ὠφέλησαν Ὀρφέα οἱ τριακόσιοι πεντήκοντα πέντε θεοὶ, οὓς αὐτὸς ἐπὶ τέλει τοῦ βίου ἀθετεῖ ἐν ταῖς Διαθήκαις αὐτοῦ λέγων ἕνα εἶναι θεόν.* Aristobulus vero, qui dicitur, Orpheum illa *ἐν ποιήμασι τῶν κατὰ*

[t] Aristobulum Peripateticum ab eo, qui in libris Maccabaeorum nominatur diversum putat Scaliger, negat Valesius ad Anatol. Alex. Can. Pasch. p. 540. T. II. Gall. et alii, quos Valckenarius nominat de Arist. p. 85. Priorem sententiam tuetur Eichhornius Biblioth. bibl. Liter. T. V. 261. nec dissentire videtur Winerus in Encyclop. Ersch. T. V. p. 266.

τὸν ἱερὸν λόγον dixisse affirmat, quicum consentit quodammodo Clemens, Orpheum referens, quum illa caneret, *τὸν ὄντως ἱερὸν λόγον* cecinisse, sero quidem sed tamen. Fuisse autem hujus poetae plures *ἱεροὺς λόγους*, sive unum in plures libros partitum, Suidas et Etymologus docent, quorum verba alibi retuli, quum ostenderem hoc carmine deorum ortus et res gestas fabulose traditas esse. Ab hoc vero genere scribendi quum maxime abhorreant ii versus, quibus Christiani scriptores veri dei notionem clarissime expressam putant, statuendum est, eorum subjectorem, quo speciosius susceptam personam tueretur, multos ex Orphei sermonibus sacris transscripsisse versus vel quales erant vel molliter inflexos, eamque causam esse cur *τῶν κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον* dicantur; sed eundem, quod haud pauca de suo adjecisset, assumtis contraria, centunculo suo proprium nomen *Διαθηκῶν* imposuisse, eo quidem consilio, ut haec quasi cygnea Libethrii vatis cantio fuisse videretur. Nec sine certa ratione Clemens hanc expurgatam et orthodoxam editionem prae illo vetusto et profano carmine, quod ei minime ignotum erat, *τὸν ὄντως ἱερὸν λόγον* nominat. Nos vero utramque carminis formam sic distinguemus, ut illi, quo veteres Graeci usi sunt, proprium nomen sermonis sacri reddamus, alterum vero, quod a Judaeis interpolatum videtur, Testamenti vocabulo notemus sive etiam Palinodiae. Sed jam cetera causae instrumenta expediam, primumque probabo ipsum Testamenti

exordium ex antiquo et illustri Orphei carmine, quod ad sacrum sermonem pertineret, excerptum esse.

Prima ejus significatio a Platone facta est Symp. p. 218. B. *οἱ δὲ οἰκέται καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε.* Eundem locum latenter adumbrant Philo de Cherub. p. 115. B. *ἀκοὰς φραξάμενοι οἱ δεισιδαίμονες τὰς ἑαυτῶν μεταστήτωσαν· τελετὰς γὰρ ἀναδιδάσκομεν θείας* etc. et Gregorius Naz. Laud. in Virg. p. 42. D.

Οἱ φθονεροὶ δὲ θύρῃσιν ἐπιφράσσεισθε ἀκουάς.

Sed aperte imitatus est Dionysius de Compos. c. XXV. p. 194. T. V. *μυστηρίοις ἔοικεν ἤδη ταῦτα καὶ οὐκ εἰς πολλοὺς οἷά τε ἐστὶν ἐκφέρεσθαι· ὥςτ' οὐκ ἂν εἴην φορτικὸς εἰ παρακαλοίην οἷς θέμις ἐστὶν* [*] *ἥκειν ἐπὶ τὰς τελετὰς τοῦ λόγου, θύρας δ' ἐπιθέσθαι λέγοιμι τοὺς βεβήλους.* et Aristides Or. Plat. II. 129. *λέγω δὲ ἤδη ταῦτα πρὸς οὓς ἔξεστι· τῶν δὲ βεβήλων ὀλίγος ὁ λόγος πάντως δὲ οὐδὲν δεῖ πύλας αὐτοὺς ἐπιθέσθαι τοῖς ὠσὶν, ἀλλ' ἐπίκεινται πάλαι,* quorum fontem indicat vetus interpres: *παρεικάζει τοὺς λόγους μυστηρίοις. ἔστι δὲ κήρυγμα μυστικὸν τὸ θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι· ὥςπερ καὶ Ὀρφεὺς δηλοῖ*

[*] Haec legitima sacrorum indicendi formula. Synes. de Prov. I. 111. A. *ἄγονται τῶν ἱερῶν δακρύων ἀποφράδες ἡμέραι καὶ οἷς θέμις ὁρᾷν ἐποπτεύουσι.* Inferias qui afferunt mortuis, dicere jubentur *Ὑμῖν ἀπόνιμμ' οἷς χρὴ καὶ οἷς θέμις* Athen. IX. 410. A. ubi alterum *οἷς* delendum. Similia videntur Dion. Chr. Or. IV. 164. *πρὶν ἂν ἱλάσῃ τὸν δαίμονα καὶ θεραπεύσῃς ὡς δεῖ.* Demosth. c. Aristocr. p. 642. *στὰς ἐπὶ τῶν τομίων καπροῦ καὶ κριοῦ καὶ ταύρου ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ.* Profani quibus verbis emissi fuerint, docent Brissonius I. 1. et Gesnerus in Thes. s. Procul.

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. Galenus de Usu Part. XII. 5. 593. D. T. IV. Chart. ὥςπερ οὖν τοῖς ᾠσὶν ἐπιθέσθαι θύρας τοὺς βεβήλους κελεύουσιν ἐν τοῖς μυστικοῖς λόγοις, οὕτω κἀγὼ νῦν οὐκ ἀνθρωπίνοις νομοθετήμασιν ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς ἀληθεστάτοις θύρας ἐπιθέσθαι κελεύω τοῖς ὠσὶ τοὺς ἀποδεικτικῆς μεθόδου βεβήλους. Lucian. de Sacrif. XIV. p. 78. T. III. πρότερον δὲ φησὶν ὁ λόγος, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. Liban. Epist. CCCCLXXV. 239. τίς οὖν τοῦ βεβήλου καιρὸς καὶ τοῦ τὰς θύρας ἀποκλείειν; quo etiam Eusebius utitur de Laud. Constant. Prol. p. 716. ed. Read. et scriptor christianus de Astrol. MSc. ap. Fabric. ad Chalcid. p. 283. His autem ex locis, quorum nonnullos enotarunt Spanhemius ad Call. H. in Apoll. v. 2. Ruhnkenius ad Tim. p. 60. Solanus ad Lucian. l. c. Uptonus ad Dionys. l. c. manifestum est variari quidem inter πύλας et θύρας, magno autem consensu βέβηλοι in primo casu legi non βεβήλοις, quod Gesnerus et Brissonius de Form. I. c. 1. aliique recentiorum praeferunt, improbante, ut par est, Schaefero ad Dionys. p. 381. Deinde his testimoniis refutatur eorum conjectura, qui hunc versum in Eleusiniis a praecone sacrorum pronunciatum esse autumant; ex quo errore natae sunt prolixae Silvestris de Sacy [tt] aliorumque disputationes. Ceterum omnes illos, qui haec Orphei verba tectius apertiusque usurparunt [u]

[tt] Ad Sainte-croix. p. 349.

[u] Philo de Abrah. p. 376. B. στόμασιν ἀχαλίνοις θύρας ἐπι-

carmen ipsum usu et lectione cognitum habuisse nemo pertinacius contendet; quin Plato legerit, vix dubitari licet; adeo ille Orphei sententias suis interponere amat. In hoc autem tanto auctorum consensu praeter opinionem accidit, quod a Stobaeo idem versus paullulum flexo principio ad Pythagoran transfertur auctorem Floril. XLI. p. 238. *Πυθαγόρου*

Ἀείσω συνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, . . .

quod edictum Scholiographus Soph. Oed. Col. v. 9. et hujus expilator Suidas s. *Βέβηλος*, suppresso auctoris nomine afferunt, uterque *βεβήλοις* scribentes; eodemque Gaudentius Isagogen harmonicam auspicatus est: *τῶν ἁρμονικῶν λόγων ἁπτόμενος δικαίως ἂν τις προοιμιάσαιτο Ἀείδω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.* Quaeritur igitur, quid Stobaei testimonio faciendum sit. Una est, sed parum modesta responsio, lemma ipsum Stobaei librariorum vitio corruptum et in nomine Pythagorae mendosum videri. Quo effugio repudiato alia occurrit suspicio, hoc ipsum esse exordium carminis, quod Ion Pythagoran Orpheo supposuisse dicit, eamque ob causam Stobaeum falso auctori substituisse verum. Tertium restat, quod ad omnem rationem tutissimum videtur, ut aut ipsum aut unum aliquem ex ejus sodalitio monostichon orphicum in usum suum convertisse statuamus, sive illud carmini prae-

θέντες. Gregor. Naz. Or. XI. 244. D. *θώμεθα ταῖς ἀκοαῖς θύρας* Plutarch. de Fac. Lun. IX. 610. *παραβαλοῦ τὸ θύριον τοῦ λόγου.* Eadem metaphora Theogn. 413. *πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται* et alia.

scripserit sive scholis suis praefatus fuerit, quod nescio qua fiducia affirmat Michael Neander ad Phocyl. p. 46. veteres philosophos, ut profanum arcerent vulgus, alium aliud lado suo inscripsisse, Pythagoran hoc *Ἀείσω ξυνετοῖσι* — sequutus fortasse Erasmum, qui in Adag. p. 710. Ed. Francof. A. MDCXLVI. Pythagoran hoc praefatum esse dicit, nullum ipse testem proferens. Vim quidem illius tetrici interdicti Pythagoreos consectates esse testatur Origenes c. Cels. I. 326. A: *τινὲς μὲν ἦσαν ἐξωτερικοὶ, τινὲς δὲ ἐσωτερικοὶ, καὶ τινὲς μὲν ἀκούοντες Πυθαγόρα, ὡς αὐτὸς ἔφα, ἄλλοι δ' ἐν ἀποῤῥήτοις διδασκόμενοι τὰ μὴ ἄξια φθάνειν εἰς ἀκοὰς βεβήλους καὶ μηδέπω κεκαθαρμένας.* Sed verba ipsa iis abjudicat ignotus auctor ap. Stob. Flor. V. p. 69. quem Wyttenbachius Plutarchum esse putat in Fragm. Inc. p. 876. *οὐδέν ἐστιν οὕτω τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἴδιον ὡς τὸ συμβολικὸν οἷον ἐν τελετῇ μεμιγμένον φωνῇ καὶ σιωπῇ, ὥστε μὴ λέγειν*

Ἀείσω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι

ἀλλ' αὐτόθι ἔχειν φῶς τοῖς συνήθεσι τὸ φραζόμενον, τυφλὸν δὲ καὶ ἄσημον τοῖς ἀπείροις. Sed utrum Pythagorei hunc versum celebraverint an non celebraverint, scire haud refert; satis est intelligi, eum Orphicis carminibus insertum fuisse. Neque hoc solum liquet sed etiam propria ejus sedes demonstrari potest ex Plutarch. Symp. II. 3. 522. *Ἀείσω συνετοῖσι τον Ὀρφικὸν καὶ ἱερὸν λόγον, ὃς οὐκ ὄρνιθος μόνον τὸ ὠὸν ἀποφαίνει πρεσβύτερον, ἀλλὰ καὶ ἅπασαν αὐτῷ τῶν ἁπάν-*

των πρεσβυγένειαν ἀνατίθησι. Nam quod Plutarchus Orphei sermonem sacrum ovo omnium rerum πρεσβυγένειαν asserere dicit, profecto non est, quo referri possit, nisi ad illud primigenium ovum Phanetis omniumque deorum conceptabulum, de quo multa narrantur in Theogonia Orphica. Ex hoc igitur carmine, cui commune erat nomen Ἱερὸς λόγος, Testamenti exordium translatum esse intelligitur; neque aliunde Aristobulus seu quo alio nomine falsarium illum vocare jus fasque est, secundum et tertium versum. Σὺ δ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης Μουσαῖ' — sumsisse videtur. Plato quidem, quem poematis hujus initium expressisse ostendimus, Musaeum verbis prope Orphicis Σελήνης ἔγγονον vocat Rep. II. 364. E. et Hermias in Phaedr. p. 105. Orphei quoddam carmen laudat Musaeo inscriptum his verbis: Τελεστικώτατον αὐτὸν (Orpheum) καὶ μαντικώτατον παρειλήφαμεν, ἔτι δὲ ποιητικώτατον· ἐρωτικώτατός τε ἐστιν ὡς αὐτὸς λέγων φαίνεται πρὸς τὸν Μουσαῖον καὶ προτείνων αὐτῷ τὰ θεῖα ἀγαθά [x]. quam promissionem, pluribus, puto, verbis et amplioribus circumductam Testamentarius noster, resectis, quae colorem respuerent, ad hanc brevitatem redegit. In sequentibus Justini versibus nihil reperitur, quod non ab erudito homine cujuslibet sectae et notae dictum videri possit, neque ego intercedam, si quis versum septimum

[x] Schol. ad Greg. in Catal. Bodlej. p. 17. Μουσαῖος καὶ Λίνος τοῖς περὶ Ὀρφέα ὁμόχρονοί εἰσι. Μουσαῖος δὲ Σελήνης λέγεται εἶναι, πρὸς ὃν Ὀρφεὺς ἐπογραφεῖ.

et nonnullos alios ex antiquo poeta sumtos putet; sed maxima pars versificatori tribuenda est semibarbaro. In Aristobuleo fragmento unus deprehenditur versiculus, quem certis indiciis Orphei redhibere queamus:

Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσατον ἠδὲ τελευτήν

N. IV. 35. quippe a veteribus allegatum et Theogoniae insertum v. C. V. §. 15.

§. 4.

Palinodiae Justinus atque Clemens plures carminum Orphicorum particulas subtexuerunt, quae quia nullam loci notam adscriptam habent consulto a nobis ad extremum reservatae sunt. Clemens Strom. V. 14. 718. ἤδη καὶ Ὅμηρος φαίνεται Πατέρα καὶ Υἱὸν διὰ τούτων λέγων — — καὶ πρὸ τούτου Ὀρφεὺς κατὰ τοῦ προκειμένου φερόμενος εἴρηκε

VI. Υἱὲ Διὸς μεγάλοιο, πάτερ Διὸς αἰγιόχοιο

et brevi post p. 722. τὰ ὅμοια τούτοις κἂν τοῖς Ὀρφικοῖς εὑρήσομεν ὧδέ πως γεγραμμένα

VII. Πάντας γὰρ κρύψας καῦθις φάος ἐς πολυγηθὲς
ἐξ ἱερᾶς κραδίης ἀνενέγκατο, μέρμερα ῥέζων.

et paucis interjectis subdit versus Aristobuleos, quos Fr. V. 9—11. et 21—34. exhibuimus, hisque addit p. 724. πάλιν ὅταν εἴπῃ

VIII. Αἰθέρος ἠδ' ἀΐδου, πόντου γαίης τε τύραννε [a]

[a] Sic pro τύραννος correctum ex Euseb. XIII. 13. 401. (684.) qui totum locum transscripsit; ex eodem ὃς βρονταῖς pro βρονταῖς δὲ σείεις.

ὃς βρονταῖς σείεις βριαρὸν δόμον Οὐλύμποιο,
δαίμονες ὃν φρίσσουσι, θεῶν δὲ δέδοικεν ὅμιλος,
ᾧ μοῖραι πείθονται, ἀμείλικτοί περ ἐοῦσαι,
ἄφθιτε, μητροπάτωρ, οὗ θυμῷ πάντα δονεῖται,
ὃς κινεῖς ἀνέμους, νεφέλαισι δὲ πάντα καλύπτεις
πρηστῆρσιν σχίζων πλατὺν αἰθέρα· σὴ μὲν ἐν ἄστροις [b]
τάξις ἀναλλάκτοισιν ἐφημοσύναισι τρέχουσα,
σῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσιν πολύμοχθοι
ἄγγελοι, οἷσι μέμηλε βροτοῖς ὡς πάντα τελεῖται [c]
σὸν μὲν ἔαρ λάμπει νέον ἄνθεσι πορφυρέοισι,
σὸς χειμὼν ψυχραῖσιν ἐπερχόμενος νεφέλαισι [d]
σός ποτε βακχευτὴς Βρόμιος διένειμεν ὀπώρας.

Εἶτα ἐπιφέρει ῥητῶς παντοκράτορα ὀνομάζων τὸν θεόν

Ἄφθιτον, ἀθάνατον, ῥητὸν μόνον ἀθανάτοισιν,
ἐλθὲ μέγιστε θεῶν πάντων κρατερῇ σὺν ἀνάγκῃ
φρικτὸς, ἀήττητος, μέγας, ἄφθιτος, ὃν στέφει αἰθήρ.

διὰ μὲν τοῦ μητροπάτωρ οὐ μόνον τὴν ἐκ μὴ ὄντων γένεσιν ἐμήνυσε, δέδωκε δὲ ἀφορμὰς τοῖς τὰς προβολὰς εἰςάγουσι τάχα καὶ σύζυγον νοῆσαι τοῦ θεοῦ [e].

[b] Hoc versu Gaffarellus Curios. Inaudit. XII. p. 266. novam suam de lectura stellarum doctrinam approbat.

[c] Angelorum nomen Christianis temporibus aut paullo ante a Graecis et barbaris graece doctis usurpatum est. Apollinis oraculum, quo Angeli (πνεύματα) ante homines et hominum causa creati dicuntur, servavit Annaeus Gaz. Theophr. p. 647. B. T. XII. Bign. Proxime ad Orphei sententiam Hostanes et formam dei veri negat conspici posse et angelos veros sedi ejus dicit assistere Cyprian. de Idol. Van. p. 226. ed. Baluz. Magorum et eloquio et negotio primus Hostanes et verum deum merita majestate persequitur et angelos, id est ministros et nuntios dei, ejus venerationi novit assistere, ut et nutu ipso et vultu territi contremiscant. Minuc. Octav. c. 26.

[d] Νιφάδεσσι aptius videtur; sequentem versum sic scriptum praestant Codd. et Edd. ἅς ποτε βακχευτὰς Βρομίους, unde Gesnerus σάς ποτε βακχευτὴς Βρόμιος. Sententia poscit hoc, quod dedimus, σός ποτε, fert Βρομίους ὀπώρας.

[e] Hinc Crojus Specim. Conject. in Orig. p. 28. b. et Wesse-

Haec excipiunt Fragmenti V. versus 9—20. tum p. 726. novum addit:

IX. Ἓν κράτος, εἷς δαίμων γένετο μέγας οὐρανὸς αἴθων.
ἓν δὲ τὰ πάντα τέτυκται, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα.

In his laciniis nihil est, quod Christianam aut Judaicam sutrinam redoleat, sed contra versus sollerter elaborati, verba decora, sententiae Orphicis haud absimiles; nec tamen omnium par dignatio aut idem ortus. Particula septima e Theogoniae corpore integerrime resecta est[f], indidem manavit sed minus sincere nona[g]. Octavae versus decimus quintus Ἐλθὲ μέγιστε θεῶν πάντων κρατερῇ σὺν ἀνάγκῃ certissimum indicium praebet hoc totum carmen esse theurgicum, qualia sunt Porphyriana oracula ad θεανάγκας et evocationes composita v. L. I. §. 14. Fragmentum sextum tam huic generi quam alii adscribi potest. Unum adhuc restat intactum. Nam interpositis illis versibus Εἷς ἔστ' αὐτοτελής — infert p. 64. οὕτως μὲν δὴ Ὀρφεύς, χρόνῳ τέ ποτε συνῆκε πεπλανημένος

Ἀλλὰ σὺ μὴ μέλλων, βροτὲ ποικιλόμητι, βράδυνε,
ἀλλὰ παλίμπλαγκτος στρέψας θεὸν ἱλάσκοιο.

lingius Observ. L. II. c. 10. p. 178. Valentinianos putant deum suum μητροπάτορα nominasse, quae mihi videtur parum certa conjectatio. Nam nomina illa αὐτοπάτωρ, μητροπάτωρ, αὐτολόχευτος, trita sunt in Hermeticorum, Platonicorum et aequalium libris. cf. Casaub. Exercc. Antib. p. 59. Cudworth. Syst. p. 350. Αὐτολόχευτος ne Grammatici quidem repudiarunt. v. Anecd. Bekk. p. 466. Syzygias in ipsius Hesiodi Theogonia adumbratas inveniri delectabili acumine docet Epiphanius adv. Haer. L. I. T. II. p. 164. B.

[f] v. Cap. V. §. 17. N. VII.

[g] v. Cap. V. §. 17. N. VIII.

quae, si nihil aliud obstaret, ab Orpheo scripta diceremus. Sed qui oracula ista comparaverit, quae pii Christiani decipiendo vulgo composuerunt, eam utriusque fabricae similitudinem esse sentiet, ut communes parentes habere videantur. Pharaoni Petissonio oraculum de deo Israelitarum consulenti responsum est: *Ἔστι κατ' οὐρανοῦ μεγάλοιο βεβηκὼς φλογὸς αἴθριον, ἀέναον, ἀθάνατον πῦρ, ὃ τρέμει πᾶν, οὐρανὸς γαῖά τε καὶ θάλασσα ταρτάριοι βύθιοί τε δαίμονες ἐῤῥίγησαν· οὗτος θεὸς ἀπάτωρ, αὐτοπάτωρ, πατὴρ υἱὸς, αὐτὸς ἑαυτοῦ τρισόλβιος, εἷς, μικρὸν δὲ* (adde *θεοῦ*) *μέρος ἄγγελοι ἡμεῖς· μαθὼν ἄπιθι χαίρων* Cedren. Comp. p. 41. C. quorum pars consarcinata est e Lactantio I. 7. 1. Apollo quaerenti cuidam quis esset aut quid esset omnino deus, Colophone respondit viginti et uno versibus, quorum hoc principium est:

> *Αὐτοφυὴς, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀστυφέλικτος,*
> *οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, ἐν πυρὶ ναίων*
> *τοῦτο θεὸς, μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς* [h].

Regi Thuli sciscitanti quis regum alter sibi par fuerit aut in posterum futurus sit, Pythia respondit: *Πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς· σύμφυτα δ' εἰσὶ ταῦτα* [i] *ὧν κράτος αἰώ-*

[h] Cf. Steuchus de Perenn. Philos. III. 15. In sequenti oraculo *πάνσοφε, παντοδίδακτ', ἐνολοίστροφε, κέκλυθι δαῖμον* Struvius in Observ. Part. XXII. 13. e cod. Regiomont. restituit *πολύστροφε*. Hoc ipsum exhibet cod. Sedulii in Montfauc. Palaeogr. L. III. 243. Canterus Lectt. Nov. L. XXX. c. 30. *αἰολόστροφε*, Sopingius *ἑλελίστροφε* ex Hesychii Glossa: *ἑλελίστροφε, εὔστροφε, ὀλόστροφε.* unde fides major Sophocleo *ἑλελίχθων*.

[i] Suidas s. *Θοῦλις* et Zonaras Lex. p. 1048. *σύμφυτα δὲ καὶ εἰς ἓν ἰόντα, οὗ κράτος* etc. Chronic. Pasch. p. 46. D. *ταῦτα δὲ σύμ-*

νιεῖ· ἁπλόοι ποσὶ βάδιζε θνητὰ ἄδηλον διανύων βίον Id. p. 20. A. Augusto vero, quum de successore imperii deum percontaretur, hoc modo: *Παῖς Ἑβραῖος κέλεταί με θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων τόνδε δόμον προλιπεῖν καὶ μήποτε αὖθις ἱκέσθαι. Ἄπιθι λοιπὸν ἐκ δόμων ἡμετέρων* p. 182. C. Itaque fit credibile, versus istos, quorum idem est exitus, ex oraculo aliquo fictitio repetitos et a Clemente communis admonitionis causa appositos esse. Clausula autem ipsa antiquis assimilata est oraculis, quorum vel in fine vel in exordio saepius haec et similia verba leguntur, quibus Pythia modo impios consultores ejecit, modo bene meritos persequuta est: *βαῖν᾽ ἀπ᾽ ἐμῶν τριπόδων* Aelian. V. H. III. 43. *Μουσάων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι νηοῦ* v. Liebel. ad Archil. p. 42. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 81. *περικαλλέος ἔξιθι νηοῦ* (vel ut alibi legitur *σηκοῦ*) Simplic. in

φῦτα πάντα καὶ ἔνθυμον (f. ἐξ ἑνός) εἰς ἓν ἰόντα, οὗ κράτος αἰώνιον (f. ἀέναον) ὀρθοῖς ποσὶ θνητὲ βάδιζε, versibus prosae immixtis, ut in libris Kiranidum. Sic Lucianus christianizans Philopatr. XII. 248. Ὑψιμέδοντα θεὸν μέγαν ἄμβροτον οὐρανίωνα, υἱὸν πατρός, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἓν ἐκ τριῶν καὶ ἐξ ἑνὸς τρία· τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ᾽ ἡγοῦ θεόν· et in Prophetia Sophoclis ab Heusingero edita in Specim. Observ. in Soph. quam libro ipso destitutus ex adversariis meis adscribere cogor: Ὅσσα μὲν πρὸς ἀρετῆς κόσμον ὅρωρε ποιεῖτε· ἐγὼ δ᾽ ἐφετμέω τρεῖν ἕνα μοῦνον ὑψιμέδοντα θεόν, οὗ λόγος ἄφθιτος ἐν ἀδαεῖ κόρῃ ἔγγυος (ἔγκυος) ἔσται. Talia fortasse multa leguntur in Prophetia septem sapientum de Incarnatione Christi, quae in pluribus Codd. extat. v. Aretin Beiträge zur Gesch. u. Litter. T. IX. 719. Sed illa ipsa verba perpaullum mutata ὅσα πρὸς ἀρετὴν καὶ κόσμον ὅρωρε — ἔγκυος ἔσται Cedrenus p. 119. C. ex oraculo, quod Apollo Argonautis edidit, affert; ac ne haec a monachis Byzantinis efficta credas, totam illam fabulam de templo Rheae, id vero est B. Virginis, et versus ipsos aliquanto integriores prodit scriptor sex seculis antiquior, Theodotus Ancyranus Orat. in S. Mariam p. 477. T. IX. Gall. sed oraculum hoc Atheniensibus de dei ignoti ara quaerentibus redditum narrat.

Epict. c. 39. 259. A. cf. Creuzer. ad Olympiod. p. 115. πρόλιπών ἴθι Πυθὼ δῖαν Schol. Arist. Ranm. 1249. ἀλλ' ἴθι μηκέτι μέλλε Euseb. Pr. Ev. VI. 7. 255.

§. 5.

Justini fragmentum secundum Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης — concinnius est, quam ut poetae aut Judaeo aut Christiano tribui possit et a Macrobio conjuncte cum aliis Orphei versibus affertur Saturn. I. 18. Item versus Orphici Εὐβουλῆα vocantes boni consilii hunc deum (Liberum) praestitem monstrant. Nam si conceptu mentis consilia nascuntur, mundi autem mentem solem esse opinantur auctores, a quo in homines manat intelligendi principium, merito boni consilii solem antistitem crediderunt. Solem Liberum esse manifeste pronuntiat Orpheus hoc versu

Ἥλιος ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν

et is quidem versus absolutior, ille vero ejusdem vatis operosior

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος.

Hunc versum et alterum, quos Justinus affert (v. P. II. c. II. Fr. II.) tum Sibylla imitari videtur L. I. p. 25.

Εἷς θεός ἐστι, βροχὰς, ἀνέμους, σεισμοὺς ἐπιπέμπων
καὶ νιφετοὺς, κρύσταλλα; τί δὴ καθ' ἓν ἐξαγορεύω;

(pro quo Orpheus l. c. τί σοι δίχα ταῦτ' ἀγο-

ρείω;) tum etiam alii fictitiorum oraculorum auctores subsequuti sunt. Macrobius enim eodem loco haec adjicit: **Hujus versus auctoritas fundatur oraculo Apollinis Clarii, in quo aliud quoque nomen Solis adjicitur, qui in iisdem sacris versibus vocatur *Ἰάω*. Nam consultus Apollo Clarius, quis deorum habendus sit, qui vocatur *Ἰάω*, ita effatus est.**

Ὄργια μὲν δεδαῶτας ἐχρῆν νηπενθέα κεύθειν.
ἐν δ' ἀπάτῃ παύρῃ σύνεσις καὶ νοῦς ἀλαπαδνός.
φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν Ἰάω,
χείματι μέν τ' Ἀΐδην, Δία τ' εἴαρος ἀρχομένοιο,
Ἠέλιον δὲ θέρευς, μετοπώρου δ' ἁβρὸν Ἄδωνιν [k]

quae ab homine Christiano eodemque Gnostico scripta esse multis argumentis ostendere conatur Jablonskius Panth. II. c. 6. §. 5. sed incassum. Nam super quam quod Cornelius Labeo theologus [l] hoc oraculum singulatim explanavit, animadvertimus etiam Christianorum poetarum, qui hanc adulterinam monetam exercuerunt, et Judaeorum quoque versus tam scabros esse tamque hiulcos, ut nullum tam elegans et rotundum carmen iis tribui possit; neque argumentum ejusmodi est, ut Christianis magis quam Graecis con-

[k] Hoc confidenter reposui pro vulgato *Ἰάω*; nam hoc dei nomen peregrinum est, cujus vim quatuor domesticorum deorum vocabulis explanat oraculi compositor. Lydus De Mens. p. 83. Dionysum a Chaldaeis punice Iao et multis in locis Sabaoth dici refert, quae nomina si apud antiquiores legerentur, libens subscriberem Vossio, hinc Sabi seu Sabazii vocabulum deducenti Antisymb. T. I. 185. Ceterum *Ἰάω* scribitur ap. Macrobium, *Ἰαῶ* Diod. I. 94. plerumque *Ἰαώ*. v. Joh. Drusii Tetragrammaton c. XI. 19.

[l] De hoc v. Bynkershoek Opusc. T. II. p. 68.

veniat, quibus haec nominum divinorum interpretatio multo ante tempore complacita est. Plutarchus de Is. LXIX. *τοὺς πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦντας ἱστορεῖ Θεόπομπος ἡγεῖσθαι καὶ καλεῖν τὸν μὲν χειμῶνα Κρόνον, τὸ δὲ θέρος Ἀφροδίτην, τὸ δὲ ἔαρ Περσεφόνην.* Sed praetereamus haec. Julianus Or. IV. 254. C. (135.) *μαρτύρομαι τοὺς Κυπρίων ἱερέας, οἳ κοινοὺς ἀποφαίνουσι βωμοὺς Ἡλίῳ καὶ Διί, πρὸ τούτων δὲ τὸν Ἀπόλλω· φησὶ γὰρ ὁ θεὸς οὗτος*

Εἷς Ζεύς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιός ἐστι Σάραπις

quod ex Orpheo sumtum putat Marcilius, nos vero, patri an filio adjudicandum sit, in suspenso relinquimus, quia haec ratio Theocrasiae pervagatior et a theologis, poetis et figurarum panthearum fictoribus[m] promiscue tractata est. Ad eam et Orphei versus in Cratere compositi sunt, quorum hic exitus *Ἓν τάδε πάντα* (v. P. II. c. XIII.) et multa fictitia oracula, velut hoc quod Apollo interrogatus quis esset edidit:

Ἥλιος, Ὧρος, Ὄσιρις, ἄναξ Διόνυσος, Ἀπόλλων[n]
ὡρῶν καὶ καιρῶν ταμίης, ἀνέμων τε καὶ ὄμβρων,
ἠοῦς καὶ νυκτὸς πολυαστέρος ἡνία νωμῶν,
ζαφλεγέων ἄστρων βασιλεὺς ἠδ' ἀθάνατον πῦρ

Euseb. Pr. III. 15. 125. D.[o] et aliud, quod So-

[m] v. De' Bronzi di Ercol. T. I. Prefaz. p. VIII. not.

[n] Hoc oraculum cum Colophonio, quod §. 4. proposuimus, Kircherus Oed. T. III. 442. consarcinavit, versumque interseruit nescio unde sublectum

Ὕδωρ πολύγονον κόλπους γαίας διαπείρων (sic).

Fraudem hominis arguit Schlaegerus de Numo Hadriani plumb. p. 168. neque ego praestem.

[o] Idem legitur sed mendosius apud Lydum Mens. p. 15. In Stob. Ecl. Ph. I. 52. 928. pro *πολυστεφοῦς οὐρανοῦ* reponendum *πο-*

crates servavit Hist. Eccl. III. 23. Ῥοδίοις συμφορᾷ περιπεσοῦσι χρησμὸς ἐδόθη ὅπως ἂν τὸν Φρύγιον Ἄττιν θεραπεύωσιν· ἔχει δὲ ὁ χρησμὸς ὧδε

Ἄττιν ἱλάσκεσθαι θεὸν μέγαν ἁγνὸν Ἄδωνιν
Εὔβιον, ὀλβιόδωρον, ἐϋπλόκαμον Διόνυσον [p]

tum ἀδέσποτον carmen, quod Natalis Comes producit II. 6. 150.

Πλούτων, Περσεφόνη, Δημήτηρ, Κύπρις, Ἔρωτες,
Τρίτωνες, Νηρεύς, Τηθὺς καὶ Κυανοχαίτης
Ἑρμῆς θ' Ἥφαιστός τε, κλυτὸς Πάν, Ζεύς τε καὶ Ἥρη
Ἄρτεμις ἠδ' Ἑκάεργος Ἀπόλλων εἷς θεός ἐστι.

multique vulgarium poetarum subsequuti sunt; primum Ausonius Ep. XXVIII.

Αἰγύπτου μὲν Ὄσιρις ἐγώ, Μυσῶν δὲ Φανάκης,
Βάκχος ἐνὶ ζωοῖσιν, ἐνὶ φθιμένοις Ἀϊδωνεύς,
πυρογενής, δίκερως, τιτανολέτης Διόνυσος [q]

deinde Nonnus Dionys. XL. 400.

Ἀστροχίτων Ἡρακλες, ἄναξ πυρός, ὄρχαμε κόσμου
Βῆλος ἐπ' Εὐφρήταο, Λίβυς κεκλημένος Ἄμμων,
Ἆπις ἔφυς Νειλῷος, Ἄραψ Κρόνος, Ἀσσύριος Ζεύς

et plura ad idem exemplum. Ex Latinis huc conferri meretur hymnus in laudem Solis v. 38. Anthol. L. V. Ep. I.

Sol Liber, Sol alma Ceres, Sol Jupiter ipse

λυαστέρου, proxime ad codd. lectionem πολυστέρους, eademque forma Eusebio reddenda videtur.

[p] Εὔιον emendat Vossius ad Steph. s. Ἀμαθοῦς p. 508. (793.) v. Epimetr. IX. In primo versu fortasse pronomen σέ excidit a praemisso κέλομαι suspensum.

[q] Ne quis propter correptionem syllabae, quae est in primo vocabulo prima, ταυρογενής corrigat, quomodo Dionysus in Orphei Cratere vocatur, apponam Euripidis (ut dicitur) distichon de sole ap. Macrob. I. 17. 306.

Πυριγενὴς δὲ δράκων ὅλον ἡγεῖται τετραμόρφοις
ὥραις ζευγνὺς ἁρμονίᾳ πολύκαρπον ὄχημα.

et Epigr. XV. de Luna

Iris, Luna, Chloris, coelestis Juno, Cybelle,

sed praecipue Martianus Capella, mysticarum doctrinarum thesaurus impenetrabilis. Apud hunc enim Philologia in illo coelesti itinere Solem talibus deprecatur:

Ignoti vis celsa patris vel prima propago
magnum naturae decus atque assertio divum,
ultra mundanum fas est cui cernere patrem,
Solem te Latium vocat — — —
Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirin,
dissona sacra Mitram, Ditemque ferumque Typhonem.
Atys pulcher item, curvi et puer almus aratri,
Ammon et arentis Libyes et Byblius Adon.
salve vera deum facies, vultusque paterne [r],
octo et sexcentis numeris cui litera trina
conformat sacrum nomen cognomen et omen [s]

L. II. p. 43. Postremo de pedestri scriptorum exercitu Apulejus deam Isin asinum suum tali voce dignatam dicit: **En adsum rerum natura parens: summa numinum, prima coelitum, deorum dearumque facies uniformis — me primigenii Phryges nominant deum matrem, Cyprii Venerem, Cretes**

Τιτανολέτης dixit pro *Γιγαντολέτης*, Titanes et Gigantes confundens, ut Origenes Philos. V. 24. 909. et alii. Metro explendo suppetebat *Τυφωνολέτης*.

[r] Virgil. Aen. VIII. 301. salve vera Jovis proles, quod imitatur Martialis in vaticinio de Domitiani filio.

[s] Turnebus Advers. XI. 13. Hoc ad mysteria Christiana alludit; nomen enim Jesus, cognomen Christus utriusque effectus et significatio est. Grotius nomen *Υης* vel *Ηυς* significari putat; Hyes vel Jao Le Grand Dissert. Crit. p. 171. qui Sirmondum, Petavium et Menagium laudat hujus aenigmatis interpretes.

Dictynnam, Siculi Proserpinam, Eleusinii Cererem, alii Junonem etc. Haec paullo latius edisseruisse haud poenitet; namque his testimoniis flos et maturitas Theocrasiae diu furtim gliscentis contineri videtur.

Cap. III.

Δ ί κ τ υ ο ν.

Suidas s. Ἴππος Νισαῖος· μεταξὺ τῆς Σουσιανῆς καὶ Βακτριανῆς τόπος ἐστὶ Κατασιγόνα, ὅπερ Ἑλλάδι γλώσσῃ Νίσος καλεῖται — ἐν δὲ Δίκτυι Ὀρφεὺς λέγει, ἡ Νίσος τόπος ἐστὶν ἐν Ἐρυθρᾷ κείμενος. Plus non restat. De Nisaeo campo quae veteres geographi dixerunt, collegit Mannertus T. V. Fasc. II. 160. Nomen δίκτυ, quod Stephanus ex antiquo Lexico profert, Albertius ad Hesych. s. Ἐφέσια decurtatum putat e δίκτυι.

Cap. IV.

Ἐ π ι γ ρ ά μ μ α τ α

quorum unum, quod Orpheo inscribitur, supra apposuimus.

Cap. V.

T h e o g o n i a.

PROOEMIUM.

Carmine quodam Orphico maximam historiae fabularis partem expositam fuisse, nulla re magis intelligitur, quam quod christiani scriptores

Orpheum, tanquam gentilis superstitionis satorem et seminatorem, denotant, eumque primum de deorum ortu, sobole et rebus gestis tradidisse vociferantur; Athenagoras c. XX. [XVIII.] 2, 4. Ὀρφεὺς τὰ ὀνόματα αὐτῶν (τῶν θεῶν) πρῶτος ἐξεῦρε καὶ τὰς γενέσεις διεξῆλθε καὶ ὅσα ἐκείνοις πέπρακται εἶπε καὶ πεπίστευται παρ᾽ αὐτοῖς ἀληθέστερον θεολογεῖν, ᾧ καὶ Ὅμηρος τὰ πολλὰ καὶ περὶ τῶν θεῶν μάλιστα ἕπεται. Joannes Malela Chron. IV. p. 91. (p. 88. Chilm.) Gedeonis [*] temporibus Orpheum ait vixisse Odrysium ὅστις ἐξέθετο θεογονίαν καὶ κόσμου κτίσιν καὶ ἀνθρώπων πλαστουργίαν etc. Eudocia p. 318. Ὀρφεὺς ἔγραψε ποιήματα ἅτινα ὡς θεολογίας ἔχουσιν Ἕλληνες, ἐν δὲ τούτοις διὰ μυθικῶν συμβόλων λέγει τὰς τῶν θεῶν τάξεις καὶ σειρὰς, καὶ τίνα τίνων ἔργα καὶ ποῖα τίνων τελέσματα, καὶ τίνες εἰσὶν δημιουργοί. quae e Nonni Exposit. in Gregor. LXVI. 515. B. Bill. exscripta sunt. Nec dubium mihi quin, quae Syrianus ejusque auditor Proculus εἰς τὴν Ὀρφέως θεολογίαν commentati sunt [**] ad Theogoniam potissimum spectaverint, quam licet Platonici nunquam nominatim allegent, tamen ex multis Orphei variisque poematis hoc solum tractasse videntur. Hinc etiam fit, ut Theologi nomen saepe quidem Orpheo, Homero, Hesiodo, Pherecydi, Platoni in commune tribuatur, sed praecipue tamen Orpheo, divinorum car-

[*] Abdonis, dicit J. Pollux Hist. Phys. p. 102. sed Malela Timotheum Chronographum sequitur. v. Tzetz. Exeg. Il. p. 41.

[**] v. Fabric. Bibl. Gr. T. IX. p. 428.

minuum scriptori. Schol. Cruq. ad A. P. v. 391.[b] Simplicius ad Arist. de Coel. p. 31. b. διὰ τοῦτο τὰς θεογονίας ἡμῖν οἱ θεολόγοι παρέδωκαν, τὸ μὲν πλῆθος ἐν τῷ ἑνὶ μένον φάσκοντας, quae spectant ad Theogoniae Orphicae locum illustrissimum de Phanetis catapesi. Michael Syngelus in Vit. Dionys. p. 346. A. τὰς κατ' Ὀρφέα μυθώδεις θεολογίας καὶ τὴν γραοπρεπῆ παρ' Ἡσιόδῳ θεογονίαν. Gregorius Naz. Or. IV. 127. C. Bill. κατάβαλε[bb] τοὺς Τριπτολέμους σου καὶ τοὺς Κελεοὺς καὶ τοὺς μυστικοὺς δράκοντας, αἰσχύνθητί ποτε ταῖς τοῦ Θεολόγου σου βίβλοις Ὀρφέως, ejusque θεολογίαι verbo tenus memorantur a Marino V. Procl. c. 26. Philostr. Heroic. II. 19. 639. et in Vit. Apoll. V. 21. 159. ubi Apollonium narrat quum Athenis versaretur adessetque ludis in Piraei theatro, indignabundum discessisse ἐπειδὴ ἤκουσεν ὅτι αὐλοῦ ὑποσημήναντος λυγισμοὺς ὀρχοῦνται καὶ μεταξὺ τῆς Ὀρφέως ἐποποιΐας τε καὶ θεολογίας, τὰ μὲν ὡς Ὧραι, τὰ δὲ ὡς Βάκχαι πράττουσι[c], quem locum illustrat Lucianus de

[b] Idem ad v. 73. p. 624. metrum heroicum vocatur quoque theologicum a Musaeo auctore Orpheoque, qui scripserunt cecineruntque Theologica, id est divina carmina.

[bb] Synes. de Insomn. p. 149. D. ἅλις ἐγκωμίων καὶ καταβάλωμεν, quod Nicephorus interpretatur σιωπήσομεν. Dionysius Archaeol. IV. 32. κατάβαλε οὖν τὴν εἰρωνείαν. Lucian. Lexiph. §. 1. 176. τὸν εἴρωνα κατάβαλε.

[c] Hic potius quam Platonis locus a Schneidero allatus adhibendus erat Xenoph. Symp. VII. 5. εἰ ὀρχοῖντο πρὸς τὸν αὐλὸν σχήματα, ἐν οἷς Χάριτές τε καὶ Ὧραι καὶ Νύμφαι γράφονται. cf. Athen. IV. 130. A. Ex antecedentibus Xenophontis verbis εἰσεφέρετο τῇ ὀρχηστρίδι τροχὸς, ἐφ' οὗ ἔμελλε θαυματουργήσειν, intelligi potest, cur Plautus meretrices dixerit miraculas; πόρναι θαυματοποιοί Matro Athen. IV. 137. C. quarum artes describit Alciphro III. Ep. 72.

Salt. c. XXXVIII. 291. saltationum mimicarum argumenta enarrans: *Δευκαλίωνα — εἶτα Ἰάκχου σπαραγμὸν καὶ Σεμέλης κατάφλεξιν καὶ Διονύσου ἀμφοτέρου τὰς γονάς.* quae sunt Theogoniae Orphicae primaria capita eademque a bacchica saltatione non aliena. Directe vero Gregorius fabulam de Phanete in Theogonia traditam ad Theologum refert Or. XXXVII. p. 602. A. *οἱ παρ᾽ Ἕλλησι σεβόμενοι θεοὶ — τοῖς σφῶν αὐτῶν ἁλίσκονται θεολόγοις, ὡς μὲν ἐμπαθεῖς, ὡς δὲ στασιώδεις, ὅσων τε κακῶν ἡγεμόνες καὶ μεταβολῶν καὶ οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς πρώτας αἰτίας ἀντιθέτως ἔχοντας, οὓς καὶ Ὠκεανοὺς καὶ Τηθύας καὶ Φάνητας καὶ οὐκ οἶδα οὕς τινας ὀνομάζουσι καὶ τελευταῖόν τινα θεὸν μισότεκνον διὰ φιλαρχίαν πάντας καταπίνοντα τοὺς ἄλλους, ἵνα γένηται πάντων ἀνδρῶν τε θεῶν τε πατήρ.* Sed explorato carminis titulo versus ipsos exhibebimus.

§. 1.

Theogoniae Orphicae prooemium asservavit Joannes Malela IV. p. 31. *Ὀρφεὺς ἐξέθετο θεογονίαν καὶ κόσμου κτίσιν καὶ ἀνθρώπου πλαστουργίαν, εἰρηκὼς ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ συντάγματος αὐτοῦ ὅτι ἐκ τῆς ἰδίας αὐτοῦ ἐνθυμήσεως*[a] *οὐκ ἐξέθετό τί ποτε περὶ θεοῦ ἢ τῆς κοσμικῆς κτίσεως, ἀλλ᾽ εἶπεν, ὅτι ᾐτησάμην δι᾽ εὐχῆς μαθεῖν παρὰ*

[a] Eundem locum respicit Theophilus ad Autolyc. L. III. p. 293. *Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς ἔφασαν ἑαυτοὺς ἀπὸ θείας προνοίας μεμαθηκέναι.*

τοῦ Φοίβου Τιτᾶνος Ἡλίου τὴν τοῦ κόσμου κτίσιν καὶ τίς ἐποίησεν αὐτήν. Ἐμφέρεται γὰρ ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκθέσει διὰ ποιητικῶν στίχων οὕτως

Ὦ ἄναξ Λητοῦς υἱ', ἑκατηβόλε, Φοῖβε κραταιέ [b]
πανδερκὲς, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσων,
Ἥλιε, χρυσέαισιν ἀειρόμενε πτερύγεσσι,
δωδεκάτην δὴ τήνδε παραὶ σέο ἔκλυον ὀμφὴν [†]
σεῦ φαμένου, σὲ δέ γ' αὐτὸν, ἑκήβολε, μάρτυρα θείην.

qui versus utrum ab ipso Theogoniae auctore praemissi sint an aliunde venerint certari potest tum propter communes prooemiorum suspiciones tum quia versus tertii nulla idonea reddi potest ratio nisi hoc carmen numero et ordine duodecimum fuit. Id vero parum expeditum videtur, non solum quia in ordinandis Orphei carminibus Theogoniae primum omnium locum concedi oportuit sed etiam propterea quod ex octavo libro *τῶν ἱερῶν λόγων* locus affertur, quem res ipsa docet ex priore Theogoniae parte excerptum esse. Prooemiorum autem anaphoricorum, quibus dispersa Orphei carmina ad unius perpetui operis similitudinem redigere studuerunt veteres diascevastae, plura reperiuntur exempla; primum exordium Georgicorum: *Εἰ δὲ γεωπονίης σε φιλομβρότου ἵμερος αἱρεῖ,* secundum Dierum sive Ephe-

[b] Tres primores versus affert Tzetzes in Exeg. p. 55. Totum locum omissis nonnullis vocabulis repetit Cedrenus p. 57. additaque periphrasi illustrat: *ὦ ἄναξ Λητοῦς υἱὲ κραταιέ, ὦ δεσπότα ἡμέρας υἱέ, ὁ τὰ πάντα πόῤῥωθεν ἐν ταῖς ἀκτῖσί σου τοξεύων* etc. etc. In primo versu Scaliger in Euseb. I. p. 4. *ὦναξ* emendat, Bentlejus Opusc. p. 456. *ὦ ἄνα*, ut Tzetzes.

[†] Sic Bentlejus pro vulgato *παρὰ σέο*, Scaliger *πυρίσσοον*, Cedrenus *περὶ σοῦ*. Sequentia *σεῖο φαμένου* et *σὲ δὲ αὐτόν* Bentlejus correxit, postremum *θείην* neuter suspectum habuit.

meridum: *Πάντ' ἐδάης Μουσαῖε*, tertium carminis de Motibus terrae: *Φράζεο δὴ καὶ τόνδε*, quibus omnibus sermo institutus vel continuatur vel absolvitur.

Hinc igitur orsus, ut videtur, Cosmogoniae scriptor aliquid de tempore illo infinito dixit, quo nullum fuit tempus, nondum ordinatis rerum coelestium vicissitudinibus. Proculus in Crat. p. 71. Boiss. *ὁ Ἡσίοδος τὸ πρῶτον οὐκ ὠνόμασεν, ἀλλ' ὅτι τὸ μετ' ἐκεῖνο ἀπ' ἄλλου προῆλθε, δηλοῖ διὰ τοῦ Ἤτοι μὲν πρώτιστα. Ὀρφεὺς δὲ πάντα τὰ πρὸ τοῦ Οὐρανοῦ καὶ μέχρι τῆς πρωτίστης αἰτίας ὀνόμασιν ἐδήλωσε καὶ αὐτὸ τὸ ἄῤῥητον καὶ τῶν νοητῶν ἑνάδων ἐκβεβηκὸς Χρόνον προςείρηκεν.* Et p. 64. *Ὀρφεὺς τὴν πρώτην πάντων αἰτίαν χρόνον καλεῖ ὁμωνύμως σχεδὸν τῷ Κρόνῳ· αἱ δὲ θεοπαράδοτοι φῆμαι τὴν θεότητα ταύτην τῷ Ἅπαξ ἐπέκεινα χαρακτηρίζουσιν.* Idem in Tim. I. 86. *οἱ θεολόγοι Κρόνον* (scr. *χρόνον*) *τὸ πρῶτον ἐπωνόμασαν, ὡς δέοντος, οὗπερ γένεσίς ἐστιν, ἐκεῖ προηγεῖσθαι τὸν χρόνον.* et in Theol. I. 28, 68. *τοῖς Ὀρφικοῖς τὸ πρώτιστον αἴτιον χρόνος προςείρηται,* similiterque in Parm. L. VII. 230. *τὸ αἴτιον τῆς ἐκφάνσεως τῶν θείων Ὀρφεὺς χρόνον ὠνόμασεν·* quibus congruit Damascius de Princ. I. 198. *τί δὲ ὁ θεῖος Ὀρφεύς; οὐ πολλοὺς θεοὺς ὑφίστησιν ἀπὸ τοῦ Χρόνου μέχρι τοῦ πρωτογόνου Φάνητος,* ubi Koppius p. 345. male corrigit *Κρόνου*. Sententia Orphei brevissime reddi potest Philonis verbis *Quod Mund. Incorr.* p. 952. B. *ἦν ποτε χρόνος ἡνίκα οὐκ ἦν κόσμος,*

ille ἀγέννητος χρόνος, ὃν αἰῶνα καλοῦσι Timaeus Locr. p. 97. 20. quod primum superessentiale et ultramundanum a Platonicis ponitur principium, τὸ πρῶτον ἕν, τὸ ὑπερούσιον, ἡ ἄῤῥητος ἀρχή sive προαρχή, et aequiparatur ad Zervam, quod Zoroaster duobus principiis praeponit, Graeci autem Κρόνον interpretantur [bb] σκότος ἄγνωστον in Aegyptiorum Theologia Damasc. Quaest. p. 124. Gnosticorum Bython, Cabbalistarum Primum solum sive Occultum Occultorum [c]. Et Pherecydes quoque unum ex tribus principiis tempus esse constituit v. Sturz. Fragm. p. 44. Tempore autem quodam mundum initium cepisse Orpheus docuit. Simplicius in l. de Coel. p. 70. a. περὶ τοῦ γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον πάντας συμφωνεῖν φησι, τούς τε θεολόγους καὶ τοὺς φυσικούς, καὶ τῶν λεγόντων ἔτι γεννητὸν αὐτόν, οἱ μὲν ἀΐδιόν φασιν ὡς Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος [d]. Et apud Aristotelem de Coel. L. III. c. I. εἰσί τινες, οἵ φασιν οὐθὲν ἀγέννητον εἶναι, γενόμενα δὲ τὰ μὲν ἄφθαρτα διαμένειν, τὰ δὲ πάλιν φθείρεσθαι, μάλιστα μὲν οἱ περὶ Ἡσίοδον, εἶτα καὶ τῶν ἄλ-

[bb] V. Tychsen. de Relig. Zor. in Comment. Goetting. T. XI. p. 132. et 138.

[c] cf. Neander *Entwickelung d. Gnost. Syst.* p. 30. Γαλήνη ὑμνουμένη παρὰ τοῖς σοφοῖς, εἴτε ὅρμος μυστικός, εἴτε σιγὴ πατρική Procl. in Parm. L. VII. 163. Ab Orphicis quoque Sigen celebrari dicit Zoega Bassirel. T. II. p. 35. sed falso; Platonici illam βιοθρέμμονα σιγὴν ex Oraculis cognitam habent.

[d] Philo Quod Mund. Incorr. p. 941. D. πατέρα τοῦ Πλατωνικοῦ δόγματος ἔνιοι νομίζουσι γενόμενον καὶ ἄφθαρτον οἰόμενοι τὸν κόσμον ὑπ' ἐκείνου λέγεσθαι, γεννητὸν μὲν ὅτι φησὶν Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ' — ἄφθαρτον δὲ, ὅτι διάλυσιν καὶ φθορὰν οὐ μεμήνυκεν αὐτοῖς.

meridum: *Πάντ' ἰδάης Μουσαῖε*, tertium carminis de Motibus terrae: *Φράζεο δὴ καὶ τόνδε*, quibus omnibus sermo institutus vel continuatur vel absolvitur.

Hinc igitur orsus, ut videtur, Cosmogeniae scriptor aliquid de tempore illo infinito dixit, quo nullum fuit tempus, nondum ordinatis rerum coelestium vicissitudinibus. Proculus in Crat. p. 71. Boiss. *ὁ Ἡσίοδος τὸ πρῶτον οὐκ ὠνόμασεν, ἀλλ' ὅτι τὸ μετ' ἐκεῖνο ἀπ' ἄλλου προῆλθε, δηλοῖ διὰ τοῦ Ἤτοι μὲν πρώτιστα. Ὀρφεὺς δὲ πάντα τὰ πρὸ τοῦ Οὐρανοῦ καὶ μέχρι τῆς πρωτίστης αἰτίας ὀνόμασιν ἐδήλωσε καὶ αὐτὸ τὸ ἄῤῥητον καὶ τῶν νοητῶν ἑνάδων ἐκβεβηκὸς Χρόνον προςείρηκεν.* Et p. 64. *Ὀρφεὺς τὴν πρώτην πάντων αἰτίαν χρόνον καλεῖ ὁμωνύμως σχεδὸν τῷ Κρόνῳ· αἱ δὲ θεοπαράδοτοι φῆμαι τὴν θεότητα ταύτην τῷ Ἅπαξ ἐπέκεινα χαρακτηρίζουσιν.* Idem in Tim. I. 86. *οἱ θεολόγοι Κρόνον* (scr. *χρόνον*) *τὸ πρῶτον ἐπωνόμασαν, ὡς δέοντος, οὗπερ γένεσίς ἐστιν, ἐκεῖ προηγεῖσθαι τὸν χρόνον.* et in Theol. I. 28, 68. *τοῖς Ὀρφικοῖς τὸ πρώτιστον αἴτιον χρόνος προςείρηται,* similiterque in Parm. L. VII. 230. *τὸ αἴτιον τῆς ἐκφάνσεως τῶν θείων Ὀρφεὺς χρόνον ὠνόμασεν·* quibus congruit Damascius de Princ. I. 198. *τί δὲ ὁ θεῖος Ὀρφεύς; οὐ πολλοὺς θεοὺς ὑφίστησιν ἀπὸ τοῦ Χρόνου μέχρι τοῦ πρωτογόνου Φάνητος,* ubi Koppius p. 345. male corrigit *Κρόνου.* Sententia Orphei brevissime reddi potest Philonis verbis *Quod Mund. Incorr.* p. 952. B. *ἦν ποτε χρόνος ἡνίκα οὐκ ἦν κόσμος,*

illo ἀγέννητος χρόνος, ὃν αἰῶνα καλοῦσι. Timaeus Locr. p. 97. 20. quod primum supersubstantiale et ultramundanum a Platonicis ponitur principium, τὸ πρῶτον ἕν, τὸ ὑπερούσιον, ἡ ἄῤῥητος ἀρχή sive προαρχή, et aequiparatur ad Zervam, quod Zoroaster duobus principiis praeponit, Graeci autem Κρόνον interpretantur [bb] σκότος ἄγνωστον in Aegyptiorum Theologia Damasc. Quaest. p. 124. Gnosticorum Bython, Cabbalistarum Primum solum sive Occultum Occultorum [c]. Et Pherecydes quoque unum ex tribus principiis tempus esse constituit v. Sturz. Fragm. p. 44. Tempore autem quodam mundum initium cepisse Orpheus docuit. Simplicius in l. de Coel. p. 70. a. περὶ τοῦ γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον πάντας συμφωνεῖν φησι, τούς τε θεολόγους καὶ τοὺς φυσικοὺς, καὶ τῶν λεγόντων ἔτι γεννητὸν αὐτὸν, οἱ μὲν ἀΐδιόν φασιν ὡς Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος [d]. Et apud Aristotelem de Coel. L. III. c. I. εἰσί τινες, οἳ φασιν οὐθὲν ἀγέννητον εἶναι, γενόμενα δὲ τὰ μὲν ἄφθαρτα διαμένειν, τὰ δὲ πάλιν φθείρεσθαι, μάλιστα μὲν οἱ περὶ Ἡσίοδον, εἶτα καὶ τῶν ἄλ-

[bb] V. Tychsen. de Relig. Zor. in Comment. Goetting. T. XI. p. 132. et 138.

[c] cf. Neander *Entwickelung d. Gnost. Syst.* p. 30. *Γαλήνη ὑμνουμένη παρὰ τοῖς σοφοῖς, εἴτε δρμος μυστικὸς εἴτε σιγὴ πατρικὴ* Procl. in Parm. L. VII. 163. Ab Orphicis quoque Sigen celebrari dicit Zoega Bassirel. T. II. p. 35. sed falso; Platonici illam *βιοθρέμμονα σιγήν* ex Oraculis cognitam habent.

[d] Philo Quod Mund. Incorr. p. 941. D. *πατέρα τοῦ Πλατωνικοῦ δόγματος ἔνιοι νομίζουσι γενόμενον καὶ ἄφθαρτον οἰόμενοι τὸν κόσμον ὑπ᾽ ἐκείνου λέγεσθαι, γεννητὸν μὲν ὅτι φησίν Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ᾽ — ἄφθαρτον δὲ, ὅτι διάλυσιν καὶ φθορὰν οὐ μεμήνυκεν αὐτοῦ.*

λων οἱ πρῶτοι φυσιολογήσαντες, idem Orpheum significari putat p. 138. b. πρώτους φυσιολόγους τοὺς περὶ Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον εὔλογον λέγει, οἵτινες πάντα πλὴν τοῦ πρώτου γενέσθαι φασί.

§. 2.

Chronus ille ex se Chaos et Aetherem progenerasse dicitur. Proculus in Tim. I. 54. μετὰ τὴν μίαν αἰτίαν ἡ δυὰς τῶν ἀρχῶν ἀνεφάνη καὶ ἐν ταύταις ἡ μονὰς κρείττων τῆς δυάδος ἦ, εἰ βούλει Ὀρφικῶς λέγειν, ὁ αἰθὴρ τοῦ χάους. Idem II. 117. ὥςπερ Πλάτων διττὰς παρήγαγεν αἰτίας ἀπὸ τοῦ ἑνὸς, τὸ πέρας καὶ τὴν ἀπειρίαν, οὕτω καὶ ὁ Θεολόγος ἀπὸ τοῦ χρόνου τόν τε αἰθέρα καὶ τὸ χάος ὑπέστησε, τοῦ μὲν πανταχοῦ πέρατος αἴτιον τὸν αἰθέρα, τῆς δὲ ἀπειρίας τὸ χάος, καὶ ἀπὸ τούτων τοῖν δυοῖν ἀρχῶν, τούς τε θείους γεννᾷ διακόσμους καὶ τοὺς ἐμφανεῖς. quae licet magna sui parte vacillent, tamen huc transponere non fastidivi, ut non solum sententia poetae sed etiam interpretum pernoscatur cavillatio. Simplicius in L. IV. Ausc. p. 123. δηλοῖ (chaos Hesiodium) οὐ χώραν ἀλλὰ τὴν ἀπειροειδῆ καὶ πεπληθυσμένην τῶν θεῶν αἰτίαν, ἣν Ὀρφεὺς χάσμα πελώριον ἐκάλεσε. Μετὰ γὰρ τὴν μίαν τῶν πάντων ἀρχὴν, ἣν Ὀρφεὺς καὶ χρόνον ἀνυμνεῖ, ὡς μέτρον τῆς μυθικῆς τῶν θεῶν γενέσεως, αἰθέρα καὶ πελώριον χάσμα προελθεῖν φησι, τὸν μὲν τῆς περατοειδοῦς προόδου τῶν θεῶν αἴτιον, τὸ δὲ τῆς ἀπεροειδοῦς· καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ

Οὐδέ τι πεῖρας ἔην, οὐδὲ (οὐ) πυθμήν, οὐδέ τις ἕδρη.

cujus versus initium *οὐδέ τι πεῖρας ὑπῆν* repetit Proculus in Parmen. L. VI. 101. Illum autem, cujus particulae apud Simplicium extant, integrum nobis exhibet Syrianus in Metaph. L. II. p. 33. a. Quemadmodum Orpheus Chaos ipsum et magnam voraginem ingentem hinc et hinc, et Pythagoras interminatam dualitatem etc. ubi pro Chaos substituendum Aether, ut in graeco versu, quem e Galei libro evulgavit Taylorus in Diario Classico T. XVII. 163.

Χάος καὶ μέγα χάσμα πελώριον ἔνθα καὶ ἔνθα.

Idem Syrianus p. 7. a. Deum ipsum aut bonum aut unum appellemus, aut finem et infinitatem, ut in Philebo Plato et ante ipsum Timolaus[dd] aut unitatem et binarium, ut plurimi Pythagoreorum, aut aetherem et chaos, ut Orpheus, aut factorem et dualitatem, ut ipse Pythagoras in sacro sermone —[e] Damascius Quaest. p. 133. *Ὀρφεὺς μὲν αἰθέρα καὶ χάος μετὰ τὸν χρόνον.* Quibus subjungere libet Apulejum de Orthogr. p. 137. Maj. Orpheus, Linus et Hesiodus deos ex chao ab initio erupisse dixerunt; et consentiens Malelae IV. 31. atque Cedreni T. I. p. 57. et 84. testimonium: *Ἔστι δὲ ἅπερ Ὀρφεὺς ἐξέθετο ταῦτα, ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἀνε-*

[dd] Philolaus emendat Fabric. Bibl. T. I. 878.

[e] Addit ad extremum: Et tot quidem de Pythagoricis principiis, quod idem est ac si dicas de Orphicis et Platonicis.

δείχθη τῷ χρόνῳ ὁ αἰθὴρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δημιουργηθεὶς καὶ ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν τοῦ αἰθέρος ἦν χάος, καὶ νὺξ ζοφερὰ πάντα κατεῖχε καὶ ἐκάλυπτε τὰ ὑπὸ τὸν αἰθέρα, σημαίνων τὴν νύκτα πρωτεύειν, εἰρηκὼς ἀκατάληπτόν τινα καὶ πάντων ὑπέρτατον εἶναι καὶ προγενέστερον καὶ δημιουργὸν καὶ τοῦ αἰθέρος καὶ τῆς νυκτὸς καὶ πάσης τῆς κτίσεως, in quibus non solum Orphei sententia sed etiam verba continentur Αἰθὴρ καὶ μέγα χάσμα — ἔνθα καὶ ἔνθα. Postrema de Chrono dicta sunt et Nocte, non illa mythica, quae paullo post in medium procedet, sed quam Proculus quoque antiquo chao incubasse dicit in Tim. II. 117. ἡ ἐσχάτη ἀπειρία, ὑφ' ἧς καὶ ἡ ὕλη περιέχεται — χώρισμα μέν ἐστιν ὡς χώρα τῶν εἰδῶν καὶ τόπος, οὔτε δὲ πέρας οὔτε πυθμὴν οὔτε ἕδρα περὶ αὐτήν ἐστιν, ἀζηχὲς δὲ αὖ σκότος καὶ αὕτη ὀνομάζοιτο ἄν, quae verba ex eodem Orphei carmine deprompta esse apparet. Nec aliunde Proculus in Parm. L. VII. 168. ἀδιακρίτων πάντων κατὰ σκοτόεσσαν ὀμίχλην, φησὶν ὁ Θεολόγος· quae Cousinus ex Argon. 523. derivata putat, ubi de Dolionibus sermo est: ἐν δ' ἔπεσαν Μινύῃσι κατὰ σκοτόεσσαν ὀμίχλην. Sed hi nondum nati erant illo Theogoniae tempore!

§. 3.

Chaos hoc temporis progressu in ovi figuram coaluit, motuque aetheris, ut videtur, intestini in orbem cieri coepit. Damascius Quaest. 147. Ὀρφεύς

— — ἔπειτα δ' ἔτευξε μέγας Κρόνος αἰθέρι δίῳ
ὠεὸν ἀργύφεον —

ubi Χρόνος scribendum. De ὠῷ copiosius loquitur Apio in Clement. Homil. VI. 4. 671. T. II. Galland. p. 678. Cotel. Ὀρφεὺς τὸ χάος ὠῷ παρεικάζει, ἐν ᾧ τῶν πρώτων στοιχείων ἦν ἡ σύγχυσις. Τοῦτο Ἡσίοδος χάος ὑποτίθεται ὅπερ Ὀρφεὺς ὠὸν λέγει γεννητὸν ἐξ ἀπείρου τῆς ὕλης προβεβλημένον, γεγονὸς δὲ οὕτως. Τῆς ὕλης ἐμψύχου οὔσης καὶ ἀπείρου τινὸς βυθοῦ ἀεὶ ῥέοντος καὶ ἀκρίτως φερομένου — — συνέβη ποτὲ εὐτάκτως ῥυῆναι καὶ μῖξαι τὰς οὐσίας, καὶ οὕτως ἐξ ἑκάστου, ὅπερ πρὸς γέννησιν ζώου ἐπιτηδειότατον ἦν, κατὰ μέσου ῥυῆναι τοῦ παντὸς καὶ τὸ περικείμενον πνεῦμα ἐπισπάσασθαι — ὥςπερ ἐν ὑγρῷ πομφόλυξ· Οὕτω σφαιροειδὲς συνελήφθη (συνειλήφθη) κύτος. Ἔπειτα ἐν ἑαυτῷ κυηθὲν ὑπὸ τοῦ κατειληφότος θειώδους πνεύματος ἀναφερόμενον προέκυψεν εἰς φῶς — τῇ περιφερείᾳ τῶν ὠῶν προςεοικός. De motu circulari testimonium praebet Proculus in Crat. p. 79. ὁ Ὀρφεὺς περὶ τοῦ κρυφίου διακόσμου τῶν θεῶν οὕτως ἔφη

— — τὸ δ' ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον
ἀτρύτως ἐφορεῖτο —

quae idem affert in Comment. in Euclid. Elem. II. 43. et in Parm. L. VII. 153. Idem in Tim. III. 160. τῷ παντὶ τὸ σφαιρικὸν συγγενὲς — — Προγονητικὸν οὖν τὸ σχῆμα τοῦτό ἐστι τῷ κόσμῳ, φανὲν μὲν ἐν αὐτῷ τῷ κρυφίῳ διακόσμῳ· τὸ γὰρ Ἀπειρέσιον κατὰ κύκλον ἀτρύτως ἐφορεῖ-

το κατὰ ἐκείνην εἴρηται τὴν τάξιν· ἐναργέστερον δὲ ὀφθὲν ἐν τῷ παντελεῖ ζώῳ· τὸ γὰρ

Ὡρμήθη δ' ἀνὰ κύκλον ἀθέσφατον — —

περὶ ταύτης εἴρηται τῷ Θεολόγῳ τῆς θεότητος (Solis). Simplicius in Ausc. I. p. 31. b. εἰ δὲ εὐκύκλῳ σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ τὸ ὄν φησι [f] μὴ θαυμάσῃς· διὰ γὰρ τὴν ποίησιν μυθολογικοῦ παράπτεται πλάσματος. Τί οὖν τοῦτο διαφέρει εἰπεῖν ἢ ὡς Ὀρφεὺς εἶπεν Ὠεὸν ἀργύφεον. Ovum hoc cosmogonicum utrum Orpheus a philosophis Phoenicibus, Aegyptiis, Babylonicis acceperit an suopte ingenio in hanc vulgatissimam similitudinem [g] inciderit, quaerere ludicrum est. Ex Aethere et Chao progeneratum esse testatur etiam Proculus in Tim. I. 138. ἦν τὸ ᾠὸν ἐκεῖνο τοῦ αἰθέρος ἔγγονον καὶ τοῦ χάους, ὧν ὁ μὲν κατὰ τὸ πέρας ἵδρυται, ὁ δὲ κατὰ τὸ ἄπειρον. Ὁ μὲν γάρ ἐστι ῥίζωμα πάντων, τῷ δὲ οὐδὲ πεῖραθ' ὑπῆν· quae paulo aliter supra scripta sunt. An vero sacrorum Orphicorum cultores propterea ovis abstinuerint, quod ea imaginem mundi referre putarent, magnopere dubito. Plutarchus L. II. Symp. III. 1. 76. ᾠῶν ἀπεχόμενος ὑπόνοιαν παρέσχον ἐνέχεσθαι δόγμασιν Ὀρφικοῖς ἢ Πυθαγορικοῖς καὶ τὸ ᾠὸν ἀρχὴν γενέσεως ἡγούμενος ἀφοσιοῦσθαι· quo ab initio novus inducitur convi-

[f] Parmenid. p. 76. Fuelleborn.

[g] Varro Fragm. p. 318. Bip. Coelum est testa, vitellum terra, inter illa duo humor quasi in sinum clusus aeri, in quo calor. Diaconus Constantinop. 72. Quis varias adeo naturas clausit in ovis? — Aera, quod terra est; quod flavum denotat ignem, Album undas et terras testula dura refert.

varum sermo, ovum an gallina prius extiterit, disceptantium [h] donec unus eorum altius insurgit: *Ἀείσω ξυνετοῖσι τὸν Ὀρφικὸν καὶ ἱερὸν λόγον, ὃς οὐκ ὄρνιθος μόνον τὸ ᾠὸν ἀποφαίνει πρεσβύτερον, ἀλλὰ καὶ συλλαβὼν τὴν ἁπάντων πρεσβυγένειαν ἀνατίθησιν — — ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς, ὡς μίμημα τοῦ τὰ πάντα γεννῶντος καὶ περιέχοντος ἐν ἑαυτῷ, συγκαθωσίωται.* quae in usum suum convertit Macrobius Sat. VII. 16. 691. Consule initiatos sacris Liberi Patris, in quibus ovum hoc veneratione colitur, ut ex forma sphaerali mundi simulacrum videatur. Achilles Tat. Isag. in Phaenn. p. 130. C. Petav. *σχῆμα κόσμου οἱ μὲν κωνοειδὲς εἶπον, οἱ δὲ ᾠοειδὲς, ἧς δόξης ἔχονται οἱ τὰ Ὀρφικὰ μυστήρια τελοῦντες.* Zaratas quidem Chaldaeus, a quo Pythagoras *τοὺς τελεστικοὺς καθαρμοὺς καὶ τὴν ἱερατικὴν ἀγωγὴν* accepisse dicitur v. Interpr. ad Porphyr. V. P. p. 24. abstineri possit *κυάμῳ, ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιος* Origen. Philos. c. II. *κύαμον* autem Pythagoricorum nonnulli ovum esse volunt v. Sturz. ad Emped. p. 636. Nec tamen hanc rationem fuisse arbitror, cur initiati ova sorbillare noluerint, sed potius, quia et in silicicerniis apponebantur et in purificationibus circumferebantur, religionem quandam videntur habuisse v. supr. P. I. Cap. II. Pythagorei autem propter eandem causam cor, cerebrum, matricem

[h] Vetus haec quaestio a Peripateticis agitata. v. Censorin. c. IV.

et ova, tanquam fontes et principia vitae, veneratione quadam dignati sunt.

§. 4.

Ex ovo nascitur Phanes sive alio nomine Metis et Ericapaeus. Clemens p. 672. τὸ ἐξ ἀπείρου ὕλης ἀποκυηθὲν ἔμψυχον ᾠὸν ἐκ τῆς ὑποκειμένης καὶ ἀεὶ ῥεούσης ὕλης κινούμενον παντοδαπὰς ἐκφαίνει μορφάς. Ἔνδοθεν γὰρ τῆς περιφερείας ζῷόν τι ἀρρενόθηλυ εἰδοποιεῖται, προνοίᾳ τοῦ ἐνόντος ἐν αὐτῷ θείου πνεύματος, ὃν Φάνητα Ὀρφεὺς καλεῖ, ὅτι αὐτοῦ φανέντος [1] τὸ πᾶν ἔλαμψε τῷ φέγγει τοῦ διαπρεπεστάτου τῶν στοιχείων πυρὸς ἐν τῷ ὑγρῷ τελεσφορουμένου. Quibus persimilis est Hipponis Rhegini doctrina, qui duo esse voluit rerum principia, humorem frigidum et calidum ignem, γεννώμενον δὲ τὸ πῦρ ὑπὸ ὕδατος κατανικῆσαι τὴν τοῦ γεννήσαντος δύναμιν συστῆσαι τὸν κόσμον Origen. Philos. XVI. 104. Sed pergam Clementis verba referre: τὸ μὲν οὖν πρωτοτόκον ᾠὸν ὑποθερμανθὲν ὑπὸ τοῦ ἔσωθεν ζῴου ῥήγνυται, ἔπειτα δὲ μορφωθὲν προέρχεται ὁποῖόν τι καὶ Ὀρφεὺς λέγει

[1] Noti sunt graeci homines hoc nomine dicti Phanes Halicarnassius Herodo. III. 4. Messenius Paus. IV. 17. 5. Althaeae frater Schol. Ven. IX. 564. Phanes et Faunus Centauri Nonn. Dion. XIV. 191. Haec si delicatiores fastidiant, paucis nummis sibi comparare possunt Glossarium aut Hebraicum aut Persicum aut Samscriticum, unde quamlibet ingeniosas etymologias, si modo literarum elementa didicerint, expiscentur; neque non Polonica et Hungarica vocabula; ut Daehnertus demonstrat ad Bulangeri Antiquit. revelat. p. 637. quaerentibus deerunt. Jablonskius de Vocc. Aegypt. p. 375. Ausonianum Φανάκης sive Φανήτης huc arcessit et Aegyptiacum Φενεξ i. q. αἰών. Aeonem autem, Phanetem et Osirin eundem esse statuit; quae omnia lubrica sunt et incerta.

Ἀκμαίου σχισθέντος ὑπὲκ πολυχανδέος ὠοῦ [k]

καὶ οὕτω τὸ μὲν κύτος τὴν διακόσμησιν ἔσχε, αὐτὸς δὲ ὥσπερ ἐπ' ἀκρωρείας οὐρανοῦ προκαθέζεται καὶ ἐν ἀποῤῥήτοις τὸν ἄπειρον περιλάμπει αἰῶνα· quae conferri possunt cum Mochi Cosmogonia ap. Damasc. p. 260. λέγεται ἐξ αὐτοῦ (τοῦ ὠοῦ) ῥαγέντος εἰς δύο γενέσθαι οὐρανὸς καὶ γῆ, τῶν διχοτομημάτων ἑκάτερον. Reliqua Clementis disputatio, qua Plutonis, Neptuni aliorumque deorum allegoriae continentur, ad vulgarem mythologiam pertinet.

Malala autem et Cedrenus post illa quae supra attulimus, haec adjungunt: Ἔφρασε δὲ ὅτι τὸ φῶς ῥῆξαν τὸν αἰθέρα ἐφώτισε τὴν γαῖαν [l] εἰπὼν ἐκεῖνο εἶναι τὸ φῶς τὸ ῥῆξαν τὸν αἰθέρα τὸν ὑπέρτατον πάντων· οὗ ὄνομα Ὀρφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντείας ἐξεῖπε, Μῆτιν, Φάνητα, Ἠρικεπαῖον [m], ὅπερ ἑρμηνεύεται βουλή, φῶς, ζωοδο-

[k] Aliter hunc locum emendare nescio; vulgo legitur κραμαίου σχισθέντος πολυχανδέος ὠοῦ· jungenda sunt προέρχεται ὁποῖόν τι *provenit species ab Orpheo descripta;* quid provenerit, omittit, sed apparet Phanetem significari. Hermanno ipsum nomen Ἠρακαπαίου in mendoso κραμαίου latere videtur.

[l] Sic Malelas, πᾶσαν τὴν κτίσιν rectius Cedrenus et mox ἐξεῖπε pro ἐξ ἧς εἶπε.

[m] Nomen hoc unde proficiscatur et quid significet, jam diu est, ex quo disceptant eruditi. Praeter eos, quos Gesnerus indicat ad Hymn. V., Wakefieldius Sylv. Crit. II. p. 111. ex ἔαρ et κάπος compositum putat ad significandum Vita est in sanguine. Visconti in Pio-Clement. T. VI. 23. ab ἔρι et κάπτειν, ut ille deorum devorator denotetur, quem eundem Janum esse contendit nihil reveritus Ovidium, qui Jano par numen Graeciam habere negat; hisque commentis implicatur eruditio de imagine Jani sive Aeonis, ut voluit, de qua jam multi laborarunt. v. Jablonski l. c. Zoega Bassirel. T. II. p. 34. Labus Monum. Antich. in Biblioth. Ital. anni 1816. N. V. p. 194. Bentlejus contra ad Mill. p. 456. negat se operam inquirenda etymologia perdere velle; et in Ep. ad Bernard. p. 160. Ἠρικεπαῖος (quae est frequentior scriptura) nulli Graeco vocabulo simile esse docet.

τήρ[mm]· εἰπὼν ταύτας τὰς τρεῖς θείας τῶν ὀνομάτων δυνάμεις μίαν εἶναι δύναμιν καὶ ἓν κράτος τοῦ μόνου θεοῦ, ὃν οὐδεὶς ὁρᾷ — ἐξ αὐτοῦ δὲ τῆς δυνάμεως τὰ πάντα γεγενῆσθαι, ἀρχὰς ἀσωμάτους καὶ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα πάντα, quorum reliquam partem alio opportuniore loco producam; nunc de Phanete agitur. Lactantius Inst. I. 5. p. 28. **Orpheus deum verum et magnum** *Πρωτόγονον* **appellat quod ante ipsum nihil est genitum sed ab ipso cuncta sunt generata.** Eundem etiam *Φάνητα* **nominat, quod quum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit et extiterit. Cujus originem atque naturam quia concipere non poterat, ex aere natum esse dicit:**

Πρωτόγονος Φαέθων περιμήκεος αἰθέρος υἱός

quae omnia ex eodem Theogoniae opere accepit, quo Platonici utuntur, ac fortasse ex eo ipso loco, quo Proculus in Tim. II. 132. ὁ Φάνης περικαλλέος αἰθέρος υἱὸς ὀνομάζεται καὶ Ἀβρὸς Ἔρως καὶ κάλλιστος

Θαύμαζον καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἄελπτον·
τοῖον ἀπέστιλβεν χροὸς ἀθανάτοιο Φάνητος.

Quinam Phanetem admirari potuerint, **quum adhuc nihil esset,** hinc non apparet, sed tamen intelligi potest; de Sole ejusdem nominis participe ne quis cogitèt, prohibet Proculi interpretatio et hoc et alio loco in Theol. III. 20.

[mm] Suidas s. Ὀρφεύς pro hoc exhibet ζωή.

161. *τοῦτό ἐστι τὸ φανότατον τῶν νοητῶν ὁ νοῦς ὁ νοητὸς καὶ τὸ ἀποστίλβον φῶς, ὃ καὶ τοὺς νοερούς ἐκπλήττει φανὲν καὶ ποιεῖ θαυμάζειν τὸν πατέρα, καθάπερ φησὶν Ὀρφεύς.* quo accedit Hermiae testimonium in Phaedr. p. 141. de Phanete: *τὴν Νύκτα ἠνῶσθαι αὐτῷ φησι*

Πρωτόγονόν γε μὲν οὔτις ἐπέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν
εἰ μὴ Νὺξ ἱερὴ μούνη· οἱ δ᾽ ἄλλοι ἅπαντες
θαύμαζον καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἄελπτον·
τοῖον ἀπέστραπτεν χροὸς ἀθανάτοιο Φάνητος.

Cetera hujus dei nomina tradit Proculus in Crat. p. 36. *καὶ Ὀρφεὺς πρώτην ταύτην τὴν τῶν νοητῶν φύσιν ὀνόματί φησιν ὑπὸ τῶν ἄλλων καλεῖσθαι θεόν· λέγει δ᾽ οὕτως*

Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν κλυτὸν, ὅντε Φάνητα
πρωτόγονον μάκαρες κάλεον κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον.

quorum posteriorem partem *Ὅντε — Ὄλυμπον* saepius iterat in Crat. p. 52. in Tim. V. 303. et auctiorem II. 137. *καλεῖ δὲ*

— — — εὐδαίμονα σέμνον
Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν κλυτόν — —

Priorem saepissime Damascius p. 346. *ὁ παρ᾽ Ὀρφεῖ πρωτόγονος θεὸς, ὁ πάντων σπέρμα φέρων τῶν θεῶν, ἀπὸ τοῦ ᾠοῦ πρῶτος ἐξέθορε·* Et p. 142. *τὸν Μῆτιν πρῶτον ἀνυμνεῖ σπέρμα φέροντα θεῶν·* quem et *Ἠρικεπαῖον* vocari p. 307. Versus autem, quos Etymol. M. s. *Φάνης* apponit:

τὸν δὴ καλέουσι Φάνητα
(Ἀθάνατοι) ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἔγεντο.

Ὀρφεύς· οὕτως Ὧρος. hos igitur Ruhnkenius Ep. II. 129. et Barkerus in Nott. ad h. l. ex Argon. v. 15.

sumtos sed memoriae vitio parum accurate redditos putat [†], quem totum locum propter Orphicarum sententiarum indicia subjicere praestat. Ibi enim poeta cecinisse se ait:

> Ἀρχαίου μὲν πρῶτα χάους ἀμέμαρτον ἀνάγκην
> καὶ Κρόνον, ὃς ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοις ὑπὸ κόλποις
> αἰθέρα καὶ διφυῆ περιωπέα κυδρὸν Ἔρωτα
> νυκτὸς ἀειγνήτης [ª] πατέρα κλυτὸν, ὃν ῥα Φάνητα
> ὁπλότεροι κλῄζουσι βροτοί, πρῶτος γὰρ ἐφάνθη.

ubi Zoega in Comment. a Welckero editis p. 229. ambiguum esse dicit, utrum haec inter se continuanda sint verba Κρόνος ἐλόχευσεν αἰθέρα καὶ Ἔρωτα, an hic accusativus a praemisso verbo ἔφρασα pendeat, sed pro Κρόνος scribendum esse Χρόνος et hoc loco et in Schol. Apoll. III. 26. ἐν τοῖς εἰς Ὀρφέα Κρόνου λέγεται εἶναι ὁ Ἔρως

> Αὐτὰρ Ἔρωτα Κρόνος καὶ πνεύματα πάντ' ἐτέκνωσε.

et ob hoc sibi credibilius videri, Argonauticorum scriptorem Amorem Aetheris, Aetherem Chroni filium dixisse; in quo nihil habeo, quod viro egregio refrager [°].

§. 5.

Quum autem triplex fuerit Cosmogenia Orpheo inscripta, scire juvat, doctrinam illam, quam

[†] Id merito improbat Hermannus de aetat. Argon. p. 681. Ori aetatem, diu ante quam editus est, conjectavi ex glossa hinc excerpta ap. Du Cang. Gloss. p. 1086. Ὁλοκοτινίν, διὰ τὸ ὅλον κότον ἐν αὐτῷ. v. Ind. Script. p. 85.

[ª] Eustath. p. 245. λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὅτι οἱ Ἴωνες τὸ εἶναι γενέσθαι φασίν, ὅθεν ἀειγενέτης ὁ ἀεὶ ὤν· Apollo ἀειγενέτης Macrob. Sat. I. 17.

[°] Quae Millinus in Monum. Ined. T. II. p. 3. sq. de hac parte Systematis Orphici disseruit, refellere supersedemus.

hactenus tractavimus, in majore et quasi canonico opere in rhapsodiis descriptam expositam fuisse. Damascius Quaest. p. 380. ἐν ταῖς φερομέναις ταύταις ῥαψῳδίαις Ὀρφικαῖς θεολογία δή τίς ἐστιν, ἣν καὶ οἱ φιλόσοφοι διερμηνεύουσιν, ἀντὶ μὲν τῆς μιᾶς τῶν ὅλων ἀρχῆς τὸν χρόνον τιθέντες, ἀντὶ δὲ τοῖν δυοῖν αἰθέρα καὶ χάος, ἀντὶ δὲ τοῦ ὄντος ἁπλῶς τὸ ᾠὸν ἐπιλογιζόμενοι καὶ τριάδα ταύτην πρώτην ποιοῦντες: de qua triade loqui videtur Olympiodorus ad Philebum p. 285. Ἰάμβλιχος — — ἐν ταῖς Ὀρφικαῖς ἐν τῷ μυθευομένῳ ᾠῷ τὰς τρεῖς ἐκφαίνει μονάδας φησίν. Tum Damascius addit paullo obscurius: ὡς δὲ τὴν δευτέραν τελεῖν ἤτοι τὸ κυούμενον καὶ τὸ κύον ᾠὸν τὸν θεὸν, ἢ τὸν ἀργῆτα χιτῶνα[p], ἢ τὴν νεφέλην, ὅτι ἐκ τούτων ἐκθρώσκει ὁ Φάνης· ἄλλοτε γὰρ ἄλλα περὶ τοῦ μέσου φιλοσοφοῦσι· τοῦτο μὲν ὁποῖον ἂν ᾖ· ὡς δὲ πατέρα καὶ δύναμιν, ἀλλά τινα προσεπινοοῦντες οὐδὲν τῷ Ὀρφεῖ προσήκοντα. Τὴν δὲ τρίτην τὸν Μῆτιν, τὸν Ἠρικεπαῖον ὡς δύναμιν, τὸν Φάνητα ὡς πατέρα p. 380. Quorum postrema sic emendanda sunt Εἰς δὲ τὴν τρίτην (τριάδα τελεῖν) τὸν Μῆτιν ὡς νοῦν, τὸν Ἠρικεπαῖον ὡς δύναμιν etc. quae sunt Platonicorum commenta frigidissima, omnia ad triades suas revocare obstinantium, quarum unaquaque continentur tres monades, πατήρ, νοῦς, δύναμις[q], eodemque tendunt praecedentia verba

[p] Bentlejus Opusc. p. 455. dubitanter corrigit τὸν ῥαγέντα χιτῶνα.

[q] v. Damasc. Quaest. p. 382. Pselli Expos. I. p. 113. Sic triadis demiurgicae pater est Jupiter, potentia Neptunus, intelligentia

multifariam corrupta, unde tamen intelligas Orpheum extremum illud, quod cuncta complexu suo coerceret, modo νεφέλην modo ἀῤῥῆγα χιτῶνα appellasse eadem metaphora usum, qua Leucippus et Democritus χιτῶνα κύκλῳ καὶ ὑμένα περιτείνουσι τῷ κόσμῳ [q]. Et ex hac sive nube sive tunica ovum circumdante Phanetem emicuisse. Eadem omnia comparent in Cosmogonia Orphica, quam supra Platonis interpretes sequuti descripsimus, tempus rerum ortum praecedens, Aetherem et Chaos ovi formae inclusum, Phanetem ovo exclusum, mundi formatorem; unde inducor ut Damascii verbis ἣν οἱ φιλόσοφοι διερμηνεύουσι, Platonicos potissimum significari putem. Hinc diversa fuit altera Genesis, quam continuo subjungit p. 381. τοιαύτη μὲν ἡ συνήθης Ὀρφικὴ θεολογία. Ἡ δὲ κατὰ τὸν Ἱερώνυμον φερομένη καὶ Ἑλλάνικον, εἴπερ μὴ καὶ ὁ αὐτός [r] ἐστιν, οὕτως ἔχει. Ὕδωρ ἦν, φησὶν, ἐξ ἀρχῆς καὶ ὕλη (ἰλύς) ἐξ ἧς ἐπάγη ἡ γῆ, δύο ταύτας ἀρχὰς ὑποτιθέμενος πρῶτον, ὕδωρ καὶ γῆν· τὴν δὲ μίαν πρὸ τῶν δυοῖν ἄῤῥητον ἀφίησι· τὴν δὲ τρίτην ἀρχὴν μετὰ τὰς δύο γεννηθῆναι μὲν ἐκ τούτων, ὕδατος φημὶ καὶ γῆς, δράκοντα δὲ εἶναι κεφαλὰς ἔχοντα προςπεφυκυίας ταύρου καὶ λέοντος, ἐν μέ-

Pluto Procl. in Tim. V. 297. in Crat. p. 90. qui sunt tres patres intellectuales post tres intelligibiles Phanetem, Uranum, Cronum. Id. Theol. VI. 11. 871.

[q] v. Plutarch. Placitt. II. 6. 896. T. XII. Galen. Hist. Phil. XI. p. 84. T. II. Charter.

[r] Tiedemannus De prim. Graec. Philosoph. p. 68. ἡ αὐτή corrigit. Censor ejus in Bibl. Crit. Vol. II. P. II. 88. vulgatum retinet: significat Hieronymum hanc rem ex Hellanico sumsisse atque adeo ambos non nisi unam habere auctoritatem.

σῳ δὲ θεοῦ πρόσωπον, ἔχειν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων πτέρα, ὠνομάσθαι δὲ χρόνον ἀγήραον καὶ Ἡρακλῆα τὸν αὐτόν[*]· *συνεῖναι δὲ αὐτῷ τὴν Ἀνάγκην, φύσιν οὖσαν τὴν αὐτὴν καὶ Ἀδράστειαν ἀσώματον διωργυιωμένην ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, τῶν περάτων αὐτοῦ ἐφαπτομένην. Ταύτην οἶμαι λέγεσθαι τὴν τρίτην ἀρχὴν, πλὴν ὅτι ἀρσενόθηλυν αὐτὴν ὑπεστήσατο* p. 381. **Hieronymus igitur non a Chrono orsus est sed hunc ex duobus principiis natum dixit, Solem, ut videtur, significans, eundemque Herculem vocavit, unde carminis novitas apparet. Nam Herculis nomen non prius Soli accommodari potuit, quam duodecim athla[**] et totidem zodiaci signa constituta sunt, et hujus demum obliquitate reperta effectum est ut Sol aliquam cum serpente similitudinem habere videretur. Neque hoc solum inter utrumque Cosmographum differt sed etiam hoc, quod Hieronymus deo suo formam serpentis et tria diversi generis capita affingit, ille autem capiti serpentino sive potius serpentifero ilia taurinis capitibus cincta subjungit, ut patet ex sequentibus Damascii verbis, quibus Orphicae Cosmogoniae descriptionem absolvit:** *Καὶ ὑπολαμβάνω τὴν ἐν ταῖς Ῥαψῳδίαις θεολογίαν ἀφεῖσαν τὰς δύο πρώτας ἀρχὰς μετὰ τῆς μιᾶς πρὸ τῶν δυοῖν τῆς τῇ σιγῇ*[†] *παραδοθείσης ἀπὸ τῆς τρίτης μετὰ τὰς*

[*] Praetuli poeticas formas vulgatis *ἀγήρατον* et *Ἡρακλέα*, quas Jablonskius retinet de terra Josen Opusc. T. II. p. 222.

[**] v. Hymn. Orph. XII. 10—12. Horum minimam partem Homero notam fuisse veteres Critici docent. v. Schol. Vict. ad Il. *T.* 133. et *Θ*. 368.

[†] Sic correxi vulgatum *τῆς σιγῆς παραδοθείσης*.

δύο ταύτης ἐνστήσασθαι τὴν ἀρχὴν ὡς πρώτης ῥητόν τι ἐχούσης καὶ σύμμετρον πρὸς ἀνθρώπων ἀκοάς. Οὗτος γὰρ ἦν ὁ πολυτίμητος ἐν ἐκείνῃ [u] *χρόνος ἀγήραος καὶ αἰθέρος καὶ χάους πατήρ. Ἀμέλει καὶ κατὰ ταύτην ὁ χρόνος οὗτος ὁ δράκων γεννᾷ τὴν τριπλῆν γονὴν* [†] *αἰθέρα φησὶ νοερὸν καὶ χάος ἄπειρον καὶ ἔρεβος ὁμιχλῶδες* [††] quae singula §. 2. retulimus verbis Orphicis: *Αἰθήρ, χάσμα πελώριον* et *ἀζηχὲς σκότος* sive *σκοτόεσσαν ὁμίχλην.* quo magis firmatur conjectura nostra Theologiam in Rhapsodiis propositam eandem esse, cujus particulae supersunt plurimae. In hac igitur Chronum trias secunda, ut Platonici numerant, sequitur, hanc tertia, quam Damascius suo more explicat: *τίς οὖν αὕτη ἐστί; τὸ ᾠόν, ἡ δυὰς τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων ἄῤῥενος καὶ θηλείας, καὶ τῶν ἐν μέσῳ παντοίων σπερμάτων τὸ πλῆθος· καὶ τρίτον. ἐπὶ τούτοις θεὸς ἀσώματος* [*] *πτέρυγας ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχων χρυσᾶς, ὃς μὲν ἐν ταῖς λαγόσι προςπεφυκυίας εἶχε ταύρων κεφαλάς, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς δράκοντα πελώριον παντοδαπαῖς μορφαῖς θηρίων ἰνδαλλόμενον. Τοῦτον μὲν οὖν ὡς νοῦν τῆς τριάδος ὑποληπτέον, τὰ δὲ μέσα*

[u] Scil. *τῇ ἐν ταῖς Ῥαψῳδίαις θεολογίᾳ.*

[†] Sic correxi vulgatum *γεννᾶται τριπλήγονην.* Pro *φησὶ νοερόν* fortasse *φημὶ νοτερόν* scribendum.

[††] p. 382. Kopp. p. 254. Wolf. Nonnullas horum particulas evulgavit Gale ad Cornut. p. 203. p. 254.

[*] Vulgo *θεὸν ἀσώματον ἔχοντα* (cod. *ἔχον*) qui accusativi fortasse pendent ab intellecto *φησί,* unde postremus infinitivus *καλεῖσθαι.* De *ἀσώματος* non liquet; fortasse *δισώματος* fuit, quae particulae saepe confusae, Phanetem *ἀνόμματον* dici Proculus narrat. v. §. 6. sed nugatur. Inter *ταύρων* et *κεφαλάς* plura elapsa videntur animalium nomina.

γένη τά τε πολλὰ καὶ τὰ δύο τὴν δύναμιν, αὐτὸ δὲ τὸ ᾠὸν ἀρχὴν πατρικήν. Ταύτης οὖν τῆς τρίτης τριάδος τὸν τρίτον θεὸν καὶ ἥδε ἡ θεολογία Πρωτόγονον ἀνυμνεῖ καὶ Δία καλεῖ πάντων διατάκτορα καὶ ὅλου τοῦ κόσμου, διὸ καὶ Πᾶνα καλεῖσθαι. **Alterius Cosmogoniae, quam Damascius** τὴν κατὰ Ἑλλάνικον καὶ Ἱερώνυμον **vocat, qui fuerit progressus, omnino ignotum est, sed ex superioribus concludere licet, hinc transscripta esse, quae Athenagoras XVIII. p. 18. Gall. XV. 64. Dech. expromit:** Ὁμήρου μὲν λέγοντος Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν· Ὀρφέως δὲ, ᾧ καὶ Ὅμηρος τὰ πολλὰ καὶ περὶ θεῶν μάλιστα ἕπεται

Ὠκεανὸς, ὅςπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται [**]

ἦν γὰρ ὕδωρ ἀρχὴ κατ' αὐτὸν τοῖς ὅλοις, ἀπὸ δὲ τοῦ ὕδατος ἰλὺς κατέστη, ἐκ δὲ ἑκατέρων ἐγεννήθη ζῶον δράκων προςπεφυκυῖαν ἔχων κεφαλὴν λέοντος [v], διὰ μέσου δὲ αὐτῶν θεοῦ πρόςωπον, ὄνομα Ἡρακλῆς καὶ Χρόνος. Οὗτος ὁ Ἡρακλῆς ἐγέννησεν ὑπερμέγεθες ᾠὸν, ὃ συμπληρούμενον ὑπὸ βίας τοῦ γεγεννηκότος ἐκ παρατριβῆς εἰς δύο ἐῤῥάγη· τὰ μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν αὐτοῦ οὐρανὸς εἶναι ἐτελέσθη, τὸ δὲ κατενεχθὲν γῆ.

Ab his diversa fuit Orphei Cosmogonia, cu-

[**] **Eadem sententia Orph. H. LXXXIII. in Oceanum**
ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν θνητῶν τ' ἀνθρώπων
quam Homero ingerere ausus est Crates interposito integro versu (Ὠκεανὸς, ὅςπερ γένεσις πάντεσσι τετυκται) ἀνδράσιν ἠδὲ θεοῖς, πλείστην ἐπὶ γαῖαν ἵησι **Plutarch. de Fac. Lun. c. 35. p. 77. T. XII. quod Heynius neglexit. Eruditius de loco Homerico disputat Segaar Diatr. Acad. p. 75.**

[v] Καὶ ἄλλην ταύρου **e Damascio addendum esse jam Zoega animadvertit Comment. p. 239. et apparet ex plurali** διὰ μέσου αὐτῶν.

jus argumentum Eudemus delineavit. Damascius Quaest. p. 382. *ἡ δὲ παρὰ τῷ Περιπατητικῷ Εὐδήμῳ ἀναγεγραμμένη ὡς τοῦ Ὀρφέως οὖσα θεολογία πᾶν τὸ νοητὸν ἐσιώπησεν, ὡς παντάπασιν ἄῤῥητον· ἀπὸ δὲ τῆς Νυκτὸς ἐποιήσατο τὴν ἀρχὴν, ἀφ' ἧς καὶ ὁ Ὅμηρος· οὐ γὰρ ἀποδεκτέον Εὐδήμου λέγοντος ὅτι ἀπὸ Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος ἄρχεται. Φαίνεται γὰρ εἰδὼς καὶ τὴν νύκτα μεγίστην οὕτω θεὸν, ὡς καὶ τὸν Δία σέβεσθαι αὐτήν· ἄζετο γὰρ μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ῥέζοι*[*]. Hymni Orphici III. auctor: *Νύκτα θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν·* et apud Aristot. Metaph. XII. 246. *οἱ θεολόγοι οἱ ἐκ νυκτὸς γεννῶντες,* sunt qui Orphei significari putent, quanquam Acusilaus quoque et Epimenides generandi principium a Nocte et Erebo vel Aere factum esse statuerunt[†], Alexander autem, qui dicitur, Aphrodisiensis Aristotelem hoc loco Hesiodi meminisse existimat §. 21. p. 183. theologos accusat, quibus potentiam et materiam actu priorem esse placebat, quandoquidem Hesiodus, qui Chaos primum genitum esse dicebat atque Noctem quae Terram genuerit, per Chaos et Noctem materiam innuebat. Idemque omni-

[*] Quae sequuntur intellectu carent: *Ἡσίοδος δοκεῖ τὴν ἡνωμένην φύσιν κεκληκέναι χάος, τὴν δὲ τὴν πρώτην ἐκεῖθεν παράγειν.* Videt unusquisque *Γῆν* scribendum esse pro *τήν* hoc loco et proximo *τὴν δὲ καὶ Τάρταρον.*

[†] De Aristotelico loco idem fere dicere licet, quod de Aristophanis Cosmogonia praecipiunt Schol. ad Arist. Avv. 698. *ταῦτα οὐκ ἀναγκαῖον ἀπευθύνειν πρὸς τὰ Ἡσιόδου ἢ πρός τινα ἄλλου τινὸς γενεαλόγου.*

bus locis, ubi Aristoteles τοὺς θεολόγους, τοὺς πρώτους θεολογήσαντας, τοὺς παμπαλαίους antestatur, in Homero sese atque Hesiodo continet, Orphei autem in libris a Sepulveda translatis ne nomine quidem utitur. In L. I. §. 23. p. 6. primos theologos et ipsorum opinionem refert; quo in loco Homerum Hesiodumque designare videtur, quasi hi fuerint primi theologi. cf. I. 29, 7. b. III. 50, 46. b. ibid. 51, 47. b. XII. 33, 192. b. Sed instat alia quaestio gravior; utrum Proculus, Damascius, Syrianus ceterique, quos in hac disputationis nostrae parte sequimur, ea quae de Orphei Genealogia afferunt, promiscue ex omnibus tribus carminibus hauserint an ex ea sola quae dicitur ἡ ἐν ταῖς ῥαψῳδίαις θεογονία. Neutrum certis et invictis rationibus demonstrari potest, sed illo posito omnis de ordine et argumento Cosmogoniae disputatio praeciditur, alterum autem non solum hoc incommodo vacat sed etiam multo probabilius est, primum quia carmina Orphica, quae Platonici lectitarunt, in rhapsodias descripta fuisse luculento Marini testimonio constat, qui Proculum refert a discipulis suis exoratum Syriani in Orpheum commentariis adnotare coepisse: καὶ ἐγένετο εἰς Ὀρφέα αὐτῷ σχόλια καὶ ὑπομνήματα στίχων οὐκ ὀλίγων, εἰ καὶ μὴ εἰς πᾶσαν τὴν θεομυθίαν ἢ πάσας τὰς ῥαψῳδίας ἐξεγένετο αὐτῷ τοῦτο ποιῆσαι V. Proc. XXVIII. p. 21. ubi verba ἢ τὰς ῥαψῳδίας epexegesis causa addita sunt nomini Theomythiae, hoc vero

est Theogoniae. Tum etiam ob eam causam quia omnes locos, qui ab illis expromuntur, perfacile inter se conciliare atque adeo suam cuique sedem assignare possumus. Praeterea Platonici illi, non a Nocte, ut Eudemus, neque ab aqua et terra, ut Hieronymus, Orpheum ordiri dicunt sed a Chrono, Herculis nomen et formam plane omittunt, similem autem Phanetis speciem adumbrant. Proculus in Tim. III. 130. *τοιαῦτα Ὀρφεὺς ἐνδείκνυται, περὶ τοῦ Φάνητος θεολογῶν· πρῶτος γοῦν ὁ θεὸς παρ' αὐτῷ ζώων κεφαλὰς φέρει πολλὰς καὶ ἴας, ταυρίους, ὀφίας* (sic) *χαροποῦ τε λέοντος καὶ πρόεισιν ἀπὸ τοῦ πρωτογενοῦς ᾠοῦ, ἐν ᾧ σπερματικῶς τὸ ζῷόν ἐστι.* Et paulo post p. 131. *ὁ θεολόγος κριοῦ καὶ ταύρου καὶ λέοντος καὶ δράκοντος αὐτῷ περιτιθεὶς κεφαλάς· Καὶ ἐν αὐτῷ πρώτῳ τὸ θῆλυ καὶ ἄῤῥεν*

Θῆλυς καὶ γενέτωρ κρατερὸς θεὸς Ἠρικαπαῖος.

αὐτῷ δὲ καὶ αἱ πτέρυγες πρῶτον. Nomen *ἴας* etsi per zeugma cum verbo *ἐφόρει* jungi et in tali versus exitu *πολλὰς κεφαλὰς, πολλὰς δὲ καὶ ἴας* sive *ἰάς,* primae syllabae productio excusari posse videatur, tamen verba *καὶ ἴας,* ut ex *κριοῦ* nata, extrudenda arbitror, hoc uno versu retento

Κριοῦ καὶ ταύρου τ', ὄφιος, χαροποῦ τε λέοντος

quanquam pluribus modis constitui potest. Ad noscendam Phanetis formam haec etiam pertinent Hermiae testimonia in Phaedr. p. 137. *τετρὰς ὁ Φάνης, ὥς Ὀρφεύς φησι*

Τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα.

qui versus omnibus iisdem verbis legebatur in Aegimio de Argo scriptus[x], unde non mirabor si quis homo suspicacior conjecturam trahat, Panoptem illum Solis symbolum esse ab Orphicis celebratum. Alterum Hermiae hoc est p. 137. *πρώτῳ τῷ Φάνητι ἡ θεολογία παρέχει ἵππους*[y] — — *αὐτῷ δὲ τούτῳ πρώτῳ καὶ πτέρυγας δίδωσι*

Χρυσείαις πτερύγεσσι φορείμενος ἔνθα καὶ ἔνθα

sicut Orpheus in Hymnis quoque VI. Ericapaeum invocat

ὠογενῆ χρυσέαισιν ἀγαλλόμενον πτερύγεσσι.

His fortasse adjungenda sunt quae Suidas s. *Φάνης* narrat: *ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς εἰςηνέχθη ὁ Φάνης, αἰδοῖον ἔχων περὶ τὴν πυγήν*[z], *ὃν ἔλεγον ἔφορον τῆς ζωογόνου δυνάμεως· Καὶ ὁ Ἠρικαπαῖος ἕτερον καταπιόντα πάντας τοὺς θεούς, ὡς τὸν Κρόνον.* et Eudocia p. 413. *ἐν τοῖς Ὀρφ. ποιήμασι συνειςηνέχθη τὰ δύο ταῦτα* (Ericapaeus et Phanes) *μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν· ὧν τὸν Φάνητα εἰςφέρει αἰδοῖον ἔχοντα ὀπίσω περὶ τὴν πυγήν. Λέγουσι δὲ αὐτὸν ἔφορον τῆς ζωογόνου δυνάμεως· ὁμοίως καὶ τὸν Ἠρικαπαῖον λέγουσιν ἑτέρας ἔφορον εἶναι δυνάμεως,* quae ante Zoegam nemo intelligere potuit. Is autem animadvertit haec ex

[x] *Καί οἱ ἐπίσκοπον Ἄργον ἵει — τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα* Schol. Eur. Phoenn. 1151. Tzetz. Exeg. p. 153.

[y] Cf. ibid. p. 125.

[z] Vir doctus in Miscell. Observ. Amstel. Vol. I. p. 11. sq. *εἰς τὴν πυγμήν* et alia inepta tentat. In seqq. Reinesius in Suid. p. 262. pro *Ἠρικαπαῖος* pari successu *Πριηπαῖος* emendat, quia Orpheus H. VI. hoc nomine Phanetem invocat.

Scholiis ad Gregorium[zz] excerpta esse, qui in Stelit. I. sive Or. IV. 104. C. in traducendis Orphei fabulis Phanetem quoque deridet: *Παρίτω ἐπὶ πᾶσιν ὁ Φάνης τε καὶ ὁ Ἠρικαπαῖος καὶ ὁ πάντας καταπίνων τοὺς ἄλλους εἶτ᾽ ἀναδιδοὺς θεοὺς, ἵνα γένηται πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.* quo loco neque Saturnum, neque Phanetem aut Janum intelligi sed Jovem adversus Gesnerum ad Orph. p. 192. et Viscontium PioClem. T. VI. 13. demonstrat Zoega Bassirel. T. II. p. 167. dextre usus Suidae et Scholiastae verbis, quae sicut a Billio conversa sunt (nam graecis uti non licuit) adscribam: In Orphicis carminibus una cum aliis diis inducitur etiam hic Phanes obscoenam corporis partem ad fontem (*πηγήν* legit pro *πυγήν*) habens, eodemmodo et Ericapaeus. Ac Phanes quidem vitali facultati praesidere fingitur, Ericapaeus autem alteri cuidam, prodigiosi videlicet quidam dii et execrandi. At vero per deum deos omnes devorantem Saturnum intelligit. p. 384. B. Duplicem errorem, quo Phanes ab Ericapaeo distinguitur et cum Saturno, quem Suidas recte ei componit, permiscetur, refutat Orpheus ipse. Postremo de genero dei Protogoni quod dicit Proculus, confirmatur Lactantii testimonio L. IV. 8. 4. Nisi forte existimabimus deum, sicut Or-

[zz] Ex his Eudociam multa descripsisse jam olim ex latino Eliae Cretensis commentario intellexi et dixi in Diss. de M. B. I. 13. quod alia via assequutus est Bastius ad Gregor. Cor. p. 74.

pheus putavit, et marem esse et feminam, quod aliter generare nequiverit, nisi haberet vim sexus utriusque, quamquam id Buenemannus ad eum locum refert, ubi Jupiter mas et femina dicitur. Sed de Phanete satis multa dicta sunt; quare ad posteros ejus praevertimur.

§. 6.

Athenagoras c. XX. 296. Ὀρφεύς φησι

> Ἂν δὲ Φάνης ἄλλην γενεὴν τεκνώσατο δεινὴν [a]
> νηδύος ἐξ ἱερῆς, προσιδεῖν φοβερωπὸν ἔχιδναν,
> ἧς χαῖται μὲν ἀπὸ κρατὸς καλόν τε πρόςωπον
> ἦν ἐςιδεῖν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη φοβεροῖο δράκοντος
> αὐχένος ἐξ ἄκρου.

τίς ἂν δέξαιτο Φάνητα, θεὸν πρωτόγονον (οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ ᾠοῦ προχυθείς) ἢ σῶμα ἢ σχῆμα δράκοντος ἔχειν, ἢ καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ Διός, ἵνα ὁ Ζεὺς ἀχώρητος (scr. ἀχώριστος) γένοιτο, quae ex Rhapsodiis ducta videntur. De prima Phanetis prole, quam sequuta est haec ἄλλη, nihil compertum habemus; filia ejus serpentina, de qua nostri versus loquuntur, sine dubio Nox est, quae patri Phaneti nupsisse dicitur ap. Procl. in Tim. II. 137. ὁ Φάνης μόνος τε πρόεισι καὶ ὁ αὐτὸς ἀνυμνεῖται θῆλυς καὶ γενέτωρ, παράγει τε τὰς νύκτας καὶ τῇ μέσῃ σύνεστιν ὁ πατήρ

> Αὐτὸς ἑῆς γὰρ παιδὸς ἀφείλετο κούριον ἄνθος [b]

[a] Ἂν mendosum; tres codd. τὸν δέ et τὴν δὲ, quo difficilior fit correctio; unus γένεσιν pro γενεήν.

[b] Sic pro αὐτὸς γὰρ ἑῆς scripsit Gesnerus, ut Spanhemius cor-

Patricius Discuss. Perip. T. III. L. I. 293. Quum sciamus ex Olympiodoro Orpheum omnes deos ex uno ovo produxisse, ex quo primus Phanes, deinde Nox, deinde reliqui. Phanetem amore captum significare videtur versus a Proculo memoratus in Tim. IV. 267. τὸν νοητὸν νοῦν ἀνόμματον ὁ Θεολόγος προςηγόρευσε

Ποιμαίνων πραπίδεσσιν ἀνόμματον ὠκὺν ἔρωτα.

et in Alcib. p. 65. ὁ Θεολόγος ἀνόμματον ἀποκαλεῖ τὸν Ἔρωτα, ex eodem versu, quo, quidquid ille argutetur, tantummodo notio verbi ἐρᾷν circumscribitur. Rhapsodiis porro non dubitabo adscribere tres substantias principales, quas Julianus Or. V. 168. secundum Orpheum enumerat, Aetherem, Chaos, Noctem. Sed quae Lydus refert de Mens. p. 19. τρεῖς πρῶται κατ᾽ Ὀρφέα ἐξεβλάστησαν ἀρχαὶ, νὺξ καὶ γῆ καὶ οὐρανός, magis illis consona, quae Eudemus excerpsit. Ex illo rursus fonte manavit Proculi doctrina in Tim. V. 291. τῶν νοερῶν ἡγοῦνται (Nox et Phanes) τάξεων, ἐν τῷ ἀδύτῳ διαιωνίως ἱδρυμένοι, καθά φησιν Ὀρφεὺς, τὴν κρύφιον αὐτῶν τάξιν ἄδυτον ἀποκαλῶν[*], quae a notione dei impliciti non procul absunt. Ac si de Orphicae doctrinae summa omnia detraxeris, quae Platonici

rexit ad Call. H. in Del. 297. Pro κούριμον Hermannus tacite edidit κούριον ἄνθος, ut in versu legitur, quem nonnulli Homero adscripserunt Il. XIII. 433. ὄφελλε δὲ κούριον ἄνθος. Sic Orpheus Arg. 1347. παρθενίης νοσφίζετο κούριον ἄνθος.

[*] Idem in Parm. L. IV. 235. Cousin. ἐν τῷ ἀδύτῳ κεκρυμμένα τοῦ πατρὸς καὶ, ὥς φησιν ὁ θεολόγος, μόνη γνώριμα τῇ προσεχῶς μετὰ ταῦτα τάξει τῶν θεῶν, id est Nocti.

de suo affinxerunt, relinquitur illa rerum omnium in deo comprehensio, duplici processu et recessu perfecta per Phanetem et Jovem. De hoc postea; Phanetem autem cunctorum deorum vim et substantiam in se congregatam habuisse, hisce testimoniis patescit. Proculus in Tim. II, 102. *πάλαι ὁ Θεολόγος ἔν γε τῷ Φάνητι τὴν δημιουργικὴν αἰτίαν ἀνύμνησεν· ἐκεῖ γάρ ἦν καὶ πρᾶγμ*

Βρόμιός τε μέγας καὶ Ζεὺς ὁ πανόπτης.

ἵνα δὴ τῆς διττῆς δημιουργίας ἔχῃ τὰς οἱονεὶ πηγὰς καὶ ἐν τῷ Διὶ τὴν παραδειγματικήν. Μῆτις γὰρ αὖ καὶ οὗτός ἐστιν ὥς φησιν

Καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής

αὐτός τε ὁ Διόνυσος καὶ Ἠρικαπαῖος συνεχῶς ὀνομάζεται. Posterius aliunde confirmabitur; illis adminiculum praebet Proculus in Alcib. p. 233. Creuz. p. 88. Cous. T. III. *ἐν τῷ Διὶ ὁ Ἔρως ἐστί· καὶ γὰρ Μῆτίς ἐστι πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής, καὶ ὁ Ἔρως πρόεισιν ἐκ τοῦ Διὸς καὶ συνυπέστη τῷ Διὶ πρώτως ἐν τοῖς νοητοῖς· ἐκεῖ γὰρ ὁ Ζεὺς ὁ πανόπτης ἐστὶ καὶ ἁβρὸς Ἔρως, ὡς Ὀρφεύς φησιν·* Et rursus p. 66. ibid. T. II. 181. *περὶ τοῦ νοητοῦ λέγων ὁ Θεολόγος φησιν*

Ἁβρὸς Ἔρως καὶ Μῆτις ἀτάσθαλος —

καὶ πάλιν

Οἷσιν ἐπεμβεβαὼς δαίμων μέγας αἰὲν ἐποιχνεῖ[d]

περὶ δὲ τοῦ νοεροῦ καὶ μεθεκτοῦ [e]

[d] Vulg. *ἐπίσχνῃ*, tres codd. *ἐπ' ἴχνῃ·* et sic legendum, Creuzerus ait; sine sensu quidem.

[e] Hoc codices praebent pro *ἀμεθέκτου*, quod ineptum esse sep-

Καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής

καὶ πάλιν

Ἓν κράτος, εἷς δαίμων γένετο μέγας ἀρχὸς ἁπάντων.

Horum quatuor versuum duo postremi, ut progredientibus patebit, de Jove scripti sunt deos a Phanete editos cum eo ipso in se resorbente, ut ex omnibus unus fiat deus mundus; duo priores et ille acephalus *Βρόμιός τε μέγας καὶ Ζεὺς ὁ πανόπτης*, ad Phanetem referendi omnes deos, antequam nascerentur, in se complexum, sive, ut Orpheus ait, ad

Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν, κλυτὸν Ἠρικεπαῖον.

Nunc de singulis dispiciamus.

§. 7.

A Phanete mundum conditum esse haud dubiis constat testimoniis; primum Proculi in Tim. V. 335. *ὁ Φάνης τὸν σύμπαντα κόσμον κάλλιστον καὶ ἄριστον εἰς δύναμιν ἀπέφηνεν*· et in L. II. 93. *ὁ μάλιστα παρ' αὐτῷ (Ὀρφεῖ) δημιουργὸς ὁ Φάνης ἐστί.* Tum Lactantii, qui loco supra §. 4. allato haec addit: Hunc ait esse omnium deorum parentem, quorum causa coelum condiderit liberisque prospexerit, ut haberent habitaculum sedemque communem:

Ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον — —

tiet qui Proculum unquam legerit. Phanes est *ὁ ἐξῃρημένος, ὁ ἀμέθεκτος νοῦς*, Jupiter *ὁ μεθεκτός* h. e. quem inferiores naturae participant.

His se componit Simplicius in IV. Ausc. p. 150. a. αἱ νοηταὶ τάξεις ὡς τύπους διαφόρους ἐκληρώσαντο τὰς τοῦ νοητοῦ κόσμου ὑποδοχάς· λέγει γοῦν ὁ Ὀρφεὺς περὶ ἐκείνου τοῦ τὰς τῶν λήξεων διαφορὰς ἔχοντος

Τοῖον ἑλὼν διένειμε θεοῖς θνητοῖσί τε κόσμον.

quod de Phanete accipiendum [*], itemque illud Proculi in Tim. I. 38. οὐ μόνον οἱ μαθηματικοὶ λέγουσι περὶ τοῦ μὴ πᾶν κλίμα γῆς ἀνθρώπους ἔχειν, ἀλλὰ καὶ Ὀρφεὺς οὕτως διορίζων

Διώρισέ τ' ἀνθρώποισι
χωρὶς ἀπ' ἀθανάτων ναίειν ἕδος, οὗ μέσος ἄξων
ἠελίου τρέπεται ποτινεύμενος, οὔτε τι λίην
ψυχρὸς ὑπὲρ κεφαλῆς, οὔτ' ἔμπυρος, ἀλλὰ μεσηγύς.

De fabrica Solis idem in L. V. 308. τοῦτον (τὸν ἥλιον) ἐπέστησε τοῖς ὅλοις ὁ δημιουργός

Καί φύλακ' αὐτὸν ἔτευξε κέλευσέ τε πᾶσιν ἀνάσσειν

ὥς φησιν Ὀρφεύς. Quo loco statim subjungam quae hic illic de Sole dicta reperi. Macrobius Sat. I. 17. 302. Sol humoribus exsiccatis ad progenerandum omnibus praebuit causam ut ait Orpheus:

— Πατρὸς ἔχοντα νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

Idem c. 18. 312. Orpheus Solem volens intelligi ait inter caetera:

Τήκων αἰθέρα δῖον ἀκίνητον πρὶν ἐόντα [a]
ἐξανέφηνε θεοῖς ὥραν κάλλιστον ἰδέσθαι,

[*] v. §. 38.

[a] Gesnerus, nescio unde, περ ἐόντα. In seq. v. editio J. Stoerii 1597. θεοῖσιν ὁρᾶν, κάλλιστον ἰδέσθαι conspiciendum praebuit, pulcherrimum aspectu; ceterae, quas vidi, θεοῖς ὥραν, quod certe ὥρην esse debebat; Hermannus praefert Gesneri emenda-

ὃν δὴ νῦν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον,
Εὐβουλῆά τ' ἄνακτα καὶ Ἀνταύγην ἀρίδηλον,
ἄλλοι δ' ἄλλο καλοῦσιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων [b]
πρῶτος δ' ἐς φάος ἦλθε, Διώνυσος δ' ἐπεκλήθη,
οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον
ἀλλαχθεὶς δ' ὄνομ' ἔσχε προςωνυμίας πρὸς ἕκαστον [c]
παντοδαπὰς κατὰ καιρὸν ἀμειβομένοιο χρόνοιο.

quae ipse latius edisserit; deinde p. 313. Solem Liberum esse manifeste pronuntiat Orpheus:

Ἥλιον ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν.

quibus consentit Diodorus I. 11. *Εὔμολπος ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσί φησι*

Ἀστροφαῆ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν.

Ὀρφεὺς δέ

Τούνεκά μιν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον [cc]

unde sumsit Tzetzes in Exeg. p. 53. Eadem doctrina recinit ex Hymno in Protogonum:

ταυρωπὸν, γένεσιν μακάρων θνητῶν τ' ἀνθρώπων,
φῶς τὸ πολύμνηστον, πολυόργιον Ἠρικεπαῖον·
ὄσσων ὃς σκοτόεσσαν ἀπημαύρωσας ὀμίχλην
πάντη δινηθεὶς πτερύγων ῥιπαῖς κατὰ κόσμον,
λαμπρὸν ἄγων φάος ἁγνὸν, ἀφ' οὗ σε Φάνητα κικλήσκω
ἠδὲ Πρίηπον ἄνακτα καὶ Ἀνταύγην ἑλίκωπον.

quibus tacite explicatur Dionysi nomen *πάντη δι-*

tionem *Ὧρον*, in Censur. Thes. Steph. p. 244. sed hujus dei mentio a Theogonia aliena videtur.

[b] Edit. Vesaliens. *ἃ μηδ' ἄλλοι καλέουσιν.*

[c] Eadem *προςωνυμίας ἕκαστον.* Basileensis *δι' ἕκαστον.* Subest fortasse: *προςωνυμίαις τ' ἐκέκαστο παντοδαπαῖς.*

[cc] Male vulgo *τοὔνεκα* scribi solet, unde error Matthiaei in Gramm. Gr. T. I. 120. et aliorum, hoc *τοὔνεκα* cum *ὁθούνεκα* comparantium, quasi ab articulo *τοῦ* compositum esset. Sicut *ὄφρα* et *τόφρα*, *ἦμος* et *τῆμος*, *ἡνίκα* et *τηνίκα* sibi opponuntur, sic *οὕνεκα* relativum est, *τοὔνεκα* demonstrativum.

νηθεὶς κατὰ κόσμον, ut in Orphei versibus *οὕνεκα δινεῖται κατ᾽ Ὄλυμπον*. His autem nominibus naturalibus incommode interponitur positivum *Πρίηπος*, quia is quoque deus *εἰς ἥλιον ἀλληγορεῖται* Arrian. ap. Eust. p. 691. 4. idemque Dionysus habetur et Horus Athen. I. 30. B. Codinus Orig. Constant. p. 30. cf. Argoli Nott. ad Onuphr. I. 17. p. 207. T. IX. Thes. Graev. Atque Eubuleus quoque Dionysi cognomen est in Hymnis Orphicis XXX. 6. L. II. 4. perantiquum illud, ut Plutarchus testatur Symp. VII. 9. 333. *οἱ πάμπαν ἀρχαῖοι τὸν Διόνυσον Εὐβουλῆ* (sic) *προςεῖπον*· quanquam id ad vim vini consiliosam refert. Ex hac autem nominum confusione illud certe quasi per transennam apparet, Orphicos Phanetem sive Ericapaeum Solem mundi primoris appellasse, Solis naturalis conditorem, nomenque Dionysi utrique impertivisse.

§. 8.

Sequitur lunae fabrica, quam ab eodem perfectam esse declarant Orphei versus apud Procl. III. 154. IV. 283.

Μήσατο δ᾽ ἄλλην γαῖαν ἀπείριτον, ἥν τε σελήνην
ἀθάνατοι κλήζουσιν, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην,
ἣ πόλλ᾽ οὔρε᾽ ἔχει, πόλλ᾽ ἄστεα, πολλὰ μέλαθρα

hisque non solum ille versus subnexus videtur, quem in L. IV. 256. usurpat: *ὥςπερ τὸν ἥλιον κατὰ ὥραν καὶ ζῴδιον εἰρήκασιν ἀμείβειν τὰς μορφάς, οὕτω καὶ τὴν σελήνην κατὰ ἑκάστην ἡμέραν*

Ὄφρ' ἐν μηνὶ τρέπῃ, ὅπερ ἥλιος εἰς ἐνιαυτόν.

ὥς φησιν ὁ Θεολόγος· sed etiam hic:

Καὶ φύσεως κλυτὰ ἔργα μένῃ καὶ ἀπείρετος αἰών.

quem affert in L. I. 29. παρ' Ὀρφεῖ καὶ φύσεως κλυτὰ ἔργα μένει κ. τ. λ. Quia igitur luna terrae instar habitatur — οὐρανίαν γῆν τὴν σελήνην ὁ Ὀρφεὺς προσηγόρευσεν Id. in L. V. 292. sicut alii eam aetheream vel Olympiam terram vocant. Idem in L. I. 45. τὴν σελήνην παρ' Αἰγυπτίοις αἰθερίαν γῆν καλεῖσθαι Πορφύριος λέγει· quam sententiam Physicos profiteri refert Macrobius Somn. I. 11. 62.[a]. Plutarchus De def. Oracc. XIII. 320. lunam, inquit, οἱ μὲν ἄστρον γεῶδες, οἱ δὲ Ὀλυμπίαν γῆν, οἱ δὲ χθονίας ὁμοῦ καὶ οὐρανίας κλῆρον Ἑκάτης προσεῖπον[b]. Nominatim vero Orphici perhibentur illius dogmatis auctores in L. de Placit. Phil. II. 13. 402. T. XII. Ἡρακλείδης καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν γῆν περιέχοντα ἀέρα τε καὶ αἰθέρα· ταῦτα δὲ τὰ δόγματα ἐν τοῖς[c] Ὀρφικοῖς φέρεται· de quo jam multi dixerunt v. Observatt. Halens. T. IV. p. 357. Bonamy in Mem. Acad. Paris. T. I. p. 7. Fabric. Bibl. Gr. T. I. 176. Gesner. ad Claudian. Stilic. L. III. v. 288. Hee-

[a] Sublimius Proculus in Tim. I. 154. hanc Pythagoricam sententiam interpretatur: γῆ αἰθερία ἡ σελήνη, ὕδωρ αἰθέριον ὁ Ἑρμῆς, ἀὴρ δὲ Ἀφροδίτη, πῦρ δὲ ἥλιος, et porro Martem esse πῦρ οὐράνιον, Iovem aerem coelestem, Saturnum aquae sphaeram, fixam terrae.

[b] Hesychius: Δίλογχον τὴν Βένδιν Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις ἐκάλεσεν, ἤτοι ὅτι δύο τιμὰς ἐκληρώσατο οὐρανίαν τε καὶ χθονίαν· λόγχας γὰρ ἐκάλουν τοὺς κλήρους, οἱ δὲ ὅτι δύο φῶτα ἔχει τὸ ἴδιον καὶ τὸ τοῦ ἡλίου.

[c] Cod. ἐν ἐνίοις.

ren. ad Stob. Ecl. T. II. 514. Fischer. ad Plat. Apol. 14. p. 102. Schaubach. Anaxag. p. 161. Ad exitum hujus disputationis reposui versum obscurae Proculi disputationi inclusum in Tim. II. 95. Hic Phanetem cum Jove comparat, illum *Μῆτιν* vocari, hunc (ab Homero) *μητιέτην*, illum *καταπίνεσθαι*, hunc *ἐμφορεῖσθαι τῆς ἐκείνου δυνάμεως*, et quod alter sit in intellectualibus, alterum esse in intelligibilibus, postremo *περὶ ἐκείνου Ὀρφεύς φησι*

[*Ταῦτα*] *πατὴρ ποίησε κατὰ σπέος ἠεροειδές* [d]

Ceterum apud alios scriptores de Phanete nihil legitur, excepto quod Nonnus L. IX. 141. eum Dionysi proavum dicit et modo *πρωτόγονον*, modo *πρωτόσπορον* et *αὐτόγονον* vocat ejusque sub formam Mercurium, ut Junonem falleret, subrepsisse narrat.

§. 9.

Praeter Noctem nullam ille conjugem habuisse videtur; nam ea sola mater deorum praedicatur. Proculus Tim. V. 291. *τὸν κρατῆρα τὸν ζωογόνον τῇ Νυκτὶ τῇ πᾶσαν παραγούσῃ ζωὴν μετὰ τοῦ Φάνητος*. Atque haud scio an illud quoque hemistichium:

— — *Θεῶν τροφὸς ἀμβροσίη Νύξ*

quod Proculus in Crat. p. 97. sine auctore affert, Orpheo adscribendum sit. Huic adeo deae Pha-

[d] In Pherecydis Cosmogonia *μυχοί* et *ἄντρα* memorantur v. Sturz. Fr. p. 47. Pronomen *ταῦτα* addidi ad versum complendum.

nes regnum tradit, ut idem testatur in Crat. p. 59. ἡ Νὺξ παρ᾽ ἐκόντος τὸ σκῆπτρον λαμβάνει τοῦ Φάνητος

— — σκῆπτρον δ᾽ ἀριδείκετον εἷο χέρεσσι
θῆκε θεᾶς νυκτὸς [ἵν᾽ ἔχῃ] βασιληΐδα τιμήν [e]

et vaticinandi arte eam instruit. Hermias in Phaedr. p. 145. Ὀρφεὺς περὶ τῆς Νυκτὸς λέγων, θεῶν γὰρ ἔχει (proxima exciderunt) φησὶ καὶ

Μαντοσύνην δέ οἱ δῶκεν ἔχειν ἀψευδέα πάντῃ [f]

vel πάντων, ut bis legitur apud eundem p. 142. Sed jam tempus erit Noctis liberos enumerare, quotquot adhuc e latebris suis protrahi poterunt. Solem igitur Lunamque a Phanete conditos, ceteros deos hominum ritu progeneratos dicit Theologus. Hermias p. 141. μετὰ τὴν τῶν νυκτῶν τάξιν τρεῖς εἰσι τάξεις τῶν θεῶν, Οὐρανοῦ, Κυκλώπων, Ἑκατογχείρων· ἔξω γὰρ προῆλθον πρῶτον ἀπ᾽ αὐτοῦ (Φάνητος) Οὐρανὸς καὶ Γῆ, δεῖξαί τ᾽ ἐξ ἀφανῶν φανερούς, οἵ τ᾽ εἰσὶ γενέθλην. Sed de his separatim agendum.

§. 10.

Hermias p. 144. τριῶν παραδιδομένων νυκτῶν παρ᾽ Ὀρφεῖ — τὴν μὲν πρώτην μαντεύειν φησὶ, τὴν δὲ μέσην αἰδοίην καλεῖ, τὴν δὲ τρίτην ἀποτίκτειν φησὶ τὴν δικαιοσύνην. Haec ho-

[e] Illud ἵν᾽ ἔχῃ interposui ex Hesiod. Theog. 462. 892. ἵνα μὴ βασιληΐδα τιμὴν ἄλλος ἔχῃ Werferus in Act. Mon. T. II. 180. ἱερῆς addit; Peyronius in Codd. Taur. p. 69. εἷο χέρηι χερσὶν ἔθηκε θεᾶς νυκτός, et alia fide caritura.

[f] Vitium unum subest sed remedia plura.

me acutus transfert ad Platonis locum, ubi is de *δικαιοσύνη, ἐπιστήμη, σωφροσύνη* disputat, et hinc ita argutari pergit: *ταῦτα γεννήματά ἐστι τῆς Νυκτὸς μένοντα ἐν αὐτῇ·*

Ἡ δὲ πάλιν γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔτικτε
δεῖξαι (δεῖξέν) τ' ἐξ ἀφανῶν φανεροὺς, οἵ τ' εἰσὶ γενέθλην.

de quibus tam subtiliter commentatur ut Orphei sententiam obscuret magis quam illustret. De ternis Noctibus quod dicit, vanum sine dubio commentum est, sed ex Orphei verbis *ἡ δὲ πάλιν* intelligitur plures fuisse Noctis filios, de quibus nihil affertur nisi quod e superiore loco *Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν* colligi potest Terram eosdem cum Luna parentes habuisse, licet hanc a deo fabricatam, illam progenitam dicat poeta.

§. 11.

Huic loco non inepte inseri poterit Achillis Tatii testimonium in Arat. p. 85. *ὁ τοῦ Ὀρφέως Οὐρανὸς οὖρος καὶ πάντων φύλαξ εἶναι βούλεται·* quod dicitur etiam in Orphei H. IV. in Uranum v. 5. *οὐράνιος χθόνιός τε φύλαξ πάντων περιβληθείς·* eamque nominis originem esse consentiunt Cornutus c. I. et Etym. M. s. h. v. Sed hoc levius. Post illum antiquissimum deorum par primi Coelus et Terra matrimonium ineunt. Proculus in Tim. V. 293. *οἰκεῖος ὁ γάμος τῇ τάξει ταύτῃ. Πρώτην γὰρ νύμφην ἀποκαλεῖ τὴν Γῆν καὶ πρώτιστον γάμον τὴν ἕνωσιν αὐτῆς πρὸς τὸν Οὐρανόν. Φάνητος δὲ οὐκ ἔστι γάμος καὶ Νυ-*

κτὸς ἡνωμένων ἀλλήλοις νοητῶς — — καὶ ἔοικε διὰ ταῦτα καὶ Οὐρανῷ καὶ Γῇ προςήκειν ὁ γάμος — ὃ δὴ καὶ οἱ θεσμοὶ τῶν Ἀθηναίων εἰδότες προςέταττον Οὐρανῷ καὶ Γῇ προτελεῖν τοὺς γάμους. Hinc nova numerosaque suboles pullulat; primum Parcae, Centimani et Cyclopes. Athenagoras, postquam de Orphei theogonia illa retulit, quae §. 5. posuimus, haec addit: Οὐρανὸς δὲ Γῇ μιχθεὶς γεννᾷ θηλείας μὲν Κλωθώ, Λάχεσιν, Ἄτροπον, ἄνδρας δὲ Ἑκατόγχειρας, Κοττόν (cod. Κόττην), Γύγην, Βριάρεων· καὶ Κύκλωπας, Βρόντην καὶ Στερόπην καὶ Ἄργον, οὓς καὶ δήσας κατεταρτάρωσεν, ἐκπεσεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν παίδων τῆς ἀρχῆς μαθών· διὸ καὶ ὀργισθεῖσα ἡ Γῆ τοὺς Τιτᾶνας ἐγέννησε. quae cum Hesiodi fabula congruunt. De Cyclopibus adstipulatur Hermias p. 141. ἐν πρώτοις τούτοις τὸ σχῆμα ἐκφαίνεσθαι ἡ θεολογία φησὶ καὶ πρώτας ἀρχὰς καὶ αἰτίας τῶν πανταχοῦ σχημάτων τούτους εἶναι τοὺς θεοὺς Κύκλωπας, διὸ καὶ Τεκτονόχειρας αὐτοὺς ἡ θεολογία φησίν. Οὗτοι δὲ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν καὶ Ἥφαιστον διδάσκουσι

> Πρῶτοι Τεκτονόχειρες, οἳ Ἥφαιστον καὶ Ἀθήνην
> πάντ᾽ ἐδίδαξαν —

quae integriora extant ap. Procl. Tim. II. 100.

> Οἳ Ζηνὶ βροντήν τε πόρον, τεῦξάν τε κεραυνόν,
> πρῶτοι Τεκτονόχειρες, οἳ Ἥφαιστον καὶ Ἀθήνην
> δαίδαλα πάντ᾽ ἐδίδαξαν ὅσ᾽ οὐρανὸς ἐντὸς ἐέργει.

De Centimanis habemus ejusdem testimonium in Parm. L. I. 40. ἡ τῶν Ὀρφικῶν ἑφερμήνευσις τῆς Ἑλληνικῆς οὖσα θεολογίας ἰδία, Κρόνον καὶ

Οὐρανὸν καὶ Νύκτα καὶ Κύκλωπας καὶ Ἑκατόγχειρας φημίζει. Tertio partu Terra mater Titanas edidit fratrum ultores. Idem in Tim. III. 137. *ὁ Θεολόγος μόνον παράγει τὸν Φάνητα — καὶ ἀπὸ τούτου πάσας ὑφίστησι τὰς δευτέρας τάξεις τῶν θεῶν. Οὐρανὸς μὲν γὰρ μετὰ τῆς Γῆς πρόεισιν, Ἡ δὲ πάλιν γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔτικτε, καὶ Κρόνος μετὰ τῆς Ῥέας· κατὰ γὰρ τὴν τρίτην γονὴν ἡ Γῆ προήγαγεν*

Ἑπτὰ μὲν εὐειδεῖς κούρας, ἑλικώπιδας, ἁγνάς,
ἑπτὰ δὲ παῖδας ἄνακτας ἐγείνατο λαχνήεντας

et in L. V. p. 295. *τίκτει ἡ Γῆ λαθοῦσα τὸν Οὐρανόν, ὥς φησιν ὁ Θεολόγος, Ἑπτὰ μὲν εὐειδεῖς κούρας, ἑπτὰ δὲ παῖδας ἄνακτας,*

Θυγατέρας μὲν (πρῶτα) Θέμιν καὶ εὔφρονα Τηθύν,
Μνημοσύνην τε βαθυπλόκαμον, Θείαν τε μάκαιραν,
ἠδὲ Διώνην τῖκτεν ἀριπρεπὲς εἶδος ἔχουσαν,
Φοίβην τε Ῥείην τε, Διὸς γενέτειραν ἄνακτος,

παῖδας δὲ ἄλλους τοσούτους

Κοῖόν τε Κρεῖόν τε μέγαν, Φόρκυν τε κραταιόν
καὶ Κρόνον Ὠκεανόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε [a]

καὶ τοὺς ἅμα τῷ Φόρκυνι προελθόντας τὸν Νηρέα, τὸν Θαύμαντα, τὴν Εὐρυβίαν· quorum postrema pars fortasse ex Hesiodi carmine ducta aut ab utroque poeta, ut multa, eodem modo tradita est. His apti et connexi sunt versus, quos Athenagoras recitat eodem loco, quem modo nominavimus: *Ὀργισθεῖσα ἡ Γῆ*

[a] Plutarchus Placit. I. 6. 368. Hesiodum primum haec nomina tradidisse affirmat: *Ἡσίοδος βουλόμενος τοῖς γεννητοῖς θεοῖς πατέρας συστῆσαι, εἰσήγαγε τοιούτους αὐτοῖς γεννήτορας Κοῖόν τε Κρεῖον τε* etc.

Κούρους δ' Οὐρανίωνας ἐγείνατο πότνια Γαῖα,
οὓς δὴ καὶ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέουσιν,
οὕνεκα τισάσθην μέγαν Οὐρανὸν ἀστερόεντα.

Causam irae tradit Centimanorum et Cyclopum relegationem. Hos enim Coelus

Ὡς ἐνόησ' αὐτοὺς (παν —) ἀμείλιχον ἦτορ ἔχοντας
καὶ φύσιν ἐκνομίην
ῥῖπτε βαθὺν γαίης ἐς Τάρταρον —

Procl. l. c. Suffragatur Servius ad Aen. VI. 510. Ferunt fabulae Titanes ab irata contra deos Terra in ejus ultionem creatos, unde et Titanes appellati sunt *ἀπὸ τῆς τίσεως*. Prae ceteris Titanibus Nox avia Saturnum praecipua cura amplectitur, quippe quem sciret a fatis imperio mundi destinari. Damascius Quaest. p. 187. *ἔοικε καὶ ὁ Ὀρφεὺς τὸν Κρόνον εἰδὼς νοῦν, ὡς δηλοῖ ὅ τε σύμπας μῦθος ὁ περὶ αὐτοῦ καὶ ὁ ἀγκυλομήτης* [b]. *Καὶ* (hoc addendum) *τὴν Νύκτα, ὡς πρώτην οὐσίαν καὶ τροφὸν πάντων διὰ τούτων ἀνυμνουμένην, αὐτὸν μάλιστα τὸν Κρόνον πεποιηκέναι* (scr. *πεποίηκε*) *τρέφουσαν. Λέγει οὖν ὁ Θεολόγος*

Ἐκ πάντων δὲ Κρόνον Νὺξ ἔτρεφεν ἠδ' ἀτίταλλεν.

quem versum Proculus quoque affert in Crat. p. 66.

§. 12.

Titanes impulsu matris adversus patrem rebellant, excepto Oceano, qui *οὐκ ἀφίσταται τῆς*

[b] Hoc epitheto et Platonis etymo, nomen *Κρόνος* a *κόρος* et *νοῦς* compositum esse jocantis, nituntur hae Platonicorum ineptiae. Procl. in Parm. II. 96. *οἱ θεολόγοι τὴν νοερὰν ζωὴν Κρονίαν προσειρήκασιν* etc.

τοῦ πατρὸς βασιλείας Procl. l. c. p. 295. et disertius p. 296. τῶν ἄλλων Τιτάνων εἰς τὴν κατὰ τοῦ πατρὸς ἐπιβουλὴν ἱεμένων ὁ Ὠκεανὸς ἀπαγορεύει τε πρὸς τὰς τῆς μητρὸς ἐπιτάξεις καὶ ἐνδοιάζει περὶ τῆς τάξεως (scr. πράξεως)

Ἔνθ' οὖν — Ὠκεανὸς μὲν ἐνὶ μεγάροισιν ἔμιμνεν,
ὁρμαίνων, ποτέρωσε νόον τράποι, ἢ πατέρα ὃν
γυιώσῃ τε βίης καὶ ἀτάσθαλα λωβήσαιτο [a]
σὺν Κρόνῳ ἠδ' ἄλλοισιν ἀδελφοῖς, οἵ πεπίθοντο
μητρὶ φίλῃ, ἢ τούς γε λιπὼν μένοι ἔνδον ἕκηλος.
πολλὰ δὲ πορφύρων μένεν ἥμενος ἐν μεγάροισι,
σκυζόμενος ᾗ μητρὶ, κασιγνήτοισι δὲ μᾶλλον [*].

Ceteris se ducem praebet Saturnus — ἡγεῖται αὐτῶν ὁ μέγιστος Κρόνος Procl. p. 296. nec discrepat Porphyrius de A. N. cap. XV. πρῶτος τῶν ἀντιφερομένων τῷ Οὐρανῷ ὁ Κρόνος ἐστίν — καὶ τὰς μὲν ἐξ Οὐρανοῦ κατιούσας δυνάμεις δέχεται Κρόνος, τὰς δὲ ἀπὸ Κρόνου Ζεύς. Addit aliquid amplius Proculus in Crat. p. 59. μόνος ὁ Κρόνος ἀφαιρεῖται τὸν Οὐρανὸν τὴν βασιλείαν τελέως καὶ τῷ Διὶ παραχωρεῖ τῆς ἡγεμονίας τέμνων τε καὶ τεμνόμενος, unde intelligitur Jovem Saturno idem fecisse quod hic Coelo. Et Coelus rebellibus filiis futuram poenam praenunciat ap. Procl. Tim. I. 54. παρὰ τῷ Θεολόγῳ

Τιτῆνες κακομῆται ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες

et p. 57.

[a] Vulgatum γνώσῃ Hermannus in γυμνώσῃ mutat, et in v. 6. ἥμενος pro ἥμερος. Posterius recepi; illi substitui, quod Epicorum usui convenientius videbatur.

[*] Hunc sequi videtur Apollodorus I. 1. 4. οἱ Τιτᾶνες Ὠκεανοῦ χωρὶς ἐπιτίθενται.

Καὶ κρατεροί περ ἐόντες ἀμείνονος ἀντιάσαντες
ὕβριος ἀντ᾽ ὀλοῆς καὶ ἀτασθαλίης ὑπερόπλου

φησὶν ὁ Θεολόγος, qui his verbis Coelum, ut arbitror, utentem induxit filiosque devoventem. E sanguine ejus Gigantes prognatos esse docent duo versus, quos Etym. M. affert: *Γίγας παρὰ τὸ ἐκ τῆς γῆς ἰέναι (φῦναι) οἷον*

Οὓς καλέουσι Γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν,
οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο

οὕτως Ὀρφεὺς ἐν τῷ ὀγδόῳ τοῦ Ἱεροῦ λόγου· quae vix dubitari potest quin ex Theogonia repetita sint, Sacris sermonibus, ut alio loco dictum est, comprehensa. Apud Ovidium Met. X. 149. Orpheus carmen hinc orditur: **Jovis est mihi saepe potestas dicta prius, Cecini Gigantes sparsaque Phlegraeis victricia fulmina campis**, quod utrum finxerit Ovidius an ex Orphei poemate hauserit, decernat qui volet.

§. 13.

Sequuntur Titanum conjugia et imperii sub Saturni auspiciis constitutio. Plato Crat. p. 402. B. *Ὅμηρος Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσίν φησι καὶ μητέρα Τηθύν· οἶμαι δὲ καὶ Ἡσίοδος· λέγει δέ που καὶ Ὀρφεὺς ὅτι*

Ὠκεανὸς πρῶτος καλλίῤῥοος ἦρξε γάμοιο [a]
ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιε.

[a] In Stob. Ecl. I. 11. 284. legitur *πρώτιστα καλίῤῥοος*, aperto vitio, quod probat Heerenius.

quibus non repugnant, quae supra de Coelo et Tellure, tanquam primis conjugii auctoribus, dicta sunt. Aristoteles Met. I. 3. 456. C. p. 10. *Brand.* *εἰσί τινες οἳ καὶ τοὺς παμπαλαίους καὶ πρώτους θεολογήσαντας οὕτως οἴονται περὶ τῆς φύσεως ὑπολαβεῖν. Ὠκεανόν τε γὰρ καὶ Τηθὺν ἐποίησαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ὅρκον τὸν θεῶν ὕδωρ.* ubi Orpheum, Linum et Musaeum significari D. Thomas credidit [b] et postea sumserunt multi praecipue Orpheum destinantes. Alexander vero, ut me docuit Brandisius, in Comm. MS. ad hunc locum: *λέγοι δ' ἂν περὶ Ὁμήρου τε καὶ Ἡσιόδου ὡς πρώτων θεολόγων·* quos si in animo habuit Aristoteles, merito eos a Thaletis sententia sejunxit [c] penitusque errat Tiedemannus, quum Orphicos versus, qui prostant, eo applicare studet. Sed haec omitto. Proculus l. c. p. 295. *ὁ Θεολόγος φησὶ τὸν μὲν Κρόνιον καταλαμβάνειν τὸν οὐράνιον Ὄλυμπον, κἀκεῖ θρονισθέντα βασιλεύειν τῶν Τιτάνων — τὸν δὲ Ὠκεανὸν ναίειν ἐν τοῖς Θεσπεσίοις ῥείθροις·* tum addit de Terra: *αὕτη προάγει πόντων* (scrib. *Πόντῳ*) *φιλότητι μιγεῖσα μετὰ Νηρέως καὶ Θαύμαντα· οὐ γάρ ἐστιν ὁ Φόρκυς Οὐρανίδης ἀλλὰ ὁ Φόρκυς* (scr. *ἀλλὰ Πόντου*) *ὡς δῆλον ἐκ τῆς Θεογονίας* [d]. Deinde enumerat Titanes et Titanides, quos ante, *καὶ τοὺς ἅμα τῷ Φόρκυνι προελθόντας, τὸν Νηρέα, τὸν Θαύμαντα,*

[b] v. Fonseca ad h. l. p. 215.

[c] Cur Bouterweckius De prim. philos. decret. in Comment. Goett. recent. T. II. p. 6. Aristotelem in hac causa parum curiosum fuisse dicat, non video.

[d] Hesiod. Theog. 238.

— — — ὑπὸ Ζηνὶ Κρονίωνι
ἀθάνατον αἰῶνα λαχεῖν καθαροῖο γενείου
καὶ διερὰς χαίτας εὐώδεας, οὐδέ τι τόνγε
γήραος ἠπεδανοῖο μιγήμεναι ἄνθεϊ λευκῷ,
ἀλλὰ περὶ κροτάφοισιν ἔχειν ἐριθηλέα λάχνην.

Hic igitur locus cum superiore, quem ex Schol. Hesiod. produxi, nequaquam conferendus, neque ex eodem carmine sumtus videtur. Namque illic, ubi Orpheus de genere aureo et argenteo disseruit, vix dubito, quin omne praeteritum aevum in plura descripserit spatia et deorum in imperio successiones tradiderit. Hoc autem loco eum de beatorum, qui sub rege Saturno in Elysiis habitant, perpetua juventute et ceteris commodis eadem fere praedicasse arbitror, quae ab omnibus praedicari solent: *Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν ψυχάν, ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν* etc. Pind. Ol. II. 123. ubi Scholiastes *Διὸς ὁδόν* interpretatur *ἣν ἔταξεν ὁ Ζεύς*, quam Jupiter pios commeare jubet, unde suspicor illa quoque de piorum praemiis a Jove constitutis dicta esse tali fere modo:

Τοῖσι πάλαι πέπρωται ὑπὸ Ζηνὸς Κρονίωνος
ἀθάνατον αἰῶνα νέμειν —

et cetera ad praescriptum Hermanni nisi quod hoc admisso in versu tertio pronomen aut participium plurale sufficiendum erit. Proculi verba *τὰ τούτοις ὅμοια διατάττεται περὶ τοῦ θεοῦ τούτου* testatum faciunt poetam in antecedentibus vel sequentibus de Saturno coelestibus quidem sedibus depulso sed ad regna Elysia evecto lo-

quutum esse; versus ipsi qui restant, de contubernalibus dei accipiendi sunt, eam vitae conditionem nactis, quam ille barbae comaeque viridis ubertate declarat[h]. His non alienum videtur adstruere, quae Orpheus alio loco de hominum priorum vivacitate dixit. Plutarchus Symp. VIII. 4. 2. *ὁ φοῖνιξ*[i] *μακρόβιόν ἐστιν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν φυτῶν, ὥς που καὶ τὰ Ὀρφικὰ ταῦτα μεμαρτύρηκε*

> — — *ζῶον δ' ἴσον ἀκροκόμοισι*
> *Φοινίκων ἔρνεσσι* [k].

quem locum Varroni ap. Lactant. Inst. II. 12. 21. Plinioque VII. 49. ignotum fuisse necesse est, qui Hesiodum primum de longinquitate vitae aliqua prodidisse scribunt; quod idem dixerim de Agatharchide Phot. CCL. p. 719. et Josepho Antiqq. I. 4. 9. qui Hesiodo, Hecataeo et Hellanico auctoribus utitur ad probandum, homines ab ortu mundi propiores vitam longissime extendisse. Sed ad Theogoniam revertor.

[h] *Κρόνος εὐχαίτης* in Oraculo ap. Euseb. Pr. Ev. VI. 238. *λάσιος* in versibus Antimachi Fr. XXIV. p. 72. *εὐρυγένειος* Nonn. XVIII. 229. fortasse ob eandem causam, quanquam illa epitheta possunt etiam a forma derivata esse quam Philyrae amator induit; *ἵππος χαιτήεις*, *λασιαύχην* fere perpetuum est.

[i] Quae Grammatici de accentu horum nominum praecipiunt, de vocalibus in terminatione positis valent; neque *κῆρυξ* et *ψῦξαι* sibi repugnant, ut putat Buttmannus Gramm. Gr. T. II. 399.

[k] Pro *ἀκροκόμοισι* male Reiskius *ἁβροκόμοισι* emendat. *Ἀκρόκομοι φοίνικες* Dionys. Perieg. 1080. Nonn. Dion. XV. 112. *ὑψίκομοι* Gregor. Naz. Laud. Virg. p. 46. T. II. aerio sublimes vertice palmae Lactant. Phoenic. v. 69. cf. Diod. II. 53. quanquam *φοῖνιξ ἁβρόκομος* dicitur Eur. Iph. A. 1099. De vivacitate ejus Ambros. Hexaem. LVIII. c. 17. p. 44. Palma virens semper manet conservatione et diuturnitate foliorum. Dionysius ap. Euseb. Pr. Ev. XIV. 25. 775. *μακροβιωτάτην* vocat.

§. 14.

Ex Saturno Rheae Jovem ejusque fratres progignit. Proculus in Tim. II. 121. μένει παρθένος (Themis) κατὰ τοὺς χρησμοὺς τῆς νυκτός

> Ἐς τ' ἂν παῖδα τέκοι Ῥείη Κρόνῳ ἐν φιλότητι.

et in Theol. V. 11. 267. κατ' Ὀρφέα τῷ μὲν Κρόνῳ συνοῦσα ἡ μέση θεὸς Ῥέα καλεῖται etc. Illum Ida et Adrastea nutricantur, ut patet e Schol. in Plat. p. 64. et Hermia in Phaedr. p. 148. ἡ Ἀδράστεια μία ἐστὶ θεὸς τῶν μενόντων ἐν τῇ Νυκτὶ, γενομένη ἐκ Μελίσσου καὶ Ἀμαλθείας — ἀδελφὴ τῆς Εἴδης

> Εἴδη τ' εὐειδὴς καὶ ὁμόσπορος Ἀδράστεια (sic)

ἣ καὶ πρὸ τοῦ ἄντρου τῆς Νυκτὸς ἠχεῖν λέγεται τοῖς κυμβάλοις·

> — — παλάμῃσι δὲ χάλκεα ῥόπτρα
> δῶκεν Ἀδραστείῃ (sic).

Ἔνδον μὲν γὰρ ἐν τῷ ἀδύτῳ τῆς Νυκτὸς κάθηται ὁ Φάνης, ἐν μέσῳ δὲ ἡ Νὺξ μαντεύουσα τοῖς θεοῖς, Ἀδράστεια δὲ ἐν τοῖς προθύροις — διαφέρει δὲ τῆς ἐκεῖ Δίκης· ἡ μὲν γὰρ ἐκεῖ Δίκη θυγάτηρ λέγεται τοῦ ἐκεῖ Νόμου καὶ Εὐσεβείας, αὕτη δὲ ἡ Ἀδράστεια ἐκ Μελίσσου καὶ Ἀμαλθείας οὖσα περιεκτική ἐστι καὶ τοῦ Νόμου. Αὗται δὲ τρέφειν λέγονται τὸν Δία ἐν τῷ ἄντρῳ τῆς Νυκτὸς, ἀντικρὺς τοῦτο τοῦ Θεολόγου λέγοντος. Proculus in Tim. V. 323. ὁ δημιουργὸς, ὡς ὁ Ὀρφεύς φησι, τρέφεται μὲν ὑπὸ τῆς Ἀδραστείας, σύνεστι δὲ καὶ τῇ Ἀνάγκῃ, γεννᾷ δὲ τὴν Εἱμαρμένην. Idem in

Theol. IV. 16. 206. παρ' Ὀρφεῖ φρουρεῖν λέγεται ἡ Ἀδράστεια τὸν ὅλον (scr. τὸν τῶν ὅλων) δημιουργὸν καὶ

Χάλκεα ῥόπτρα λαβοῦσα καὶ τύμπανα ἠχήεντα [1]

οὕτως ἠχεῖν ὥςτε πάντας ἐπιστρέφειν εἰς αὐτὴν τοὺς θεούς. Curetes custodiae appositos idem memorat L. VI. 13. 382. ἡ ζωογόνος θεὰ τοὺς πρωτίστους ὑφίστησι Κουρῆτας, οἳ περιεστάναι λέγονται τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ περιχορεύειν ἀπὸ τῆς Ῥέας ἀναφανέντες, quae ut Theogoniae vindicemus inducit nos alius ejusdem scriptoris locus L. V. 3. 253. Ὀρφεὺς τοὺς Κουρῆτας φύλακας τῷ Διὶ παρίστησι τρεῖς ὄντας, καὶ οἱ θεσμοὶ τῶν Κρητῶν καὶ ἡ Ἑλληνικὴ πᾶσα θεολογία τὴν καθαρὰν καὶ ἄχραντον ζωὴν εἰς τὴν τάξιν ταύτην ἀναπέμπουσιν· οὐδὲν γὰρ ἄλλο τὸ κόρον ἢ τὸ καθαρόν· quod pro argumento est, Corybantes quoque Jovi adjunctos fuisse, quorum nomen a κόρος derivatur V. 14. 382. cf. 5. 323. Haec in totum ignorat Hesiodus sed damnum vindicat Apollodorus I. 1. 7. ἡ Ῥέα τὸν Δία δίδωσι τρέφεσθαι Κουρῆσί τε καὶ ταῖς Μελισσέως παισὶ Νύμφαις, Ἀδραστείᾳ τε καὶ Ἴδῃ· Αὗται μὲν τὸν παῖδα ἔτρεφον τῷ τῆς Ἀμαλθείας γάλακτι· οἱ δὲ Κουρῆτες τοῖς δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουον etc. quorum non nisi prior pars cum Orphicis perfecte congruit. De ceteris uterque idem tradunt; de lapide, quem Saturnus pro Jove de-

[1] Sic pro τύμπανον αἴγηκες scripsi Nonni exemplo XLIV. 139. κύμβαλα ἠχήεντα. Verba λαβοῦσα καὶ Proculus de suo interposuit duorum versuum exitus conjungens.

voravit Schol. ad Lyc. 399. δίσκον τὸν Δία λέγει διὰ τὸν λίθον τὸν ἀντὶ Διὸς ὑπὸ Κρόνου καταποθέντα, ὥς φησιν Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ τὴν Ὀρφέως ὑποκλέψας καὶ παραφθείρας θεογονίαν. Sed quomodo Saturnus a filio circumventus sit, Porphyrius exponit de A. N. c. XVI. παρὰ τῷ Ὀρφεῖ ὁ Κρόνος μέλιτι ὑπὸ Διὸς ἐνεδρεύεται· πλησθεὶς γὰρ μέλιτος μεθύει καὶ σκοτοῦται ὡς ὑπὸ οἴνου καὶ ὑπνοῖ. Φησὶ γὰρ παρ' Ὀρφεῖ ἡ Νὺξ τῷ Διὶ ὑποτιθεμένη τὸν διὰ τοῦ μέλιτος δόλον,

Εὖτ' ἂν δή μιν ἴδηαι ὑπὸ δρυσὶν ὑψικόμοισιν
ἔργοισιν μεθύοντα μελισσάων ἐριβόμβων [m],
αὐτίκα μιν δῆσον — —

ὃ καὶ πάσχει ὁ Κρόνος καὶ δεθεὶς ἐκτέμνεται, ὡς Οὐρανός. cujus facinoris notitiam habuisse videtur Timaeus in Schol. Apoll. IV. 983. ἡ Κέρκυρα πρότερον μὲν Δρεπάνη ἐκαλεῖτο — Τιμαῖος ἐκ τοῦ δρεπάνου, ᾧ ἐξέτεμε τοῦ Οὐρανοῦ τὰ αἰδοῖα ὁ Κρόνος ἢ ὁ Ζεὺς τὰ τοῦ Κρόνου [†]. Orphei versibus callidissime utitur Proculus ad explicandum cur apud Homerum Jupiter in Junonis amplexibus obdormiscat, quod absque illo nemo natorum hominum intelligeret. Nimirum id facit τὸν πατέρα ζηλῶν· καὶ γὰρ ἐκεῖνος πρώτιστος παραδέδοται τῶν θεῶν

Ἔνθα Κρόνος μὲν ἔπειτα φαγὼν δολόεσσαν ἐδωδὴν
κεῖτο μέγα ῥέγκων [n]

[m] Mellis repertor Saturnus secundum Macrob. Sat. I. 7. 238. Hydromeli (μελίτειον) inebriandi vim habere notum est. v. Bekmann. ad Aristot. Mirab. XXI. p. 52.

[†] Idem narrat fictitius Callisthenes ap. Interpr. Boess. ad Ibin v. 275. Saturnus — parte est laesus eadem poenamque a nato, quam dedit, ipse tulit.

[n] Sic scripsi pro ἐλέγχων.

in Polit. p. 398. Eodem pertinet Clementis locus Strom. VI. 751. *ἐν τῇ Θεογονίᾳ ἐπὶ τοῦ Κρόνου Ὀρφεῖ πεποίηται*

> *Κεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὺν αὐχένα· κὰδ δέ μιν ὕπνος*
> *ᾕρει πανδαμάτωρ.*

ταῦτα δὲ Ὅμηρος ἐπὶ τοῦ Κύκλωπος μετέθηκεν, de quo haec ipsa verba leguntur Od. IX. 371. Ibi nullus veterum interpretum loci nostri meminit.

§. 15.

Jupiter regno potitus mundi fabricam instaurat adhibitis in consilium Nocte et Saturno, sed praecipue Nocte. Proculus in Crat. p. 57. *ὁ Ζεὺς διττοὺς ὑφίστησι διακόσμους τόν τε οὐράνιον καὶ τὸν ὑπερουράνιον, ὅθεν αὐτοῦ καὶ τὸ σκῆπτρον εἶναί φησιν ὁ Θεολόγος πισύρων καὶ εἴκοσι μέτρων, ὡς διττῶν ἄρχοντα δυοδεκάδων.* In Tim. II. 137. *ὁ μὲν Φάνης διττὰς ὑφίστησι τριάδας, ὁ δὲ Ζεὺς διττὰς δυοδεκάδας. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο τὸ σκῆπτρον αὐτοῦ λέγεται καὶ εἰκοσίμετρον* (sic editum etiam L. I. p. 22.). De colloquiis cum Nocte et consultationibus idem in L. II. 63. *ὁ τοῦ παντὸς ποιητὴς πρὸ τῆς ὅλης δημιουργίας εἴς τε τὸ χρηστήριον εἰσιέναι λέγεται τῆς Νυκτὸς κἀκεῖθεν πληροῦσθαι τῶν θείων νοήσεων — καὶ δὴ καὶ τὸν πατέρα παρακαλεῖν εἰς τὴν τῆς δημιουργίας σύλληψιν. Πρὸς μὲν τὴν Νύκτα πεποίηται τῷ Θεολόγῳ λέγων*

> *Μαῖα, θεῶν ὑπάτη, Νὺξ ἄμβροτε, πῶς τάδε φράζω*[o]
> *πῶς χρή μ' ἀθανάτων ἀρχὴν κρατερόφρονα θέσθαι;*

καὶ ἀκούει παρ' αὐτῆς

> *Αἰθέρι πάντα πέριξ ἀφάτῳ λάβε, τῷ δ' ἐνὶ μέσσῳ*[p]
> *οὐρανῷ —*

καὶ περὶ πάσης ἑξῆς ἀναδιδάσκεται τῆς κοσμοποιίας. Πρὸς δὲ τὸν Κρόνον πάλιν μετὰ τοὺς δεσμοὺς μόνον οὐκ εὐχόμενός φησι.

> *Ὄρθου δ' ἡμετέρην γενεὴν, ἀριδείκετε δαῖμον*[q]

διὰ πάντων τῶν ἐχομένων τὴν τοῦ πατρὸς εὐμένειαν προκαλούμενος. Καὶ πῶς ἄλλως ἔμελλε θεῶν πάντα πληρώσειν καὶ τῷ αὐτοζώῳ ἀνομοιώσειν τὸ αἰσθητὸν ἢ πρὸς τὰς ἀφανεῖς αἰτίας τῶν ὅλων ἀνατεινόμενος, ἀφ' ὧν αὐτὸς πεπληρωμένος

> *Μέλλεν ἀπὸ κραδίης προφέρειν πάλι θέσκελα ἔργα*[r]

p. 64. Hermias in Phaedr. p. 141. *οὐδὲ οἱ ὑπὸ τὸν Δία θεοὶ λέγονται ἑνοῦσθαι τῷ Φάνητι ἀλλὰ μόνος ὁ Ζεὺς, καὶ αὐτὸς διὰ μέσης τῆς Νυκτός.* Haec autem sumta sunt ex obscurissima carminis parte de Cataposi Phanetis. Per hunc Platonici mundum intelligibilem rerumque formas aeternas significari putant, quas Jovem in creando hoc

[o] Uterque versus recurrit L. V. 294. ubi *φράζεις* editum. Hermannus *πῶς τάδε φράζεις, ὡς δεῖ —*

[p] Simplicius in IV. Auscult. p. 150. b. *ἡ Ἀσσύριος θεολογία καὶ ὑπὲρ τόνδε τὸν κόσμον ἄλλο σῶμα θειότερον τὸ αἰθέριον παραδέδωκεν. Οἶδε δ' αὐτὸ καὶ Ὀρφεὺς ἐν οἷς φησιν*

> *Αἰθέρι πάντα πέριξ ἀφάτῳ λάβε, ἐν δ' αὖ μέσσῳ*
> *οὐρανόν.*

[q] Eundem versum afferunt Procul. in Alcib. p. 74. Olympiod. p. 15. Damasc. in Creuzeri Melet. T. I. p. 43.

[r] Sic hoc loco scribitur; mox *παλιθέσκελα.*

mundo adspectabili velut exemplum quoddam expressisse, quum eas antea in se recepisset penitusque combibisset; idque ab Orpheo adumbratum esse imagine cataposis. Poeta ipse quid senserit, facillime ex ejus narratione intelligi poterit.

§. 16.

De Cataposi Phanetis pluribus locis exponit Proculus in Tim. IV. 267. *Ὀρφεὺς Φάνητα τὸν θεὸν ἐκάλεσεν ὡς ἐκφαίνοντα τὰς νοητὰς ἑνάδας καὶ ζώων αὐτῷ μορφὰς ἀνέθηκεν, ὡς ἐν αὐτῷ τῆς πρώτης αἰτίας τῶν νοητῶν ζώων ἐκφανείσης, καὶ ἰδέας πολυειδεῖς, ὡς τῶν νοητῶν ἰδεῶν πρώτως περιληπτικῷ. Καὶ κληῖδα νόου ἐκάλεσε — Πρὸς τοῦτον ἀνήρτηται ὁ δημιουργὸς, καὶ ὁ μὲν Πλάτων ὁρᾷν αὐτὸν εἰς τὸ αὐτόζωον εἶπεν, ὁ δὲ Ὀρφεὺς καὶ ἐπιπηδᾷν αὐτῷ καὶ καταπίνειν δειξάσης τῆς νυκτός.* Similia in L. II. 99. disserit: *ἑνοῦται πρὸς ἐκεῖνον ὁ Ζεὺς διὰ μέσης τῆς Νυκτὸς καὶ πληρωθεὶς γίγνεται κόσμος νοητὸς ἐν νοεροῖς.* Sed haec quoniam fusius tractantur, particulatim explananda sunt. Sic enim pergit:

Fragm. I.

Ὧς τότε πρωτογόνοιο χανὼν μένος Ἠρικεπαίου
τῶν πάντων δὲ δέμας εἶχεν ἐνὶ γαστέρι κοίλῃ [a].

[a] Vulgatum *ἤρικε παίον* tacite correxit Gesnerus. Pro *χανόν* Zoega in Bassirel. T. II. p. 167. et in comment. p. 263. emendavit *χανών*, quod recepimus, sed minus recte ei tribuit activam potestatem desorbendi, quam hoc verbum non habet. In secundo versu idem *τῶν πάντων δέμας εἶχεν ἑῇ ἐνὶ γαστέρι*. Nescio an praestet

μίξει δ' ἐαῖς μελέεσσι θεοῦ δύναμίν τε καὶ ἀλκήν.
τοὔνεκα σὺν τῷ παντὶ Διὸς πάλιν ἐντὸς ἐτύχθη [t].

Εἰκότως ἄρα καὶ ὁ Πλάτων εἰς τὸ παράδειγμα βλέποντά φησι δημιουργεῖν αὐτὸν ἵνα τῷ νοεῖν ἐκεῖνο πάντα γενόμενος τὸν αἰσθητὸν ὑποστήσηται κόσμον — Διὸ καὶ ὁ Θεολόγος φησὶ

Fragm. II.

Πάντα τάδε κρύψας αὖτις φάος ἐς πολυγηθὲς
μέλλεν ἀπὸ κραδίης προφέρειν πάλι θέσκελα ῥέζων.

Tertius locus omnium locupletissimus est p. 96. *μετὰ τὴν κατάποσιν τοῦ Φάνητος αἱ ἰδέαι τῶν πάντων ἐν αὐτῷ* (Jovi) *πεφήνασιν, ὥς φησιν ὁ Θεολόγος*

Fragm. III.

Τοὔνεκα σὺν τῷ παντὶ Διὸς πάλιν ἐντὸς ἐτύχθη
αἰθέρος εὐρείης ἠδ' οὐρανοῦ ἀγλαὸν ὕψος,
πόντου τ' ἀτρυγέτου, γαίης τ' ἐρικυδέος εὐρη,
ὠκεανός τε μέγας καὶ νείατα τάρταρα γαίης,
καὶ ποταμοὶ καὶ πόντος ἀπείριτος, ἄλλα τε πάντα,
πάντες τ' ἀθάνατοι μάκαρες θεοὶ ἠδὲ θέαιναι,
ὅσσα τ' ἔην γεγαῶτα καὶ ὕστερον ὁππόσ' ἔμελλεν,
ἐγγένετο· Ζηνὸς δ' ἐνὶ γαστέρι σύῤῥα πεφύκει [u]

τῶν δὲ ἰδεῶν πλήρης ὢν διὰ τούτων ἐν ἑαυτῷ τὰ

τῶν πάντων τε δέμας Ζεὺς εἶχ' ἐνὶ γαστέρι, id est, *ὁ Ζεὺς χανὼν τέ τε Ἠρικεπαίου μένος καὶ πάντων* (sc. *θεῶν*) *δέμας εἶχε.*

[t] Zoega l. c. *τοὔνεκα σὺν τῷ πάντα* Proculus ὁ *πάνυ*, ut nobis persuadeat Homerum ipsum hujus pantheisticae doctrinae notitiam habuisse: remittit nos ad Il. XX. 13. ubi dii apud Jovem congregantur: *ὣς οἱ μὲν Διὸς ἔνδον ἀγηγέρατ'* —

[u] V. 6. et 7. Gesnerus *πάντες δ' — ὅσσα δ'*. V. 8. *ἐγγένετο* idem pro *ἐγένετο*. Eschenbachius e cod. August. vel ex Steucho VII. 10. *γίγνεσθαι*, quod alibi locum habet. Idem imperite cum Steucho *σειρά* pro vulgato *σύῤῥαν*, quod Gesnerus recte in *σύῤῥα* mutavit, adhibito Hesychio *Σύῤῥα ὁμόσε, εἰς τὸ αὐτό*. Aeschrio ap. Tzetz. Chil. VIII. 408. *σύῤῥ' ἐχύθη ψυχήν.*

ὅλα περιείληφεν, ὡς καὶ τοῦτο ὁ Θεολόγος ἐνδεικνύμενος ἐπήγαγε

Fragm. IV.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀργικέραυνος.
Ζεὺς κεφαλὴ, Ζεὺς μέσσα, Διός τε πάντα τέτυκται [v]
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς αὐτὸς ἁπάντων ἀρχιγένεθλος.
ἓν κράτος, εἷς δαίμων γένετο μέγας ἀρχὸς ἁπάντων [x]
ἓν δὲ δέμας βασίλειον, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται,
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθὴρ, νύξ τε καὶ ἦμαρ.

Τὰ τοίνυν ὅλα περιέχων κατὰ τοὺς χρησμοὺς τῆς Νυκτὸς ὑφίστησι πάντα τὰ ἐγκόσμια — Λέγει οὖν ἡ Νὺξ πρὸς αὐτὸν ἐρωτήσαντα

Fragm. V.

Πῶς δέ μοι ἕν τι τὰ πάντ' ἔσται καὶ χωρὶς ἕκαστον;
αἰθέρι πάντα πέριξ ἀφάτῳ λάβε, τῷ δ' ἐνὶ μέσσῳ
οὐρανόν· ἐν δέ τε γαῖαν ἀπείριτον, ἐν δὲ θάλασσάν
ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται [y].

Καὶ δὴ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑποτιθεμένη δημιουργημάτων ἐπήνεγκε

Fragm. VI.

Αὐτὰρ ἐπὴν δεσμὸν κρατερὸν ἐπὶ πᾶσι τανύσσῃς [z]
σειρὴν χρυσείην ἐξ αἰθέρος ἀρτήσαντα —

[v] Idem Theol. VI. 8. 363. Ζεὺς ἀρχὴ — Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.

[x] Hunc versum respicit Proculus in Parm. L. II. p. 197. τὸ ἕν ἐστιν ὁλότης παντὸς τοῦ δημιουργικοῦ νοῦ, εἰς ὃ καὶ ὁ Θεολόγος ἀποβλέπων, ἓν ἐγένετο, φησί.

[y] Versus Homericus Il. XVIII. 484.
Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν,
ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.
Alia imitationis vestigia minus expressa praetereo.

[z] Idem in Tim. III. 146. ὁ Ζεὺς τὴν χρυσῆν ὑφίστησι σειρὰν

praesentabo, ut omissos ab hoc uncinis includam. Eusebius igitur hoc modo: *Τὸν Δία τὸν νοῦν τοῦ κόσμου ὑπολαμβάνοντες, ὃς τὰ ἐν αὐτῷ ἐδημιούργησεν ἔχων τὸν κόσμον, ἐν ταῖς θεολογίαις ταύτῃ περὶ αὐτοῦ παραδεδώκασιν οἱ τὰ Ὀρφέως εἰπόντες*

Fragm. VIII. [*]

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος, ἀργικέραυνος.
Ζεὺς κεφαλὴ, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄφθιτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
[Ζεὺς πνοιὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμή.
Ζεὺς πόντου ῥίζα, Ζεὺς ἥλιος ἠδὲ σελήνη]
Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς αὐτὸς ἁπάντων ἀρχιγένεθλος.
ἓν κράτος, εἷς δαίμων γένετο, μέγας ἀρχὸς ἁπάντων.
ἓν δὲ δέμας βασίλειον, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται,
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθὴρ, νύξ τε καὶ ἦμαρ,
καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής.
πάντα γὰρ ἐν μεγάλῳ Ζηνὸς τάδε σώματι κεῖται.
τοῦ δήτοι κεφαλὴ μὲν ἰδεῖν καὶ καλὰ πρόςωπα
οὐρανὸς αἰγλήεις καὶ χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι
ἄστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερέθονται.
ταύρεα δ' ἀμφοτέρωθε δύο χρύσεια κέρατα,

[*] Ne quem fallat lectionum diversitas, de singulis versibus admonebo. V. 1. *ἀργικέραυνος* Aristot. et Stob. — V. 3. *ἄμβροτος* iidem. Proculus et Eusebius hunc versum omittunt. — V. 4. *λιμὴν γαίης* tres codd. Stob. eumque versum Aristoteles tertio praeponit. — V. 5. et 6. a Procl. et Euseb. omissi. — V. 5. *πνοιὴ πάντων*. Hermannus egregie *ἀνέμων*. — V. 7. Aristot. *ἀρχὸς ἁπάντων ἀργικέραυνος*. Similiter Theo Epigr. II. *Ζεὺς ἀρχιγένεθλος ἀφ' οὗ φύσις ἐβλάστησε.* Versum octavum affert Proculus in Tim. III. 174. Decimum primum idem v. supra §. 6. duodecimum in L. II. 94. *πάντα γὰρ ἐν Ζηνὸς μεγάλου τάδε σώματι κεῖται καὶ — Ζηνὸς δ' ἐνὶ γαστέρι σύῤῥα πεφύκει.* Stobaeus *ἐν Ζηνὸς μεγάλῳ*. — V. 13. Stob. *τοῦ δὲ τὸ* et *τοῦ δὴ τὸ*. Procl. Tim. I. 50. *τοῦ δ' ἤτοι κεφαλὴ μὲν, φησὶν, οὐρανὸς αἰγλήεις, ὄμματα δ' ἠέλιος καὶ ἀντιόωσα σελήνη.* — V. 14. *ὃν χρύσεαι* Stob. et in seq. *ἠερέθοντο*. — V. 18. *ἀνταυγοῦσα*

ἀντολίη τε δύσις τε, θεῶν ὁδοὶ οὐρανιώνων [**]
ὄμματά τ' ἠέλιός τε καὶ ἀντιόωσα σελήνη.
νοῦς δέ γε ἀψευδὴς βασιλήιος ἄφθιτος αἰθήρ,
ᾧ δὴ πάντα κλύει καὶ φράζεται· οὐδέ τις ἐστὶν
αὐδή, οὔτ' ἐνοπή, οὔτ' αὖ κτύπος, οὐδὲ μὲν ὄσσα,
ἣ λήθει Διὸς οὖας, ὑπερμενέος Κρονίωνος.
ὧδε μὲν ἀθανάτην κεφαλὴν ἔχει ἠδὲ νόημα.
σῶμα δέ οἱ περιφεγγές, ἀπείριτον, ἀστυφέλικτον,
ὄβριμον, ὀβριμόγυιον, ὑπερμενὲς ὧδε τέτυκτο.
ὦμοι μὲν καὶ στέρνα καὶ εὐρέα νῶτα θεοῖο,
ἀὴρ εὐρυβίης· πτέρυγες δέ οἱ ἐξεφύοντο,
ταῖς ἐπὶ πάντα ποτᾶθ'· ἱερὴ δέ οἱ ἔπλετο νηδὺς
γαῖά τε παμμήτειρ', ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα,
μέσση δὲ ζώνη βαρυηχέος οἶδμα θαλάσσης
καὶ πόντου, πυμάτη δὲ βάσις χθονὸς ἔνδοθι ῥίζαι
τάρταρά τ' εὐρώεντα καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης.
πάντα δ' ἀποκρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς
μέλλεν ἀπὸ κραδίης προφέρειν πολυθέσκελα ῥέζων.

σελήνη corrigit Heringa. — V. 19. νοῦς δέ οἱ ἀψευδής Stob. rectius, v. Ruhnken. de Vita Longin. p. LXXVII. Heringa conjecturae arbitrio οὖς δέ οἱ ἀψευδές, quod ipse damnat in Addend. — Olympiodor. in Phileb. p. 261. νοῦς δὲ οὐκ ψευδὴς βασιλήιος. — V. 19. 20. 21. 22. νοῦς δέ οἱ usque ad οὖας apponit Procl. Tim. III. 164. ubi οὐδ' αὖ κτύπος editum. — V. 20. κυκλεῖ Euseb. pro κλύει, qui etiam ἐστὶ omittit et in seq. pro Διὸς οὖας scribit Διὸς υἷα, quod librariam Christianam redolet, sicut apud Theophrastum pro ἐργαστήρια scripserunt μοναστήρια v. Dorvill. ad Charit. p. 316. in Ovidii quodam loco sancta de virgine pro conjuge v. Ciofan. ad Met. XV. 836. et Sedulio haereticos versus tribuerunt pro heroicis v. Arntzen. Specim. Observ. c. X. 70. — V. 23. Stob. ἔχει. — V. 24. 26. et initium v. 27. ἀὴρ εὐρυβίης continuo tractu profert Proculus III. 153. hisque subjungit omissis mediis v. 30. μέσση δὲ ζώνη βαθυηχέος (sic) οἶδμα θαλάσσης, πυμάτη δὲ βάσις χθονὸς ἔνθαδε (sic) ῥίζαι unde πυριφεγγές et ἔνθα τε asciscenda sunt. — V. 25. Stob. ἄτρομον, ὀβριμόγυιον. — V. 28. ποτᾶται Euseb. — V. 29. παμμήτωρ cod. August. Heringae, de quo nihil nos docet Heerenius, vitiosum παμμήτηρ praeoptans. — V. 30. sq. πυμάτη δὲ βάσις χθονὸς ἔνδοθι usque ad γαίης in medium promit Procl. III. 311. — V. 34. μέλλει Stob. Leviores discrepantias praetereo.

[**] v. Voss. Myth. T. I. 192.

§. 18.

Ex his Clemens Strom. V. 607: duos extremos eodem modo quo Aristoteles Fr. VII. exhibet: *τὰ ὅμοια τούτοις κἂν τοῖς Ὀρφικοῖς εὑρήσομεν ὧδέ πως γεγραμμένα Πάντας γὰρ κρύψας καὖθις* (sic) *φάος ἐς πολυγηθὲς ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων*, quem locum descripsit Eusebius XII. 13. 684. Idem Clemens p. 726.

> *Ἓν κράτος, εἷς δαίμων γένετο, μέγας οὐρανὸς αἴθων,*
> *ἓν δὲ τὰ πάντα τέτυκται, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται,*
> *πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα*

quae ab Eusebiana lectione Fr. VIII. 8. haud leviter discrepant. Duo integros versus inserit Proculus ei qui in Fr. III. septimus praemissos in Parm. IV. 227. Cous. ubi de mente et intelligentia universali et particulari sive partiali (*μερικωτέρᾳ*) sermocinatur, quarum illa res intelligibiles et individuas comprehendi, hac species multigeneres — *καὶ οὐκ ἂν θαυμασώμεθα* (sic) *τῶν Ὀρφικῶν ἀκούοντες ἐπῶν, ἐν οἷς φησιν ὁ Θεολόγος*

> *Αὐτῇ δὲ Ζηνὸς ἐν ὄμμασι πατρὸς ἄνακτος* [*]
> *ναίουσ' ἀθάνατοί τε θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι*
> *ὅσσα τ' ἔην γεγαῶτα καὶ ὕστερον ὁππόσ' ἔμελλε·*

πάντων γάρ ἐστι πλήρης τῶν νοητῶν καὶ πάντων ἔχει τὰς διῃρημένας αἰτίας, ὥστε καὶ ἀνθρώπους καὶ τἄλλα πάντα γεννᾷ, quae nemo quisquam

[*] Eschenbachius p. 78. *Ζηνὸς καὶ ἐν ὄμμασι.* Malim *αὐτόθι δὴ καὶ Ζηνός*, quae de mundo dici videntur, quem dii hominesque communiter incolunt uno sub rectore et inspectore Jove.

cunctabitur ad hunc praesentem referre locum; sed duobus primis versibus ad dubitationem adductus sum, an ex alia carminis parte huc sint praepostere translati. Verum haec Proculi, Clementis et Stobaei dissidia non tam animadversione digna, quam quod etiam in temporibus verborum hic illic a se discrepant v. 10. ἠερέθονται et ἠερέθοντο, v. 23. ἔχει et ἔχεν, v. 34. μέλλει et μέλλεν, et multo magis quod poeta ipse saepe praesenti tempore, saepe etiam imperfecto et plusquamperfecto usus est. Id vero qui evenerit intelligi posse arbitror, si sumamus eum primum de illo tempore loquutum esse, quo Jupiter omnes deos omniumque rerum substantias late fusas dispersasque in se recollegit et mundi universitatem condidit, deinde vero adnexuisse quasi quandam doxologiam summi numinis per totum mundum intenti cunctaque numine suo complentis. Jam supra Tzetzae mentionem habuimus versum hinc decerptum Orphei hymnis adscribentis, eoque nomine hoc canticum etiam Stobaei editores insigniunt, neque erit quisquam, quin illam splendidam orationem, qua dei imago mundo impressa praedicatur, hymnodiae quam cosmogoniae similiorem putet. Ab Aristotele autem et Porphyrio hae diversae carminis partes confusae et perturbatae sunt, hymnoque subtexta illa clausula πάντα δ' ἀποκρύψας, qua poeta narrationem de cataposi Phanetis terminavit, rectissime imperfecto tempore μέλλεν usus, quod, qui hoc carmen ad praesentem rerum statum accommodarunt, in

praesens vertere coacti sunt, fortasse ad significandum, mundum hunc olim denuo restauratum iri. Fundamentum igitur hujus carminis a Theogoniae auctore positum esse ajo; ejusque ambitum quodammodo e Proculi indiciis cognosci posse non nego; sed quid ab illis, quos Eusebius et Stobaeus sequuntur, ei superstructum, quid casu, errore, consilio abrasum fuerit, judicare vereor. Ut tamen aliis via expeditior foret, deserui rationem ab Heringa Observ. XI. 95. et Gesnero initam, qui varios versus, undelibet collectos, in unum contexuerunt corpus; quo effectum est, ut nemo nisi qui singula testimonia rursus a se invicem separaverit, clare pervidere possit, quid Proculus discrepet ab Apulejo, quid inter hunc et eclogarium Stobensem intersit. Nos autem non solum hoc cavere voluimus, ne quis hunc ordinem et progressum carminis fuisse putet, qui in Gesneri editione obtinet, sed etiam suspicioni locum reliquimus, primigeniam ejus formam interpolantium arbitrio nunc dilatatam nunc adstrictam esse, quorum alterum ex crebra ejusdem verbi *γένετο* iteratione et ceteris ambagibus apparet, alterum mihi in Fr. VIII. v. 11. animadvertisse videor, ubi praeter Metin et Amorem plures deos nominatos esse crediderim. Proculus hunc versum saepius usurpat in Tim. II. 137. *ᾧ καὶ ὁ Ζεὺς ἀνάλογον Μῆτίς τε καλεῖται καὶ δαίμων ὁ αὐτὸς Ἓν κράτος, εἷς δαίμων γένετο μέγας ἀρχὸς ἁπάντων.* in L. III. 156. *ὁ δημιουργος ἔχει αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ τὴν τοῦ Ἔρω-*

τος αἰτίαν· ἔστι γὰρ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπὴς καὶ ἴσως πρὸς τοῦτο ἀποβλέπων καὶ ὁ Φερεκύδης ἔλεγεν εἰς Ἔρωτα μεταβεβλῆσθαι τὸν Δία μέλλοντα δημιουργεῖν [d]. In Parm. III. p. 22. ὁ Ὀρφεὺς μετὰ τὴν κατάποσιν τοῦ Φάνητος ἐν τῷ Διὶ τὰ πάντα γεγονέναι φησίν· ἐπειδὴ πρώτως μὲν καὶ ἡνωμένως ἐν ἐκείνῳ, δευτέρως δὲ καὶ διακεκριμένως ἐν τῷ δημιουργῷ τὰ πάντα ἀνεφάνη τῶν ἐγκοσμίων αἴτια. ἐκεῖ γὰρ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ ὁ οὐρανὸς αὐτὸς καὶ τὰ στοιχεῖα καὶ ὁ Ἔρως ὁ πολυτερπὴς καὶ πάντα ἁπλῶς ἓν γεγονότα Ζηνὸς δ' ἐνὶ γαστέρι σύῤῥα πέφυκεν, unde patet versum illum *Καὶ Μῆτις* — ad carmen de Cataposi pertinere. Hoc autem Cosmogoniae inclusum fuisse novis argumentis comprobabimus.

§. 19.

Etenim illorum versuum unus prae ceteris magnam celebritatem adeptus multorumque imitatione nobilitatus est; quo in numero primus occurrit Plato. Is in Legg. IV. 715. D. ὁ μὲν δὴ θεὸς, inquit, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν

[d] Lucian. Amorr. 32. 293. T. V. δαῖμον οὐράνιε Ἔρως, ὃν ἡ πρωτόσπορας ἐγέννησεν ἀρχὴ — σὺ ἐξ ἀφανοῦς καὶ συγκεχυμένης ἀμορφίας τὸ πᾶν ἐμόρφωσας — ἀφελὼν τὸ χάος λαμπρῷ φωτὶ τὴν ἀμαυρὰν νύκτα πετάσας. Amor ille per quem rerum naturae primordia, totiusque mundi elementa creverunt Quintil. Decl. XIV. 303. Sextus c. Phys. I. 540. Ἡσίοδος τὸν Ἔρωτα δραστήριον ἀρχὴν παρέλαβε, idemque de Hesiodo praedicant Plato Symp. p. 178. C. 195. C. et Aristotel. Metaph. I. 4. 646. (p. 13. Brandis.) Orphei suffragium tanquam depontani cujusdam repudiantes; nec ultra Hesiodum progreditur Plutarchus Amator. XVIII. 45. et Alexander Aphr. in Met. I. 29. p. 7. b.

τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων εὐθείᾳ περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπεται Δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός· ubi quod Wolfius ad Orig. Philos. c. XIX. 896. conjecturâ judicaverat, Orphicam subesse sententiam, confirmant Scholiastes p. 451. Bekk. θεὸν μὲν τὸν δημιουργὸν, παλαιὸν δὲ λόγον λέγει τὸν Ὀρφικὸν, ὅς ἐστιν οὗτος

Ζεὺς ἀρχὴ, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

et Proculus in Theol. VI. 8. 363. λέγει ὁ Θεολόγος

Ζεὺς ἀρχὴ, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα πέφυκε

καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ Πλάτων εἰς ἅπασαν τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν ἀποβλέπων καὶ διαφερόντως εἰς τὴν Ὀρφικὴν μυσταγωγίαν ἀνειπεῖν ὡς ἄρα ὁ παλαιὸς λόγος τὸν θεόν φησιν ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἁπάντων ἔχειν — — καὶ Δίκην ἔχειν ὀπαδόν· quorum memoria exciderat Valckenario Diatr. de Arist. p. 74. Sententiam illam sequi non dedignatus est Josephus c. Apion. II. 22. 485. ὁ θεὸς ἔχει τὰ πάντα παντελὴς καὶ μακάριος αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ πᾶσιν αὐταρκὴς, ἀρχὴ καὶ μέσα καὶ τέλος ἁπάντων. Sed praecipue Pythagorei celebrant; Archytas ap. Jamblich. Protr. c. IV. 160. ὁ θεὸς ἀρχά τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐστὶ πάντων τῶν κατὰ δίκαν περαινομένων. Aristoxenus ap. Stob. Ecl. I. 6. 16. ὁ περιττὸς ἀρχὴν καὶ τελευτὴν καὶ μέσον ἔχει, ἀρχῆς καὶ ἀκμῆς καὶ παρακμῆς ἐχόμενα cf. 5. 14. Item Stoici ap. Plutarch. de Comm. Notion. XXXI. 385. Ζεὺς ἀρχὴ, Ζεὺς

μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται, ὥς αὐτοὶ λέγουσι. Plutarchus ipse De Def. Oracc. XLVIII. 379. T. IX. *οἱ σφόδρα παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ ποιηταὶ τῇ κρείττονι μόνον αἰτίᾳ τὸν νοῦν προςέχειν προείλοντο, τοῦτο δὴ τὸ κοινὸν ἐπιφθεγγόμενοι πᾶσι πράγμασι Ζεὺς ἀρχὴ, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα πέλονται·* et pluribus locis v. Wyttenb. ad S. N. V. p. 73. multique praeterea alii hujus versus memoriam recoluerunt, modo addito auctoris nomine, ut Anonymus in Vit. Arat. p. 273. Petav. *ὁ Ὀρφεὺς πάντα καιρὸν ἀνατίθησι Διί, λέγων Ζεὺς ἀρχὴ — Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται* [*] saepius proverbii instar vulgo celebrati. Hippocrates adulterinus De dec. Hab. IV. 354. D. *αὕτη γὰρ ἀρχὴ ἐν ἰατρικῇ καὶ μέσα καὶ τέλος.* Dionysius de Comp. Verb. XVIII. 122. *ὧν ἐστι πρῶτός τε καὶ τελευταῖος καὶ μέσος ὁ Ἡγησίας,* cui similem Dionis Prus. locum apponit Uptonus p. 244. Schaef. Lucianus Rhet. Praec. XV. 234. *τὰ πρῶτα καὶ μέσα καὶ τελευταῖα τῶν λέγειν δυναμένων ἔχω.* cf. Philostr. V. Soph. II. 21. 600. et Demosth. Or. I. in Aristog. 772. b. *τὰ τοιαῦτα θηρία, ὧν μέσος καὶ πρῶτός ἐστιν οὗτος·* quem non negaverim ex ipsis fontibus hausisse, unde paulo post alium locum de Dice depromit. Ceteris imitatoribus nihil necesse est propter tam vulgatae sententiae usum carminis ipsius notitiam

[*] Apud alios *πέφυκε, πέλονται* etc. Quod Procopius usurpat Ep. XXXVIII. *θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ*, Homericum est. Il. XIX. 90. Orphei fortasse illud, quod ut Didymus ait de Trinit. II. 5. 140. *παρὰ τοῖς ἔξω λέγεται*

Εἷς θεὸς αὐτοπάτωρ, ἐξ οὗ τάδε πάντα γένοντο.

tribuere. Denique idem versus Palinodiae insertus est v. P. II. c. II. §. 3. cujus auctorem eo ad fraudes suas occultandas usum esse, omnibus manifestum est. Neque mihi de Pythagoreis et Platone dubitandum videtur. Illos Aristoteles dicit universa ac singula tribus momentis dispensare, primordio, fine, medio v. P. I. c. 6. n. 33. et Ion Triagmos suos hinc orsus est *πάντα τρία*, eoque in libro illud de Pythagora judicium tulit, eum quandam doctrinae suae partem (de numeris, ut videtur) Orpheo adsignasse. Platonem autem ut arbitrer, illum *παλαιὸν λόγον* non fando accepisse sed ex ipsa, ut dicitur, scatebra, tum alia me inducunt Orphicae lectionis indicia, tum illud, quod continuo subjungit *τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπεται Δίκη τῶν ἀπολειπομένων — τιμωρός*, quae Proculus, ut modo diximus, Orphicis circumloquitur verbis. Idem in Tim. V. 310. *ἡ Δίκη ἐστὶν ὀπαδὸς τοῦ Διός, ὥς φησιν Ὀρφεύς*

Τῷ δὲ δίκη πολύποινος ἐφέσπετο

καὶ Πλάτων Τῷ δ' ἀεὶ συνείπετο etc.[f]. Et in Theol. VI. 8. 363. *ἤδη βασιλεύοντι αὐτῷ* (demiurgo) *καὶ διακοσμεῖν ἀρχομένῳ τὸ πᾶν ἕπεσθαί φησι τὴν Δίκην*

Τῷ δὲ Δίκη πολύποινος ἐφέσπετο πᾶσιν ἀρωγός[g]

[f] Platonici loci saepius meminit in Crat. p. 113. in Alcib. p. 70. T. III. *Cousin.* in Tim. I. p. 18. *ἕπεται (ἡ Δίκη) τοῦ νόμου τιμωρὸς καὶ τὴν ἐνόπλιον τάξιν, μεθ' ἧς διατάττει τὸ πᾶν ὥςπερ λέγουσιν οἱ τὰς Τιτανομαχίας καὶ Γιγαντομαχίας ἀναγράψαντες.* unde patet Proculi interpretatione Dicen eandem Minervam esse.

[g] Vulgo *πολύπονος ἐφέπετο.* Parmenides v. 14. *τῶν δὲ Δίκη πολύποινος ἔχει κληῖδας.*

Idem in Alcib. p. 220. πρὸ τοῦ κόσμου Δίκη συνάπτεται τῷ Διί· πάρεδρος γὰρ ὁ Νόμος τοῦ Διός, ὥς φησιν Ὀρφεύς, quorum postremum legitur etiam in Comm. in Tim. L. II. 96. κατὰ τὰς ὑποθήκας τῆς Νυκτὸς πάρεδρον ποιεῖται τὸν Νόμον αὐτῷ συγκαθιδρύων, ὥσπερ καὶ Ὀρφεύς. Idque fortasse materiam praebuit Hymni LXIV. conditori, cujus hoc initium est:

Ἀθανάτων καλέω καὶ θνητῶν ἁγνὸν ἄνακτα
οὐράνιον Νόμον, ἀστροθέτην, σφραγῖδα δικαίαν κ. τ. λ.

Pindaricae sententiae Νόμος ὁ πάντων βασιλεύς [h] simillimum. Tantum de Platone. Aliam carminis partem verbis latinis expressit fortasse Valerius Soranus. Augustinus de Civ. VII. 9. In hanc sententiam (Jovem mundum esse) etiam quosdam versus Valerii Sorani exponit Varro in eo libro, quem de cultu deorum edidit, qui versus hi sunt:

Jupiter omnipotens regum, rerumque deumque
progenitor genitrixque, deum deus unus et omnis [i]

Exponuntur autem in eodem libro ita, ut eum marem existimarent, qui semen emitteret, feminam quae exciperet, Jovemque esse mundum et eum omnia semina ex se emittere et in se recipere. quae Lud. Vives in Nott. p. 636. ex Orpheo derivata censet.

[h] v. Interpr. ad Herodo. III. 38. Boeckh. ad Plat. Min. p. 175. ad Pind. Fragm. p. 640. Vocabulum ipsum νόμος apud Homerum non legi sed derivatum hinc εὐνομία, veteres consentiunt. v. Joseph. c. Apion. II. 1070.

[i] Anthol. Lat. I. Ep. IV.

§. 20.

His igitur consiliariis et adjutoribus usus Jupiter mundum condit sive potius a Phanete conditum ad perfectionem unius continui corporis adducit. Proculus in Crat. p. 53. Ὀρφεὺς δημιουργοῦντα μὲν αὐτὸν (Jovem) τὴν οὐρανίαν πᾶσαν γενεὰν παραδίδωσι καὶ ἥλιον ποιοῦντα καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλους ἀστρῴους θεούς, δημιουργοῦντα δὲ καὶ τὰ ὑπὸ σελήνην στοιχεῖα. Totam seriem deorum se invicem excipientium cursim exponit ibid. p. 52. τῆς νοερᾶς τῶν θεῶν διακοσμήσεως ἄνωθεν μὲν ὁριζομένης τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων θείων γενῶν (id est Phaneti) προϊούσης δὲ διὰ τῶν τριῶν νυκτῶν καὶ τῶν οὐρανίων ὑποστάσεων εἰς τὴν Τιτανικὴν γενεάν, ἣ πρώτη τῶν πατέρων ἑαυτὴν διέκρινε (Saturno contra patrem rebellante) ἀναφαίνεται πᾶν τὸ δημιουργικὸν τῶν θεῶν γένος — καὶ πρὸ τῶν ἄλλων δημιουργῶν ὁ Ζεὺς τὸ ἑνιαῖον κράτος τῆς ὅλης δημιουργικῆς σειρᾶς κληρωσάμενος — καὶ τῶν ὑπὲρ ἑαυτὸν θεῶν πεπληρωμένος (per cataposin). Verum de ordine Demiurgorum postea dicendum erit, ubi prius de singulis diis, quae supersunt, testimonia collegero.

§. 21.

Orphicam et Hesiodiam Theogoniam aliasque ignotae originis fabulas in unum miscens Clemens Recogn. X. 7. 316. haec refert: „Ajunt ergo qui sapientiores sunt inter gentiles

primo omnium Chaos fuisse; hoc per multum tempus exteriores sui solidans partes fines sibi et fundum quendam fecisse, tanquam in ovi immanis modum formamque collectum; intra multo nihilominus tempore vivifactum esse animal quoddam disruptoque globo processisse speciem quandam hominis duplicis formae, quam illi masculofeminam vocant. Hunc etiam Phaneta nominarunt, quia quum apparuisset, tunc etiam lux affulsit, et hoc dicunt progenitam esse substantiam, prudentiam, motum[k] et coitum. Ex his factum Coelum et Terram; ex Coelo sex progenitos mares, quos Titanes appellant, similiter de Terra sex feminas, quas Titanidas vocitarunt; Oceanus, Coeus, Crius, Hyperion, Japetus, Cronus, Theia, Rhea, Themis, Mnemosyne, Tethys, Phoebe, quorum postrema pars Hesiodo, prima Orpheo convenit, media ἀδέσποτα sunt. Tum c. XIX. „Ex his, qui primum fuerat a Coelo natus, primam terrae filiam acceperat uxorem, secundus secundam; primus ergo, qui primum duxerat, propter eam deductus est deorsum; secunda vero propter eum, cui nupserat, ascendit sursum, et ita singuli per ordinem facientes manserunt in his, quae

[k] Multo aliter ista in cod. regio leguntur. Pro motum subvenit pothum, sed non necessarium fortasse.

ejus nuptiarum sorte obvenerant locis. — Saturno primus nascitur filius, quem Haden appellarunt: — quem devorat pater; post hunc Neptunus, novissimus Jupiter; hunc subtrahit Rhea et ne vagitus pueri innotesceret, Corybantes cymbala fecit et tympana percutere; quibus pauca addit c. XXI. de lapide, qui a Saturno devoratus filios trusit. Haec ab Orpheo sumsisse videtur exceptis, quae de reciproco Titanum Titanidumque descensu et ascensu dicuntur. Orpheum nomine appellat c. XXX. „Omnis sermo apud Graecos, qui de antiquitatis origine conscribitur, duos praecipuos auctores habet, Orpheum et Hesiodum. Orpheus igitur dicit primo fuisse Chaos sempiternum, immensum, ingenitum — hoc non tenebras esse, non lucem, non humidum, non aridum, non calidum, non frigidum sed omnia simul mista — — Aliquando tamen protulisse ex se formam masculofeminam; et hoc esse principium omnium, quod primum ex materia puriore processerit, quodque procedens discretionem quatuor elementorum dederit et ex duobus, quae prima sunt, elementis fecerit coelum, ex aliis autem terram. Sed hoc obscuro teste dimisso ad notos et familiares auctores regrediamur, primumque Jovis uxores enumeremus.

§. 22.

Metin, quam Hesiodus primam numerat, Orpheus praetermittit, e Cerere, quae ab illo quarto loco ponitur, Proserpinam natam esse tradit ut ceteri mythographi, sed nomen ejus cum Rhea communicat apud Procl. in Crat. p. 96. τὴν Δήμητρα Ὀρφεὺς μὲν τὴν αὐτὴν λέγων τῇ Ῥέᾳ εἶναι λέγει ὅτι ἄνωθεν μὲν μετὰ Κρόνου οὖσα ἀνεκφοίτητος Ῥέα ἐστὶ, προβάλλουσα δὲ καὶ ἀπογεννῶσα τὸν Δία Δημήτηρ· λέγει γὰρ

Ῥείην τὸ πρὶν ἐοῦσαν ἐπεὶ Διὸς ἔπλετο μήτηρ
γέγονε Δημήτηρ.

aperto vitio, cui Taylorus in Diar. Class. T. XVII. 161. et Peyron. p. 70. nihil medicinae afferunt, Boissonadius transpositione medetur Δημήτηρ γέγονε, Werferus p. 139. Ῥείη — ἐοῦσα — γίγνετο substituit. Quum codices plerique Δημήτραν exhibeant, manifestum est γεγονέναι scribendum atque haec duo verba Proculo relinquenda esse: Orpheus κίκλησκον Δήμητρα vel simile quid scripsit. Hoc igitur loco nomen Δημήτηρ ille Διὸς μήτηρ interpretabatur, alias vero Γῆ μήτηρ. Theodoretus Therap. III. 771. Δήμητρα τὴν γῆν καὶ Ὀρφεὺς καὶ ἄλλοι προσονομάζουσι, idque p. 774. confirmat versu Orphico, quem a Diodoro sumsit eadem dicente I. 12. τὴν Δήμητρα τὸ παλαιὸν ὀνομάζεσθαι γῆν μητέρα καθάπερ καὶ τὸν Ὀρφέα προσμαρτυρεῖν λέγοντα

Γῆ μήτηρ πάντων, Δημήτηρ πλουτοδότειρα

qui versus cum iis quae in Cratere minusculo le-

guntur (v. P. II. c. 13.) magnam similitudinem habet neque ad Theogoniae antiquitatem ascendere videtur. Hujus aetatem si recte aestimo, nullum in literis extat antiquius confusionis hujus exemplum, quae a Cerere et Rhea orta mox etiam filias utriusque complexa est, nec tamen unquam eo evaluit, ut hae deae in unum confluerent; quin Orpheus ipse, ubi ex re erat, accurate distinxit. Proculus in Crat. p. 85. ὁ Ὀρφεὺς τρόπον μέν τινα τὴν αὐτὴν εἶναι τὴν Δήμητρα τῇ ὅλῃ ζωογονίᾳ, τρόπον δ' ἄλλον οὐ τὴν αὐτήν· ἄνω μὲν γὰρ οὖσα Ῥέα ἐστὶ, κάτω δὲ μετὰ τοῦ Διὸς Δημήτηρ. Neque unquam ad Rheam transtulit esculentorum inventionem. Idem ib. p. 101. ἡ Δημήτηρ πρώτη καὶ τὰς διττὰς τροφὰς διεῖλεν. ἐν τοῖς θεοῖς, ὥς φησιν Ὀρφεύς

Μήσατο γὰρ προπόλους καὶ ἀμφιπόλους καὶ ὀπηδούς [1],
μήσατο δ' ἀμβροσίην καὶ ἐρυθροῦ νέκταρος ἄρθρον,
μήσατο δ' ἀγλαὰ δῶρα μελισσάων ἐριβόμβων.

quorum postremam partem cum iis quae de Saturni potu pernicioso dicta sunt, poeta non discordare putavit.

§. 23.

Inter Metin et Cererem Hesiodus Themin interponit et Gratiarum matrem Eurynomen. De hac nullum testimonium extat praeter illud Onomacriti, de quo supra diximus. De Themide fortasse Orphei verba legimus apud Procl. Tim. II.

[1] Vulgo ὀπαδούς legitur; quinam sint illi, non dicitur, et divinare nolo. In seq. v. ἄνθος vel εἶδαρ scribendum videtur.

121. μένει παρθένος κατὰ τοὺς χρησμοὺς τῆς Νυκτὸς ἔςτ' ἂν παῖδα τέκοι Ῥείη Κρόνος — συμπαράγει δὲ τῷ Διὶ τὴν τριάδα τῶν ὅρων (Ὡρῶν) ταῖς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς Οὔλυμπός τε ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος ἠδ' ἐπιθεῖναι, quae sunt Homeri. Post Latonam Juno, ut Hesiodus narrat, Jovi nupsit; de qua haec leguntur ap. Procl. in Tim. II. 137. ὁ μέγιστος Ζεὺς συζυγεῖ τῇ Ἥρᾳ· διὸ καὶ ἰσοτελὴς αὐτῷ καλεῖται καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν πρόεισι πατέρων. Hoc nomine ἰσοτελής Orpheum usum esse docet ejusdem adnotatio in L. V. 315. ubi affirmat ex vivifica divinitate, quae omnia in se continet vitae fontes, animalis, daemoniae, angelicae, progredi deam vivificam ζωοποιοῦσαν τὸν ὅλον κόσμον, ἣν ὁ μὲν Ὀρφεὺς ἰσοτελῆ τῷ δημιουργῷ λέγει καὶ συνάπτει. Οἱ μὲν βάρβαροι τὴν ζωογονικὴν ταύτην πηγαίαν ψυχὴν καλοῦσι μετὰ τῆς πηγαίας ἀρετῆς ἀναφανεῖσαν ἀπὸ τῶν λαγόνων τῆς ὅλης ζωογόνου θεότητος[*]. Ὁ δὲ Θεολόγος ὁ παρ' Ἕλλησιν Ἥραν αὐτὴν προςείρηκε μετὰ τῆς Ἑστίας ἀναφανεῖσαν ἀπὸ τῆς Ῥέας. Quae de turpissimis Jovis et Junonis commerciis Orpheus prodidisse dicitur, in Theogonia proposita fuisse eamque carminis partem τὸ περὶ Διὸς καὶ Ἥρας vocari, loco magis idoneo ostendere destinavi.

§. 24.

De Jovis filiis quid Orpheus cecinerit praeter Apollinem et Dionysum, nulla nos litera do-

[*] Haec est Hecate Chaldaeorum. v. Psell. Expos. p. 74.

cet. Sed de filiabus plura suppetunt Procli nostri testimonia. Primum de Minerva hoc in Tim. I. 52. λέγει ὁ Θεολόγος ὅτι παρήγαγεν αὐτὴν ὁ πατὴρ

Ὄφρ' αὐτῷ μεγάλων ἔργων κράντειρα γένοιτο.

et de eadem in Polit. p. 377.

Δεινὴ γὰρ Κρονίδαο νόου κράντειρα τέτυκται.

neque ortum ejus praeterit in Tim. I. 51. Ὀρφεύς φησιν ὅτι αὐτὴν ὁ Ζεὺς ἀπεγέννησεν ἐκ τῆς κεφαλῆς

Ὅπλοις λαμπομένην, χαλκήιον ἄνθος, ἰδέσθαι.

quo loco Hemsterhusius novitatem Orphei argui censet ad Lucian. Dial. Deor. IX. p. 275. T. II. Bip. Etenim Scholiastes Apoll. IV. 1310. haec adnotat: Πρῶτος Στησίχορος ἔφη σὺν ὅπλοις ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἀναπηδῆσαι τὴν Ἀθηνᾶν. Quod si verum est, Hemsterhusius ait, Stesichoro recentiorem oportet fuisse Orpheum illum, qui cecinit ὅπλοις λαμπομένην etc. cf. Matthiae ad H. H. p. 102. Sed fieri potest ut Apollonii enarrator non legerit Theogoniam, quam doctissimis veterum Grammaticorum ignotam fuisse praesentissimo exemplo docere possum. Nam ad Il. V. 883. ubi Mars a Diomede saucius Jovi filiam saevam exprobrat his verbis: σὺ δ' αὐτὸς ἐγείναο παῖδ' ἀΐδηλον, pronomen αὐτός Hesiodo occasionem praebuisse scribunt, ut Minervam e Jovis capite ortam fingeret. Neque omnino in copiosissimis Homeri commentariis ullam Orphici carminis, de quo loquimur, mentionem fieri memini.

Verum ad Minervam redeo, quae non solum armata prosiluit sed etiam armatos collusores nacta est Curetes: *οἱ πρώτιστοι Κουρῆτες τά τε ἄλλα τῇ τάξει τῆς Ἀθηνᾶς ἀνεῖνται καὶ περιεστέφθαι λέγονται τῷ θαλλῷ τῆς ἐλαίας, ὥς φησιν Ὀρφεύς* Procl. in Polit. p. 387. Idem in Crat. p. 118. *τὴν εὔρυθμον χορείαν ὑποφαίνει* (Minerva) *ἧς καὶ μετέδωκε τῇ Κουρητικῇ τάξει. Ἐστὶ γὰρ ἡ θεὸς ἡγεμὼν τῶν Κουρήτων, ὥς φησιν Ὀρφεύς.* Et in Theol. V. 3. 323. *ὁ Πλάτων τὴν ἡγεμονοῦσαν αὐτῶν* (Curetum) *θεὸν πανοπλίᾳ παντελεῖ κεκοσμημένην τῆς ἐῤῥύθμου κινήσεως ἐξάρχειν φησί* (Legg. VII. 796. B.). Pro Curetibus alii substituerunt Dioscuros. Schol. Pind. P. II. 127. *ὁ Ἐπίχαρμος τὴν Ἀθηνᾶν φησι τοῖς Διοσκούροις τὸν ἐνόπλιον νόμον ἐπαυλῆσαι* cf. Hemsterh. ad Luc. l. c. p. 273.

De Minerva illi quoque sunt Orphei versiculi ap. Procl. in Tim. I. 41. et Crat. p. 24.

Ἥδε γὰρ ἀθανάτων προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων
ἱστὸν ὑφήνασθαι ταλασήϊά τ' ἔργα πινύσσειν [n]

Neque alio referenda videntur haec in Tim. I. 52. *οἰκεῖον τὸ τῆς ἀρετῆς γένος πρὸς τὴν θεὸν ὡς καὶ αὐτὴν ἀρετὴν οὖσαν. Ἐν γὰρ τῷ δημιουργῷ μένουσα σοφία ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς ἡγεμονικοῖς θεοῖς ἐκφαίνει τὴν τῆς ἀρετῆς δύναμιν*

— — *ἀρετῆς τ' ὄνομ' ἐσθλὸν*
κλῄζεται.

[n] Altero loco *ἐποίχεσθαι* legitur pro *ὑφήνασθαι.*

§. 25.

Venerem e Jove natam esse intelligitur e Proculi verbis in Tim. III. 156. τὴν Ἀφροδίτην παρήγαγεν ὁ δημιουργὸς παρὰ τοῖς θεολόγοις, quod ut de Orpheo dictum putemus, permovent quae paullo post afferuntur de Amore, supra a nobis relata. Plures tamen Veneres a Theologo traditas esse perspicue docet in Crat. p. 116. τὴν πρωτίστην παράγει ὁ Οὐρανὸς ἐκ τοῦ ἀφροῦ τῶν γονίμων ἑαυτοῦ μορίων ῥιφέντος εἰς τὴν θάλασσαν, ὥς φησιν Ὀρφεύς

Μήδεα δ' ἂμ πέλαγος πέσεν ὕψόθεν, ἀμφὶ δὲ τοῖσι [*]
λευκὸς ἐπιπλώουσιν ἐλίσσετο παντόθεν ἀφρός.
ἐν δὲ περιπλομέναις ὥραις ἐνιαυτὸς ἔτικτε
παρθένον αἰδοίην, ἣν δὴ παλάμαις ὑπέδεκτο
γεινομένην τὸ πρῶτον ὁμοῦ Ζῆλός τ' Ἀπάτη τε.

Τὴν δὲ δευτέραν Ἀφροδίτην παράγει μὲν ὁ Ζεὺς ἐκ τῶν ἑαυτοῦ γεννητικῶν δυνάμεων, συμπαράγει δ' αὐτῷ ἡ Διώνη, πρόεισι δ' ἡ θεὸς ἐκ τοῦ ἀφροῦ κατὰ τὸν αὐτὸν τῇ πρεσβυτέρᾳ τρόπον· λέγει δ' οὕτως ὁ Θεολόγος

Τὸν δὲ πόθος πλέον εἷλ', ἀπὸ δ' ἔκθορε πατρὶ μεγίστῳ
αἰδοίων ἀφροῖο γονὴ, ὑπέδεκτο δὲ πόντος
σπέρμα Διὸς μεγάλου· περιτελλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
ὥραις καλλιφύτοις τέκ' ἐγερσιγέλωτ' Ἀφροδίτην

quarum fabularum prior ex Hesiodo repetita est, altera foedior in aliis mythographiae partibus saepius recurrit. Orphei haud dubie est quod Pro-

[*] Codd. ἐνπέλαγος et εὐπελ. unde Werferus p. 151. ἐς πέλαγος.

cultus affert in Tim. II. 101. οἱ θεολόγοι τῷ Ἡφαίστῳ τὴν Ἀφροδίτην συζεύξαντες οὕτως αὐτόν φασι χαλκεύειν τὸ πᾶν· καὶ αὖ ἐξ Ἡφαίστου καὶ Ἀγλαΐας Εὔκλειαν καὶ Εὐσθένειαν ἀπογεννῶσι καὶ Εὐφήμην καὶ Φιλοφροσύνην, αἳ καὶ αὗται τὸ σωματοειδὲς τῷ κάλλει διαπρέπον ἀποτελοῦσιν· unde suspicari possumus Orpheum Gratiarum genus duplex induxisse. Sed quae apud J. Lydum Mens. VIII. p. 25. leguntur, ἡ Ἀφροδίτη παρὰ τοῖς θεολόγοις ἀῤῥενόθηλυς καλεῖται, nulla causa est cur nostro tribuantur Theologo.

§. 26.

De Diana, Proserpina et Hecate junctim dicendum est, quia ab Orpheo et a Platonicis ita copulantur ut discerni satis non possint. Proculus in Crat. p. 112. ὅτι πολλὴ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ ἡ πρὸς τὴν ἐγκόσμιον Ἑκάτην ἕνωσις καὶ ἡ πρὸς τὴν Κόρην, φανερὸν τοῖς καὶ ὀλίγα τῷ Ὀρφεῖ παραβεβληκόσιν· ἐξ ὧν δῆλον ὅτι καὶ ἡ Λητὼ περιέχουσα (scrib. περιέχεται) ἐν τῇ Δήμητρι τῇ καὶ τὴν Κόρην ὑποστησάσῃ τῷ Διί (scrib. συνυποστησάσῃ) καὶ τὴν Ἑκάτην, ἐπεὶ καὶ τὴν Ἄρτεμιν Ἑκάτην Ὀρφεὺς κέκληκεν

Ἡ δ' ἄρα δῖ' Ἑκάτη παιδὸς μέλη αὖθι λιποῦσα
Λητοῦς εὐπλοκάμοιο κόρη προςεβήσατ' Ὄλυμπον [a]

qui versus tantummodo hoc probant, Orpheum

[a] Apud Peyron. p. 71. Taylor. p. 162. Pro Ἑκάτη in hoc commentario saepius legitur ἑκάστη, correctum a Boissonadio p. 101. relictum p. 68. in oraculo Chaldaico πατρὸς εὐγενοῦς ἑκάστης pro πατρογενοῦς Ἑκάτης.

nomen Ἑκάτη sorori Apollinis Ἑκάτου tribuisse, quod et Aeschylus fecit et alii. Idem p. 100. *ἡ Κόρη κατὰ μὲν τὴν ἀκρότητα ἑαυτῆς Ἄρτεμις καλεῖται παρ' Ὀρφεῖ, κατὰ δὲ τὸ μέσον κέντρον Περσεφόνη, κατὰ δὲ τὸ πέρας τῆς διακοσμήσεως Ἀθηνᾶ·* ex quo nihil amplius efficitur quam hoc pervulgatum, Minervam cum Proserpina et Diana nomen *Κόρη* commune habere. Idem mox p. 102. *παρ' Ὀρφεῖ ἡ Δημήτηρ ἐγχειρίζουσα τῇ Κόρῃ τὴν βασιλείαν φησὶν*

Αὐτὰρ Ἀπόλλωνος θαλερὸν λέχος εἰςαναβᾶσα
τέξεαι ἀγλαὰ τέκνα πυριφλεγέθοντα προςώποις [b]

Idem p. 112. *ἡ Κόρη κατὰ μὲν τὴν Ἄρτεμιν τὴν ἐν ἑαυτῇ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν παρθένος λέγεται μένειν, κατὰ δὲ τὴν τῆς Περσεφόνης γόνιμον δύναμιν συνάπτεσθαι τῷ τρίτῳ δημιουργῷ καὶ τίκτειν, ὥς φησιν Ὀρφεὺς*

Ἐννέα θυγατέρας γλαυκώπιδας ἀνθεσιουργούς [c]

quae pari obscuritate premuntur [d] Hecatae nomen ad Cereris filiam translatum esse patet etiam ex alio loco, quem Schol. Apoll. III. 467. servavit: *Περσηίδα τὴν Ἑκάτην λέγει· τινὲς δὲ αὐτήν φασι Διὸς εἶναι παῖδα· ἐν δὲ τοῖς Ὀρφικοῖς Δήμητρος γενεαλογεῖται*

Καὶ τότε δὴ Ἑκάτην Δηὼ τέκεν εὐπατέρειαν.

ex Jovis concubitu, ut videtur, si hic Orpheus

[b] *Τέξεαι* recte Peyron. p. 170. et Werfer. p. 143. *τέξεται* Taylor p. 161.

[c] *Ἀνθεσιεργούς* mavult Werferus p. 147. quod non necessarium. v. ad Phryn. p. 667.

[d] Musas Apollinis filias dixit Eumelus, matre ignota. v. Hermann. de Mus. Fluvial. p. 289. ubi pro *Τιποπλοῦν* fortasse *Ἐνιποῦν* scribendum.

de eadem dea loquitur, cujus ortum tradit Schol. Theocr. II. 12. *τῇ Δήμητρι μιχθεὶς ὁ Ζεὺς τεκνοῖ Ἑκάτην, ἣν ὑπὸ γῆν πεμφθῆναι ὑπὸ τοῦ πατρὸς πρὸς ἀναζήτησιν Περσεφόνης, καὶ νῦν Ἄρτεμις καλεῖται καὶ φύλαξ καὶ δᾳδοῦχος* [e]. Postremo Proserpinam Dianae Thraciae vocabulo Bendin appellat ap. Procl. in Theol. p. 353. *τοῦ Θεολόγου μετὰ τῶν πολλῶν τῆς Σελήνης ὀνομάτων καὶ τὴν Βένδιν εἰς τὴν θεὸν ἀναπέμποντος*

Πλουτώνη τε (καὶ) Εὐφροσύνη Βένδις τε κραταιή [†]

si Plutone hoc loco non patronymicum est sed conjugem Plutonis significat. Idem tamen poeta unamquamque harum dearum suis notis distinguit. Ac Diana quidem perpetua virginitate gaudet, partusque tuetur

ἀτελὴς (τε) γάμων καὶ ἄπειρος ἰοῦσα
παιδογόνου λοχίης πάσης ἀνὰ πείρατα λύει.

φησὶν Ὀρφεὺς Procl. in Crat. p. 112. Proserpina autem et patri et patruo nubit, ut mox dicetur neque Dianae solum sed etiam Hecatae soror perhibetur. Proculus in Tim. II. 139. *ὁ Θεολόγος τὴν Κόρην Μουνογένειαν εἴωθε προσαγορεύειν, καίτοι καὶ ἄλλην θεότητα παραγαγὼν ἀπὸ τῶν αὐτῶν αἰτίων τῇ Κόρῃ,* hoc est, ut arbitror, Hecaten, quae ipsa *μουνογενής* vocatur ab Hesiodo Th. 426.

[e] Hesychius: *Φυλάδα ἡ Ἑκάτη·* fortasse *Φυλάκα* scribendum mutato casu vel ut codd. Schol. exhibent *Φυλακά*.

[†] *Βένδις* Schol. Plat. p. 395. Bekk. *τῆς Βενδῖδος* Theognost. in Indice Anecd. Bekk. p. 1348. b. vid. Arcad. de Acc. p. 36. 17.

§. 26.

Proserpinam a Plutone raptam esse cum ceteris consentit Orpheus, de loco discrepat; ἡρπάσθαι τὴν Περσεφόνην φασὶν οἱ μὲν ἐκ Σικελίας, Βακχυλίδης δὲ ἐκ Κρήτης, Ὀρφεὺς δὲ ἐκ τῶν περὶ τὸν Ὠκεανὸν τόπων· Φανόδημος δὲ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς[a], Δημάδης δ' ἐν Νάπαις Schol. Theog. 914. Ab Oceano abductam esse dixit[b], aut quia id vetus deorum habitaculum v. Voss Weltkunde p. XXVII. aut Homerum imitatus, qui Junonem ne a Jove corrumperetur jamjam rerum potito, Oceani et Tethyos curae a matre commissam narrat Il. XIV. 203. cujus exemplo Ceres filiam eodem ablegasse videtur, quo securior esset a procorum insidiis, quos plurimos fuisse Nonnus attestatur. Praeterea sollicita mater custodes apposuit Corybantes, quantum ex Procli verbis auguror in Theol. VI. 13. 382. ἀνὰ λόγον τοῖς ἐκεῖ Κουρῆσι (qui Jovem custodiverunt) ἡ τῶν Κορυβάντων τάξις προβαίνουσα σὺν τῇ Κόρῃ καὶ φρουροῦσα αὐτήν, ὥς φησιν ἡ θεολογία, διὸ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαχον ταύτην. Alio loco Curetes quoque hujus muneris participes facit in Crat. p. 62. τῆς Κουρητικῆς δεῖσθαι φρουρᾶς, ὥσπερ τὴν Ῥέαν καὶ τὸν Δία καὶ τὴν Κόρην. Sed ex Plutonis et Pro-

[a] Paus. I. 38. raptorem apud Erineon descendisse narrat, cujus loci mentio est in Plat. Theaet. p. 143. B. Colonum Hippiam designat Schol. Oed. C. 1590. Orpheus Hymn. XVIII. 15. Eleusinem, τόθι περ πύλαι εἰσ' Ἀΐδαο. De aliorum dissensione v. Vossium ad H. H. in Cer. p. 45. Κόρη δι' Ἐλευσῖνος ἀνερχομένη memoratur Tzetz. ad Hes. Opp. 32. Eudoc. p. 95.

[b] Ex insula Oceani raptam dicit Orpheus Arg. 1196.

serpinae connubio Furias progenitas esse Proculus docet in Crat. p. 100. *Περσεφόνη καλεῖται μάλιστα ἡ Κόρη τῷ Πλούτωνι συνοῦσα — — καὶ συναπογεννᾶν τὰς ἐν τοῖς ὑποχθονίοις Εὐμενίδας λέγεται·* quibus etsi nomen Orphei non subscribitur, tamen ad hunc potissimum auctorem referenda videntur. Similiter in Orph. H. LXX. hae divae invocantur *θυγατέρες μεγάλοιο Διὸς χθονίοιο Φερσεφόνης τ' ἐρατῆς.* Apulejus de Orthogr. p. 131. Furiae — filiae secundum Eudemum Acheruntis et Noctis fuerunt — Orpheus Plutonis et Proserpinae, ubi ipsum Eudemi nomen fidem facit Orpheum Theogoniae conditorem, non hunc novitium hymnologum significari.

§ 27.

Antequam vero Proserpina a Plutone raperetur, Jupiter ipse filiam incestavit; quam fabulam Orpheus primus dedita opera tractavit, ceteri tantum strictim attingunt, natum hinc Zagreum memorantes, et praecipue docti Alexandrini, Callimachus et Euphorio. Hesychius et Etym. M. p. 213. *Ζαγρεὺς ὁ Διόνυσος παρὰ τοῖς ποιηταῖς· δοκεῖ γὰρ ὁ Ζεὺς μιγῆναι τῇ Περσεφόνῃ, ἐξ ἧς ὁ χθόνιος Διόνυσος· Καλλίμαχος*

> *Υἷα Διώνυσον Ζαγρέα γειναμένη.*

Primarium vero harum turpitudinum auctorem creditum esse Orpheum, Tatiani oratio ostendit c. Gr. VIII. p. 251. *Ζεὺς θυγατρὶ συγγίνεται καὶ ἡ θυγάτηρ ἀπ' αὐτοῦ κύει· μαρτυρήσει μοι 'Ελευ-*

σὶς καὶ δράκων ὁ μυστικὸς[*] καὶ Ὀρφεὺς θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι λέγων. et Athenagorae ab ipsis Theogoniae Orphicae initiis progressi c. XX. 292. Τὸν μὲν Ἡρακλέα ὅτι θεὸς δράκων ἑλικτὸς, τοὺς δὲ Ἑκατογχεῖρας οἱ θεολογοῦντες εἶπον. Καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Διὸς, ἣν ἐκ τῆς Ῥέας ἢ Δήμητρος αὐτῆς ἐπαιδοποιήσατο, δύο μὲν κατὰ φύσιν εἶπον ἔχειν ὀφθαλμοὺς καὶ ἐπὶ τῷ μετώπῳ δύο, καὶ προτομὴν κατὰ τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου, ἔχειν δὲ καὶ κέρατα. Διὸ καὶ τὴν Ῥέαν φοβηθεῖσαν τὸ τέρας φυγεῖν οὐκ ἐφεῖσαν αὐτῇ τὴν θηλήν. Ἔνθεν μυστικῶς μὲν Ἀθηλᾶ, κοινῶς δὲ Φερσεφόνη καὶ Κόρη κέκληται, οὐχ ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Ἀθηνᾷ [a] τῇ ἀπὸ τῆς κόρσης γενομένῃ. — Κρόνος ἐξέτεμε μὲν τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς καὶ κατέῤῥιψεν ἀπὸ τοῦ ἅρματος καὶ ἐτεκνοκτόνει καταπίνων τῶν παίδων τοὺς ἄῤῥενας. Ζεὺς δὲ τὸν πατέρα κατεταρτάρωσε, καθὰ καὶ τοὺς υἱεῖς καὶ πρὸς Τιτᾶνας ἐπολέμησε, καὶ τὴν μητέρα Ῥέαν ἀπαγορεύουσαν αὐτοῦ τὸν γάμον ἐδίωκε· δρακαίνης δὲ αὐτῆς γενομένης καὶ αὐτὸς εἰς δράκοντα μεταβαλὼν συνδήσας αὐτὴν τῷ καλουμένῳ Ἡρακλειωτικῷ ἅμματι ἐμίγη· τοῦ σχήματος τὸ σύμβολον ἡ τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδος. Εἶτα Φερσεφόνῃ τῇ θυγατρὶ ἐμίγη βιασάμενος καὶ αὐτὴν ἐν δράκοντος σχήματι. Et c. 32. χρῆν δ' αὐτοὺς ἢ τὸν Δία μεμισηκέναι τὸν ἐκ μητρὸς μὲν Ῥέας, θυγατρὸς δὲ Κόρης παιδοποιησάμενον ἢ τὸν

[*] Draconem Eleusinii custodem, Triptolemi vectorem cum Proserpinae corruptore divino, Sabazia cum Eleusiniis confundit.

[a] Ἀθηνᾶ i. q. ἀθηλᾶ (hoc accentu) ἡ μὴ θηλάσασα Eustath. p. 83. Ἀθηνᾶς μᾶλλον δὲ Ἀθηλᾶς, Ἀθηλᾶ γὰρ ὡς οἱ μυστικώτεροι. Athenag, c. X. Tzetz. ad Hesiod. Opp. v. 76.

τούτων ποιητὴν Ὀρφέα. Inter exteros adjiciunt Ovidius Met. VI. 114. Jupiter complexus Deoida serpens. et Philostratus Ep. LVIII. 942. qui Jovem auri, aquae, tauri et serpentis speciem induisse narrat, *ἀφ᾽ ὧν Διόνυσος καὶ Ἡρακλῆς καὶ Ἀπόλλων.* Nonnus autem V. 563. cuncta, ut sunt acta, exponit; quantis studiis coelites omnes Proserpinae nuptias ambierint, quam sedulo contra Ceres filiam in antro quodam Siciliae abscondiderit VI. 123. et ut Jupiter serpentis forma indutus custodes dracones fefellerit, nataeque pudorem expugnaverit. Platonici vero, etsi nunquam Zagrei nomen in medium promunt, tamen Jovis facinus et progenitum ex eo Dionysum semper in ore habent. Proculus in Crat. p. 90. *ὁ Θεολόγος τοὺς ἄκρους*[b] *τά τε πρῶτα καὶ τὰ ἔσχατα δημιουργεῖν φησιν.* Idem in Theol. VI. 11. 371. *διττὴ ἡ Κορικὴ τάξις, ἡ μὲν ὑπὲρ τὸν κόσμον, ὅθι συνάπτεται τῷ Διὶ καὶ μετ᾽ ἐκείνου τὸν δημιουργὸν τῶν μεριστῶν* (Dionysum) *ὑφίστησι· δευτέρα δὲ, ἣ δὴ ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος ἁρπάζεσθαι λέγεται καὶ ψυχοῦν τὰ ἔσχατα τοῦ παντός — — Καὶ γὰρ ἡ τῶν θεολόγων φήμη τῶν τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν ἐν Ἐλευσῖνι τελετὰς παραδεδωκότων ἄνω μὲν αὐτὴν ἐν τοῖς μητρὸς οἴκοις μένειν φησὶν, οὓς ἡ μήτηρ αὐτὴ κατεσκεύασεν ἐν ἀβάτοις — κάτω δὲ μετὰ Πλούτωνος τῶν χθονίων ἐπάρχειν* etc. In hac tota narratione Or-

[b] Id est, Jovem et Plutonem, quorum unus hujus demiurgicae triadis princeps est, alter extremus. Similiter Minerva, Diana et Proserpina efficiunt quandam triadem virginalem Procl. Theol. VI. 8. 312.

pheus a communi fama nihil discrepat. Idem in Tim. V. 307. *Ὀρφεὺς τὴν τῶν μεριστῶν ζωοποιὸν αἰτίαν ἄνω μένουσαν καὶ ὑφαίνουσαν τὸν διάκοσμον τῶν οὐρανίων, νύμφην τε εἶναί φησι καὶ ταῦτα τῷ Διὶ συναφθεῖσαν καὶ μένειν ἐν οἰκείοις ἤθεσι· προελθοῦσαν δὲ ἀπὸ τῶν ἑαυτῆς οἴκων ἀτελεῖς τε καταλείπειν τοὺς ἱστοὺς καὶ ἁρπάζεσθαι καὶ γαμεῖσθαι καὶ γαμηθεῖσαν γεννᾷν ἵνα ψυχώσῃ καὶ τὰ ἐπείςακτον ἔχοντα ζωήν.* Et ex hac carminis parte excerptus videtur versus quem Tzetzes Exeg. p. 26. refert inter eos, quos Homerus Orpheo sublegerit

Ἱστὸν ἐποιχομένην ἀτελῆ πόνον ἀνθεμόεσσαν (sic)

De hac textrina, qua Proserpina solitudinis moerorem fallere quaesivit, multa fabulantur Platonici. Porphyrius de A. N. XIV. 15. *καὶ παρὰ τῷ Ὀρφεῖ ἡ Κόρη, ἥπερ ἐστὶ παντὸς τοῦ σπειρομένου ἔφορος, ἱστουργοῦσα παραδέδοται* etc. Et Proculus in Crat. p. 24. *ἡ Κόρη καὶ πᾶς αὐτῆς ὁ χορὸς ἄνω μενούσης ὑφαίνειν λέγονται τὸν διάκοσμον τῆς ζωῆς*, et alia hujusmodi symbolica et absurda, quae nunc quasi Orphei ipsius oracula indoctis lectoribus ad credendum et admirandum proponantur, scilicet quia, quum unus deus sit, improbum et ineptum est deam texentem inducere, neque credi potest, poetas veteres, qui omnino non poetae, ut plerique remur, sed philosophorum histriones fuere, deos hominibus similes finxisse. Quod si valet, non Orpheus solum et Homerus sed omnes Graecorum et Romanorum poetae ad eandem legem exigendi ipsumque

nomen poetarum ex omni antiquitatis memoria exterminandum est. Quid enim poetas salutemus eos, qui, si verborum involucra et phantasmata Heyniana tollas, nihil unquam dixerunt, quod non hodie a philosophis dici possit? Apud Claudianum Rapt. I. 254. dea parietibus munitissimae domus circumclusa tempus texendo pallio traduxit, quod matri destinat:

> Hic elementorum seriem sedesque paternas
> insignibat acu, veterem qua lege tumultum
> discrevit natura parens etc.

Quum vero Claudianus pluribus locis fabularum Orphicarum conscientiam ostendat, subit suspicio, idem aut simile quoddam texturae argumentum ab Orpheo traditum esse idque ansam praebuisse Platonicorum commentis, quae Orpheo ne per somnium quidem in mentem venerunt. Diodorus V. 3. Proserpinam illo tempore, quo cum Minerva et Diana apud Ennam versata est, peplum Jovi texuisse narrat [c], cui Minerva etiam ap. Sidonium Carm. XV. 354. pallam elaborat coeli marisque picturis mirifice variatam similemque sigillatae chlamydi, quam Plutarchus in Vita Demetrii c. XLI. describit, *εἴκασμα τοῦ κόσμου καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν φαινομένων* [d]. De quibus omnibus multa sublimiter et ingeniose dicere pote-

[c] Cf. Nonn. VI. 150. Claudianus Iliam I. 225. et Thetin Epigr. LXXII. 8. texentem inducit. Pallium a Minerva elaboratum, de quo breviter Orpheus Arg. 584. copiose scribit Apollonius I. 722.

[d] cf. Tzetz. Chil. I. 812. de Antisthenis Sybaritae pallio, quod idem est de quo Athenaeus XII. 541. A. ex Aristotele eadem refert, unde Alcisthenis nomen illo loco restituendum.

runt qui tempus vacuum fallere quaerunt, tesseris autem ludere nesciunt.

§. 28.

Vitiata a patre Proserpina Zagreum enixa est filiorum Jovis praestantissimum, regnoque mundi destinatum.

> *Ζαγρέα γειναμένη κερόεν βρέφος, ὃς Διὸς ἕδρης*
> *μοῦνος ἐπουρανίης ἐπεβήσατο, χειρί τε βαιῇ*
> *ἀστεροπὴν ἐλέλιζε.*

Nonnus ait VI. 264. presse sequens ductus ab Orpheo praescriptos. Neque hoc insigne paterni favoris documentum indictum praetermittit Semelae filius, Jovi immensos, quibus fratrem cumulasset, honores velut exprobrans X. 297.

> *Νηπιάχῳ μὲν ἔειπεν ἐμὴ τροφὸς εἰςέτι Ῥείη*
> *ὡς στεροπὴν Ζαγρῆι πόρες, προτέρῳ Διονύσῳ,*
> *καὶ βροντῆς κελάδημα καὶ ἠερίου χύσιν ὄμβρου,*
> *καὶ πέλε δεύτερος ἄλλος ἔτι βρέφος ὑέτιος Ζεύς.*

et similia L. XXXIX. 72. quae cuncta ex Orphei Theogonia derivata esse arguunt verba poetae a Platonis interpretibus apposita. Proculus in Crat. p. 59. de Dionyso loquens: *ὁ πατὴρ ἱδρύει αὐτὸν ἐν τῷ βασιλείῳ θρόνῳ καὶ ἐγχειρίζει τὸ σκῆπτρον καὶ βασιλέα ποιεῖ τῶν ἐγκοσμίων ἁπάντων θεῶν*

> *Κλῦτε θεοὶ, τόνδ' ὕμμιν ἐγὼ βασιλῆα τίθημι*

λέγει πρὸς τοὺς νέους θεοὺς ὁ Ζεύς. Idem V. 334. *ὁ Ζεὺς βασιλέα τίθησιν αὐτὸν ἁπάντων τῶν ἐγκοσμίων θεῶν καὶ πρωτίστας αὐτῷ νέμει τιμάς*

Καίπερ ἐόντι νέῳ καὶ νηπίῳ εἰλαπιναστῇ

et p. 336. ὅ γὰρ εἶπε περὶ τῆς μονάδος τῶν νέων θεῶν ὁ Ὀρφεύς

Κραῖνε μὲν οὖν Ζεὺς πάντα πατὴρ, Βάκχος δ' ἐπέκραινε.

Utrumque deum societate quadam conjunctum exhibet hemistichium Orphicum a Proculo servatum in Parm. I. p. 91. Cous. *καὶ γὰρ αὐτὸν τὸν Δία καὶ τὸν Διόνυσον παῖδας καὶ νέους ἡ θεολογία καλεῖ· καίπερ ὄντε νέω, φησὶν Ὀρφεύς.* Sed diversam eandemque veriorem lectionem sequitur idem in Tim. V. 334. *ὁ Ζεὺς βασιλέα τίθησιν αὐτὸν ἁπάντων τῶν ἐγκοσμίων θεῶν καὶ πρωτίστας αὐτῷ νέμει τιμάς*

Καίπερ ἐόντι νέῳ καὶ νηπίῳ εἰλαπιναστῇ

nisi Orpheus duos versus consimili modo exorsus est. Sed pergam. Dionysum coelesti insedisse throno Origeni quoque innotuit qui c. Cels. L. III. 23. 460. C. negat venerabilem sibi deum videri *σπαραττόμενον ὑπὸ Τιτάνων καὶ καταβαλλόμενον ἀπὸ τοῦ οὐρανίου θρόνου.* Sed haec miserrima caedes priusquam exponatur, pauca adhuc de Zagrei educatione dicenda sunt.

§. 29.

Regio igitur puero Jupiter Junonis insidias, ut ab aliis traditur, veritus Apollinem et Curetes adjungit custodes. Proculus in Alcib. p. 83. *Ὀρφεὺς ἐφίστησι τῷ βασιλεῖ Διονύσῳ τὴν μονάδα τὴν Ἀπολλωνιακὴν ἀποτρέπουσαν αὐτὸν τῆς εἰς τὸ Τιτανικὸν πλῆθος προόδου καὶ τῆς ἐξαναστάσεως*

τοῦ βασιλείου θρόνου. De Curetibus idem in Theol. V. 35. 322. *τίς οὐκ οἶδε τῶν καὶ σμικρὰ τῆς Ἑλληνικῆς θεοσοφίας ἀκηκοότων ἔν τε ταῖς ἀῤῥήτοις αὐτῶν τελεταῖς καὶ ταῖς ἄλλαις περὶ θεῶν πραγματείαις τὴν τῶν Κουρήτων τάξιν ὑμνουμένην; αὐτοὶ γοῦν τὴν Ῥέαν λέγονται φρουρεῖν καὶ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, καὶ μέχρι τῶν αἰτίων τῆς μεριστῆς ζωογονίας προϊέντες τήν τε Κόρην καὶ τὸν Διόνυσον φυλάττειν·* quae ab Orpheo ita dictata esse, nemini dubium videri potest. His igitur tutoribus adversus inimicorum injurias munitus Zagreus crevit occulto velut arbor aevo. Clemens Strom. VI. 751. *εὕροις δ᾽ ἂν καὶ Ὅμηρον ἐκεῖνα τὰ ἔπη* (Il. XVII. 53.)

Οἷον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης

καὶ τὰ ἑξῆς κατὰ λέξιν μετενηνοχότα παρ᾽ Ὀρφέως ἐκ τοῦ Διονύσου ἀφανισμοῦ, unde colligi potest Orpheum etiam sequentes versus

χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, ὅθ᾽ ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ,
καλὸν, τηλεθάον, τὸ δέ τε πνοιαὶ δονέουσι
παντοίων ἀνέμων καί τε βρύει ἄνθεϊ λευκῷ etc.

integros fere, ut multis aliis fecit, ad se transtulisse. Nec mihi temperare possum, quin illum quoque versum, quem Tzetzes in Exeg. Il. p. 26. Homerum ab Orpheo accepisse affirmat:

Ἕκτον ἔτος, τὸ μὲν οὔτις ἐπέφρασεν οὐδ᾽ ἐνόησεν,

ad hanc narrationem de Zagrei in occulto educati incrementis pertinere putem. Apud Nonnum XXIV. 43. Hydaspes gloriatur

— — *Κρονίων*
Ζαγρέα παιδοκόμοισιν ἐμαῖς παρακάτθετο Νύμφαις.

Orpheus autem quem locum huic rei elegerit, ex his, quae supersunt, deprehendi non potest.

§. 30.

Zagreum per breve tempus regali dignitate gavisum Titanes a noverca summissi opprimunt ludicris puerilibus intentum. Nonnus l. c.

Οὐδὲ Διὸς θρόνον εἶχον ἐπὶ χρόνον, ἀλλά ἑ γύψῳ
κερδαλέῃ χρισθέντες ἐπίκλοπα κύκλα προςώπου
δαίμονος ἀστόργοιο χόλῳ βαρυμήνιος Ἥρης
ταρταρίῃ Τιτῆνες ἐδηλήσαντο μαχαίρῃ
ἀντιτύπῳ νόθον εἶδος ὀπιπεύοντα κατόπτρῳ.

Speculum hoc a Vulcano fabrefactum attingit Proculus in Tim. III. 163. *τοῖς θεολόγοις τὸ ἔςοπτρον ἐπιτηδειότητος παρείληπται σύμβολον πρὸς τὴν νοερὰν ἀποπλήρωσιν τοῦ παντός· διὸ καὶ τὸν Ἥφαιστον ἔςοπτρόν φασι ποιῆσαι Διονύσῳ, εἰς ὃ ἐμβλέψας ὁ θεὸς καὶ εἴδωλον αὐτοῦ θεασάμενος προῆλθεν.* meminitque etiam Plotinus, qui nunquam alias ad Orphicas fabulas descendit in Enn. IV. 12, 381. *Ἀνθρώπων ψυχαὶ εἴδωλα αὐτῶν ἰδοῦσαι, οἷον Διονύσου ἐν κατόπτρῳ, ἐκεῖ ἐγένοντο ὁρμηθεῖσαι.* Orphici carminis partem illam, in qua Zagrei crepundia recensentur, Clementi acceptam referimus Admon. p. 11. *τὰ μυστήρια τοῦ Διονύσου τελέως ἀπάνθρωπα· ὃν εἰςέτι παῖδα ὄντα ἐνόπλῳ κινήσει περιχορευόντων Κουρήτων δόλῳ δὲ ὑποδύντων Τιτάνων, ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασιν οὗτοι δὴ οἱ Τιτᾶνες διέσπασαν, ὡς ὁ τῆς τελετῆς ποιητὴς Ὀρφεύς φησι*

Κῶνος καὶ ῥόμβος καὶ παίγνια καμπεσίγυια
μῆλά τε χρύσεα καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.

Καὶ τῆςδε τῆς τελετῆς σύμβολα ἀστράγαλος, στρόβιλος, σφαῖρα, μῆλα, ῥόμβος, ἔσοπτρον, πόκος· de quo toto loco exactius tradetur in Cap. IX. P. II. Rem ipsam paucis complectitur Nonnus Expos. in Gregor. Or. IV. 530. T. II. Proserpina ex Jove Liberum Patrem concepit, quem simulatque in lucem editus est, Titanes, qui daemoniaci quidam ordines. sunt, invidiae oestro perciti, quoniam a Jove procreatus esset, crudeliter discerpserunt; alii Junonis impulsione a Titanibus laceratum esse affirmant, quem locum perverse perscripsit Eudocia p. 125.

§. 31.

Quam fortiter autem Zagreus Titanum impetum repulerit et quoties interemtus vitam receperit, formasque variaverit, Nonnus l. c. multorum versuum ambitu enuntiat

Ἔνθα διχαζομένων μελέων Τιτῆνι σιδήρῳ
τέρμα βίου Διόνυσος ἔχων παλινάγρετον ἀρχὴν
ἀλλοφυὴς μορφοῦτο πολυσπερὲς εἶδος ἀμείβων.

modo leonis, modo tauri, mox tigridis, tum equi serpentisque speciem induens:

Καὶ ψυχῆς προμάχιζεν ἕως ζηλήμονι λαιμῷ
τρηχαλέον μύκημα δι' ἠέρος ἔβρεμεν Ἥρη,
καὶ θρασὺς ὤκλασε ταῦρος, ἀμοιβαῖοι δὲ φονῆες
ταυροφυῆ Διόνυσον ἐμιστύλλοντο μαχαίρῃ.

quem ad exitum fabula feralis fortasse eo deducta est consilio, ut Baccharum tauros dilaniantium furor haberet quo referri posset.

§. 32.

Exemto corde, quod integrum relinquitur, Titanes corpus Dionysi discerpunt, discerptum inassant vel coquunt, postremo comedunt. Proculus in Crat. p. 115. *ἐν τῇ διασπαράξει τῶν Τιτάνων μόνη ἡ καρδία ἀδιαίρετος μεῖναι λέγεται, τουτέστιν ἡ ἀμέριστος τοῦ νοῦ οὐσία.* Idem in Tim. III. p. 184. *τὰ ἄλλα δημιουργήματα αὐτοῦ πάντα μεμερίσθαι φησὶν ὑπὸ τῶν διαιρετικῶν θεῶν, μόνην δὲ τὴν καρδίαν ἀμέριστον εἶναι προνοίᾳ τῆς Ἀθηνᾶς*

Μούνην γὰρ κραδίην νοερὴν λίπον

φησι. Τό τε λοιπὸν τοῦ θεοῦ πᾶν, τὴν ψυχικὴν σύστασιν εἰς ἑπτὰ καὶ τοῦτο διῃρημένον

Ἑπτὰ δὲ πάντα μέρη κούρου διεμοιρήσαντο [a]

φησὶν ὁ Θεολόγος περὶ τῶν Τιτάνων. Septem portiones nuncupat non propter septem animae facultates aut partes sed quia, ut supra diximus §. 11., tot numerat Titanes [b], inter quos Saturnus nominatim hujus facinoris particeps appellatur ap. Procl. in Tim. V. 291. *Κρόνος μετὰ τὴν*

[a] Hunc versum repetit p. 200.

[b] Similiter Osiridis corpus occisores *εἰς ἴσας μερίδας διεῖλον* Diod. IV. 6. v. Wesseling. ad I. 21. Septem conjurati in historia Arsacis Eunap. in Excerpt. Maji T. II. 258. et Darii, unde Eichhornius Einleit. in die Apocryph. d. alt. Testam. p. 407. cultum septem angelorum ortum putabat; quod vix probabitur.

δῖον βασιλείαν μετὰ τῶν ἄλλων Τιτάνων τὴν Διονυσιακὴν μερίζων δημιουργίαν. Eundem numerum obtinet Firmicus de Err. Gent. p. 423. Gronov. (p. 26.) Crudeli morte caesum aut in olla decoquunt aut septem verubus membra lacerata subfigunt. Cetera addit Clemens l. c. *οἱ Τιτᾶνες διασπάσαντες αὐτὸν λέβητά τινα τρίποδι ἐπιθέντες καὶ τοῦ Διονύσου ἐμβάλλοντες τὰ μέλη καθήψουν πρότερον εἶτα ὀβελίσκοις περιπείραντες*

— — ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο.

Ζεὺς δὲ ὕστερον ἐπιφανεὶς κεραυνῷ τοὺς Τιτᾶνας αἰκίζεται καὶ τὰ μέλη τοῦ Διονύσου τῷ Ἀπόλλωνι παρακατατίθεται καταθάψαι· ὁ δὲ εἰς τὸν Παρνασὸν κατατίθεται. Versus huic narrationi interjectus, nisi loci Homérici memoria intercurrit [bb], ejusdem Orphei esse videtur, a quo priora mutuatus est Clemens; quanquam Alexandrinos quoque poetas hanc fabulam enarrasse reperimus. Schol. Lyc. 208. *ἐτιμᾶτο δὲ καὶ ὁ Διόνυσος ἐν Δελφοῖς σὺν Ἀπόλλωνι οὕτως. Οἱ Τιτᾶνες τὰ Διονύσου, ἃ ἐσπάραξαν, Ἀπόλλωνι παρέθεντο ἐμβάλλοντες εἰς λέβητα· ὁ δὲ παρὰ τῷ τρίποδι παρέθετο, ὥς φησι Καλλίμαχος. Καὶ Εὐφορίων λέγει*

Ἐμ πυρὶ Βακχέα δῖον ὑπὲρ φιάλης ἐβάλοντο [c]

[bb] Il. II. 426. *σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο.*

[c] Sic pro *ἔμπυρι Βάκχον δῖαν ὑπὲρ φιάλην* emendavi in Diss. de Mort. B. ibique etiam duplicem Creuzeri conjecturam commemoravi: *Εὐφορίων λέγει ἐν τοῖς περὶ βακχίων* vel *Ἐμπυριβήτην Διόνυσον ὑπὲρ φιάλην ἐβάλοντο*, utramque ea laude condignam, quam impertit Meinekius ad Euphor. p. 186. Ab Euphorione multa mutuatum esse Nonnum eodem loco ostendi duobus luculentissimis exemplis, uno e

Priora Scholiastae verba parum integre scripta sed longe corruptiora sunt, quae in Etym. M. leguntur: *Δέλφικα τὸν τρίποδα οἱ Ῥωμαῖοι*[d] *ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονεν· ἢ τρίποδα τὸν Διόνυσον* (scrib. *ἢ διὰ τὸν Διόν.*) *οἷον ἀδελφικὸν, ὅτι τὰ Διονύσου μέλη σπαράξαντες οἱ Τιτᾶνες τῷ Ἀπόλλωνι παρέθεντο ἐμβαλόντες λέβητι, ὁ δὲ παρὰ τῷ τρίποδι ἀπέθετο·* quorum haec sententia est, Delphicam vocari quasi *ἀδελφικήν*, quia Jupiter corpus Dionysi a Titanibus dilaniatum fratri ejus Apollini sepeliendum tradidisset, hic autem condidisset prope tripodem.

§. 33.

Cor Zagrei a Titanibus seu casu seu consilio derelictum Minerva aufert[*], Jovique tradit; cujus rei auctor est Clemens, quem in hac narratione Orphei sententiam referre aliorum testimoniorum collatione elucebit: *Ἀθηνᾶ μὲν οὖν τὴν καρδίαν τοῦ Διονύσου ὑφελομένη Παλλὰς ἐκ τοῦ πάλλειν τὴν καρδίαν προσηγορεύθη.* quod licet absurdum sit, comprobatur tamen Grammaticorum assensu Schol. Did. ad Il. I. 200. Schol. Lyc. 355. Etym. M. s. *Παλλάς* et Zonar. p. 1506. Eu-

Dion. L. XIII. 186. altero L. XLVII. 668. quae Meinekius non neglexit p. 68. et p. 147. De Dionysii Bassaricis idem notarunt alii. v. Wernsdorf. ad Avien. Perieg. v. 1088. Wessel. ad Herod. III. p. 162.

[d] v. Interpr. ad Petron. XX. p. 104. Lennep. ad Phalar. Ep. CX. 317.

[*] Minervae cor auferentis imaginem in antiquo monumento adumbratam putat Martianus Explic. de div. Mon. p. 40. item Caylus Rec. T. III. 272.

doc. p. 322. Disertius ceteris auctor Etymologici Gudiani p. 449. *Παλλὰς ἀπὸ τοῦ πάλλειν κατὰ τὸν μυστικὸν λόγον. Ἀναβιβασθέντος γὰρ τοῦ Διονύσου ὑπὸ Ἑρμοῦ εἰς τὸν οὐρανόν φασιν Ἥραν ἀπεχθῶς ἔχουσαν ἐπιπέμψαι τοὺς Τιτᾶνας, καὶ τούτους ἐπιχειροῦντας διασπάσαι αὐτὸν πάλλουσα τὸ δόρυ ἀπήλασε*, quod re ipsa refellitur. Dionysum Thebanum importune huc immiscet Eustathius p. 84. *Παλλὰς ὅτι κεραυνῷ βληθείσης τῆς Σεμέλης καὶ τοῦ Διονύσου διεκπεσόντος ἐμβρύου παλλομένην τὴν τοῦ ἀμβλώματος καρδίαν ἤνεγκε τῷ Διί*[*]. Hoc autem ut ab Orpheo ita enarratum esse statuamus adducimur Proculi testimonio in Alcib. p. 44. *Ἀθηναϊκὸν τὸ σώζειν ἀμέριστον τὴν ζωὴν, ἐξ οὗπερ Σώτειρα ἐπεκλήθη Παλλὰς Ἀθήνη, Τιτανικὸν δὲ τὸ μερίζειν αὐτὴν καὶ προκαλεῖσθαι περὶ* (leg. *πρὸς*) *τὴν γένεσιν.* Aeque non est dubium fabulam taeterrimam, quam Proculus et Nonnus, ambo poesis Orphicae scientissimi, carminibus suis inseruerunt, ab illo portentorum fabro procusam esse. Narrant autem Jovem Zagrei cor maceratum hausisse, eoque intus concepto progenuisse quasi alterum Zagreum, Dionysum juniorem; ille in Hymno in Minervam in Wakefield. Silv. Crit. P. IV. extrem. et in Biblioth. Vet. Art. et Liter. P. I. p. 48. deam invocans:

[*] Hinc etiam tracta videtur conjectura quam Suidas affert, de conis thyrsorum s. *Κωνοφόρος. Κῶνος ὁ βοτρυοειδὴς τοῦ στροβίλου καρπός, ὃν ἔφερον αἱ γυναῖκες βαστάζουσαι ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τελεταῖς, ἐπειδὴ ὅμοιον τὸ σχῆμα τοῦ κώνου τῇ τοῦ ἀνθρώπου καρδίᾳ, ἐπιστάτην δέ φασιν Ἕλληνες τῆς καρδίας τὸν Διόνυσον οἰκείῳ οὖν τινι μυστηρίῳ τοῦτο ἐποίουν.* Cornutus de Cybele VI. 146. *καρδίαν ἀνατεθείκασιν αὐτῇ, ὅτι αἰτία ζωογονίας αὐτὴ ἐγένετο.*

Ἢ κραδίην ἰαίωσας ἀμιστύλλευτον ἄνακτος
αἰθέρος ἐν γυάλοισι μεριζομένου ποτὲ Βάκχου
Τιτήνων ὑπὸ χερσὶ, πόρες δέ ἑ πατρὶ φέρουσα,
ὄφρα νέος βουλῇσιν ὑπ' ἀῤῥήτοισι τοκῆος
ἐκ Σεμέλης κατὰ κόσμον ἀνηβήσῃ Διόνυσος.

Nonnus autem Hydaspen in quadam cum Dionyso Thebano sermocinatione haec dicentem facit:

Καὶ σὺ φέρεις Ζαγρῆος ὅλον δέμας· ἀρχεγόνου γὰρ
ἐκ κραδίης ἀνέτελλες ἀειδομένου Διονύσου.

L. XXIV. 48. Alii idem narrantes pro Jove Semelen substituunt. Hyginus Fab. CLXVIII. 238. Liber Jovis et Proserpinae filius a Titanis est distractus, cujus cor contritum Jovis Semelae in potionem dedit. Ex eo praegnans quum esset facta etc.[ee]. Commodianus Instruct. p. 29. Rigalt. p. 624. Galland. T. III. Liber Pater — in India natus Proserpinâ, belligerans contra Titanas exspiravit rursus fato suo redditus in altero ventre — Percipit hoc Semele iterum Jovis altera Maja, abscisso cujus utero tollitur et datur Niso nutriendus.

§. 34.

Primum de clade filii Jovi nuncium attulit Diana, si modo versus superius allatos

Ἡ δ' ἄρα δὴ Ἑκάτη παιδὸς μέλη αὖθι λιποῦσα
Λητοῦς εὐπλοκάμοιο κόρη προσεβήσατ' Ὄλυμπον

probabiliter de Zagrei corpore interpretatus sum.

[ee] Improspere hunc locum tractat Barthius ad Stat. Theb. VII. 170. p. 670.

Reliquiis ejus quid factum sit, ambigue traditur. Proculus, qui fere totus ab Orpheo pendet, Apollinem lacera dei membra collegisse et composuisse significat in Tim. III. 200. ὁ συνάγων καὶ ἑνίζων τὰ μερισθέντα τοῦ Διονύσου μέρη κατὰ τὴν βούλησιν τοῦ πατρὸς οὗτός ἐστιν ὁ θεός. et p. 198. τὸ διαιρεῖν τὰ ὅλα Διονυσιακὸν, τὸ δὲ ἐναρμονίως πάντα ἀποτελειοῦν Ἀπολλωνιακόν. Zagrei in vitam restitutionem strictius tangit in Tim. V. 313. his verbis: τελευτᾷ ἡ δημιουργία τῶν θεῶν — εἰς τὴν παλιγγενεσίαν· alii vero prolixius. Julianus ap. Cyrill. L. II. 44. B. ed. Spanh. Ἕλληνες μύθους ἔπλασαν, καταπιεῖν γὰρ ἔφασαν τὸν Κρόνον τοὺς παῖδας, εἶτ' αὖθις ἐμέσαι, καὶ γάμους παρανόμους. Τῇ μητρὶ γὰρ ὁ Ζεὺς ἐμίχθη καὶ παιδοποιησάμενος ἐξ αὐτῆς ἔγημεν αὐτὸς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα [f], ἀλλὰ μιχθεὶς ἁπλῶς ἄλλῳ παραδέδωκεν αὐτήν. εἶτα οἱ Διονύσου σπαραγμοὶ καὶ μελῶν κολλήσεις. Justinus c. Tryph. p. 295. (167.) τὸν Διόνυσον υἱὸν τοῦ Διὸς ἐκ μίξεως, ἣν μεμίχθαι αὐτὸν τῇ Σεμέλῃ, γεγενῆσθαι λέγουσι καὶ τοῦτον εὑρέτην ἀμπέλου γενόμενον καὶ διασπαραχθέντα καὶ ἀποθανόντα ἀναστῆναι εἰς οὐρανόν τε ἀνεληλυθέναι ἱστοροῦσι. Καὶ οἶνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ παραφέρουσι, quae eodem modo leguntur in Apol. II. 89. D. Vina per terras sparsa significata sunt in visceribus Liberi Augustin. Civ. II. 43. Haec autem duplicis Dionysi confusio scriptoribus christianis non magnopere exprobranda est, quum ipsi indigenae

[f] Excidit οὐδὲ κατέσχεν vel simile quiddam.

Graeci ejusdem teneantur erroris culpa. Cornutus de N. D. XXX. 220. *Διόνυσος διασπασθεὶς ὑπὸ τῶν Τιτάνων συνετέθη πάλιν ὑπὸ τῆς Ῥέας, αἰνιττομένων τῶν παραδόντων τὸν μῦθον ὅτι οἱ γεωργοὶ θρέμματα γῆς ὄντες συνέχευν τοὺς βότρυς καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ Διονύσου μέρη ἐχώρισαν ἀπ᾽ ἀλλήλων* [†]. Quin adeo Diodorus eos, qui Dionysum vino, occisores ejus terrigenis rusticis assimilent, ab Orpheo auctoritatem repetere affirmat: *σύμφωνα δὲ τούτοις εἶναι τά τε δηλούμενα διὰ τῶν Ὀρφικῶν ποιημάτων καὶ τὰ παρεισαγόμενα κατὰ τὰς τελετὰς, περὶ ὧν οὐ θέμις τοῖς ἀμυήτοις ἱστορεῖν τὰ κατὰ μέρος* L. III. 61. Atqui vini nomine Dionysum ab Orpheo significatum esse haud dubium relinquunt Proculi testimonia in Alcib. p. 114. *τὸν Διόνυσον οἱ θεολόγοι πολλάκις καὶ ἀπὸ τῶν τελευτάτων αὐτοῦ δώρων οἶνον καλοῦσιν, οἷον Ὀρφεύς*

Οἴνου δ᾽ ἀντὶ μιῆς τριπλῆν μετὰ ῥίζαν ἔθεντο.

καὶ πάλιν

Οἴνου πάντα μέλη κόσμῳ λάβε καί μοι ἔνεικε.

καὶ αὖθις

Οἴνῳ ἀγαιομένη κούρῳ Διός.

quorum primum et tertium minimam difficultatem habet, de secundo quid statuam, nondum exploratum mihi. Verba ipsa qui consideret, ex Jovis oratione excerpta putet, Apollinem ad colligen-

[†] Descripsit Eudocia p. 121. Eadem metaphora Manilius V. 242. Bacchum junget ad ulmos — Semeleve a matre resectum adjunget palis.

das Zagrei reliquias ablegantis; sed haec parum firma videbitur ratio reputantibus, quam alienum sit a Zagreo vini et nomen et inventum et quam accurate Orpheus, et qui Orpheum proxime sequuntur, hunc mysticum deum a commentore uvae disjungant.

§. 35.

Facinoris ministros Titanes a Jove in Tartarum conjectos esse Nonnus auctor est l. c.

Ζεὺς δὲ πατὴρ προτέροιο δαϊζομένου Διονύσου
μητέρα Τιτήνων ἐλάσας ποινήτορι πυρσῷ
Ζαγρέος εὐκεράοιο κατεκλήισσε φονῆας
αἰθερίῳ πυλεῶνι — [*]

isque Terram etiam consilii funesti participem facit XLVIII. 28.

Κρονίδαο γενέθλη
Γαῖα χολωομένη διδύμους θώρηξε φονῆας
πρεσβυτέρους Τιτῆνας ἐπὶ προτέρῳ Διονύσῳ
ὁπλοτέρους δὲ Γίγαντας ἐπ' ὀψιγόνῳ Διονύσῳ.

Paullo obscurius Proculus Tim. I. 53. *οἱ θεολόγοι μετὰ τὸν τοῦ Διονύσου διασπασμὸν τοὺς μὲν ἄλλους Τιτᾶνας ἄλλας λήξεις διακεκληρῶσθαί φασιν, τὸν δὲ Ἄτλαντα ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν τόποις ἀνέχοντα τὸν οὐρανόν*

Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης
πείρασιν ἐν γαίης.

quae etsi omnibus iisdem verbis in Hesiodi Theog. 317. leguntur, tamen hoc loco, ubi de Zagrei caede agitur Hesiodo ignota, aperte Orpheo ad-

[*] Scrib. *ταρταρίῳ*.

scribuntur, sive quod memoria fefellit Proculum, sive Theogoniae Orphicae conditor alienis usus est pro suis. Nec satis explanate Simplicius in Met. II. 91. b. *εἰ δὲ μῦθος ὢν* (de columnis Atlantis) *θεῖόν τι ἐν ἑαυτῷ ἀποκρύπτει καὶ σοφὸν, λεγέσθω ὅτι ὁ μὲν Ἄτλας εἷς ἐστι καὶ αὐτὸς τῶν περὶ Διόνυσον Ταρταρίων εἰρημένων, οἳ διὰ τὸ μὴ τελείως προσέχειν αὐτῷ, τουτέστι μὴ κατὰ μόνην τὴν ταρτάρειον σύγκρισιν ἐνεργεῖν περὶ τὴν Διονυσιακὴν ἐνέργειαν, ἀλλ᾽ ἐπικλίνειν ὁπωσοῦν καὶ πρὸς τὴν δῖον συνοχὴν, κατ᾽ ἄμφω τὰς ἐνεργείας ἐνεργοῦσι.* Sed magis nos juvat Proculi testimonium in Polit. p. 375. ubi Homeri versibus *Ὅτε τ᾽ ἀμφὶ Τυφωέα γαῖαν ἱμάσσῃ εἰν Ἀρίμοις* etc. significari ait *τὸν πρὸς Δία πόλεμον καὶ τὰς καλουμένας παρὰ τοῖς Ὀρφικοῖς καταταρταρώσεις*· quanquam id de prima Titanum expulsione intelligi potest. Sed poenam propter admissum in Zagreo facinus Titanibus inflictam significat in Tim. I. p. 58. *ἀναμνήσαντες ἡμᾶς τῶν παρὰ τῷ Ὀρφεῖ λεγομένων πρὸς τῷ πέρατι τῆς δημιουργίας καταταρταρώσεων.* Corpora autem percussorum coelesti igne combusta et ad cineres redacta esse docet Eustathius p. 332. *Τίτανος (γύψος) ἐκλήθη ἀπὸ τῶν Τιτάνων, οὓς ὁ Ζεὺς κεραυνοῖς βαλὼν κατέφρυγε.* Et ex hoc Titanio cinere genus humanum ortum praedicant Orphicorum carminum lectores antiqui. Ficinus in L. IX. Enn. I. p. 83. sq. F i n g i t   p r a e t e r e a   O r p h e u s   T i t a n a s, q u i a   D i o n y s u m   d e v o r a v e r i n t,   f u l m i n a t o s   a   J o v e — a t q u e   h o m i n e s   e x   i l l o r u m

incendio genitos. Et quia homines geniti sint ex Titanibus, qui Dionysi corpore nutriti fuerant, ideo eos nominat Dionysiacos, quasi quaedam membra sint ex Titanibus — adeo ut corpus humanum sit pars Dionysiaci id est mundani. quae ille hausisse videtur ex Olympiodori commentariis in Phaedonem, quorum partem aliquam vulgavit Wyttenbachius p. 134. plura Mustoxides et Schinas in Anecd. P. IV. p. 4. *τὸν Δία διεδέξατο ὁ Διόνυσος, ὅν φασι κατ' ἐπιβουλὴν τῆς Ἥρας τοὺς Τιτᾶνας σπαράττειν καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἀπογεύεσθαι. Καὶ τούτους ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσε καὶ ἐκ τῆς αἰθάλης τῶν ἀτμῶν τῶν ἀναδοθέντων ἐξ αὐτῶν ὕλης γενομένης γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους. Οὐ δεῖ οὖν ἐξάγειν ἑαυτούς, οὐχ ὅτι, ὡς δοκεῖ λέγειν ἡ λέξις, διότι ἔν τινι δεσμῷ ἐσμὲν τῷ σώματι· τοῦτο γὰρ δῆλόν ἐστι καὶ οὐκ ἂν τοῦτο ἀπόῤῥητον ἔλεγεν, ἀλλ' ὅτι οὐ δεῖ ἐξάγειν ἡμᾶς αὐτούς, ὡς τοῦ σώματος ἡμῶν Διονυσιακοῦ ὄντος, εἴγε ἐκ τῆς αἰθάλης τῶν Τιτάνων συγκείμεθα γευσαμένων τῶν σαρκῶν τούτου.* Ob eam causam Platonici Dionysum τὸν *δεσπότην ἡμῶν* vocare solent Procl. in Crat. p. 59. et 114. ut idem dicit p. 82. *ὁ ἐν ἡμῖν νοῦς Διονυσιακός ἐστι καὶ ἄγαλμα τοῦ Διονύσου*, quippe delibatus ex anima universi. Sicut Platonici hoc argumento docent injussu dei de statione hujus vitae decedendum non esse, similiter Dio Chr. Or. XXX. 550. ad comprehandum Pythagoricum dogma utitur: *λέξω ὑμῖν οὔτε τερπνὸν ὄντα οὔτε*

χαρίεντα λόγον, ὅτι τοῦ τῶν Τιτάνων αἵματος ἐσμὲν ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι· ὡς οὖν ἐκείνων ἐχθρῶν ὄντων τοῖς θεοῖς οὐδὲ ἡμεῖς φίλοι ἐσμὲν ἀλλὰ κολαζόμεσθά τε ὑπ' αὐτῶν καὶ ἐπὶ τιμωρίᾳ γεγόναμεν ἐν φρουρᾷ [g]. **Non multum hinc distat fabula, quam Nicander ad Hesiodum auctorem refert, quidquid ubique sit venenatarum bestiarum a Titanibus originem habere — *Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ' αἵματος* — Ther. v. 7. quod Scholiastes negat in Hesiodi carminibus reperiri [h]. Acusilaum (Fragm. p. 227.) omnia quae morsu noceant e Typhonis sanguine orta dicere. v. Fabric. ad Sext.**

[g] In sequentibus pro *Διὶ ὄντες ἤδη ἱκανῶς λύεσθαι* scribendum *δίκην δόντες.* Aelianus quoque qui ap. Suid. s. *Τιτανώδες* Epicuri impia dogmata vitam humanam pravitate sua infecisse scribit *ὥσπερ τὰ ἐκ Τιτανικῶν σπερμάτων φύντα*, illius fabulae meminisse videtur.

[h] *Ἰστέον ὅτι ψεύδεται ὁ Νίκανδρος· οὐδαμοῦ γὰρ τοῦτο εἶπεν Ἡσίοδος ἐν τοῖς πραττομένοις·* quae hodie supersunt vertit Schneiderus; Suidas s. *Ἀριστοφάνης·* *δράματα αὐτοῦ νδ, ἅπερ δὲ πεπράχαμεν, ταῦτα.* quem locum cum aliis nonnullis, in quibus idem verbum legitur, attulit Meinekius Quaest. Scen. Spec. II. p. 2. significationis incertus. *Πρᾶξις* quidem significat lectio. v. Fabric. ad Marin. p. 114. Boiss. et in Bibl. Gr. L. V. c. 11. 451. T. VII. ed. pr. unde verbi intellectus patescit. Mentitum vero esse de Hesiodo Nicandrum Scholiographo isti non credam sed potius partibus carminis usum hodie amissis. Schol. Gregor. in Catal. Bibl. Bodl. P. I. p. 46. *ἐν τῇ Θεογονίᾳ καταριθμεῖται τὰς τῶν θεῶν γενέσεις, Ἔρεβος καὶ Χάος — Οὐρανὸν καὶ Γῆν — Κρόνον — Δία — τοὺς Ἑκατόγχειρας· ὅθεν καὶ τὴν Γιγαντομαχίαν· καὶ τὰ ἐκ τῶν αἱμάτων αὐτῶν ἰοβόλα θηρία, τὴν ὕδραν ἣν Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε, τὴν Χίμαιραν ἣν Βελλεροφόντης, τὴν Γοργόνην ἣν ὁ Περσεύς, καὶ τὸν τρικέφαλον κύνα*, quas fabulas in subjectis Theogoniae carminibus enarratas fuisse partim hoc, partim aliis testimoniis constat; unde etiam Manilio defensio paratur, qui quod Hesiodum de Bacchi natalibus exposuisse affirmat (v. supr. C. III. §. 8.) vulgo erroris et negligentiae damnatur. v. Heyn. ad Virg. Georg. Prolegg. p. 187. Scholio illa non Eudocia p. 209. de Hydra: *Ἡσίοδος λέγει ταύτην γενέσθαι ἐκ τοῦ αἵματος τῶν Γιγάντων.* ubi vitiose editum *ἐκ τοῦ στόματος.* De hoc monstro Schol. Arat. 519. affert Euphorionis versus *Ἡ μὲν πάνθ' ὅσα που φύει εὐδείελος αἶα, ἢ φύλλον γ' ἢ ποίην, ὅτ' ἐχρίμψατο λύθρον, ὡς πυρὶ καρφόμενα ψαφαρῇ ἰνδάλλετο τέφρῃ* (v. Meinek. Fragm. p. 125.) quae sic corrigenda *ἢ φυτὸν ἢ ποίην, ὅπερ ἐγχρίμψατο λύθρον.*

δῖον βασιλείαν μετὰ τῶν ἄλλων Τιτάνων τὴν Διονυσιακὴν μερίζων δημιουργίαν. Eundem numerum obtinet Firmicus de Err. Gent. p. 423. Gronov. (p. 26.) Crudeli morte caesum aut in olla decoquunt aut septem verubus membra lacerata subfigunt. Cetera addit Clemens l. c. *οἱ Τιτᾶνες διασπάσαντες αὐτὸν λέβητά τινα τρίποδι ἐπιθέντες καὶ τοῦ Διονύσου ἐμβάλλοντες τὰ μέλη καθήψουν πρότερον εἶτα ὀβελίσκοις περιπείραντες*

— — *ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο.*

Ζεὺς δὲ ὕστερον ἐπιφανεὶς κεραυνῷ τοὺς Τιτᾶνας αἰκίζεται καὶ τὰ μέλη τοῦ Διονύσου τῷ Ἀπόλλωνι παρακατατίθεται καταθάψαι· ὁ δὲ εἰς τὸν Παρνασὸν κατατίθεται. Versus huic narrationi interjectus, nisi loci Homérici memoria intercurrit[bb], ejusdem Orphei esse videtur, a quo priora mutuatus est Clemens; quanquam Alexandrinos quoque poetas hanc fabulam enarrasse reperimus. Schol. Lyc. 208. *ἐτιμᾶτο δὲ καὶ ὁ Διόνυσος ἐν Δελφοῖς σὺν Ἀπόλλωνι οὕτως. Οἱ Τιτᾶνες τὰ Διονύσου, ἃ ἐσπάραξαν, Ἀπόλλωνι παρέθεντο ἐμβάλλοντες εἰς λέβητα· ὁ δὲ παρὰ τῷ τρίποδι παρέθετο, ὥς φησι Καλλίμαχος. Καὶ Εὐφορίων λέγει*

Ἐν πυρὶ Βακχέα δῖον ὑπὲρ φιάλης ἐβάλοντο [c]

[bb] Il. II. 426. *σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο.*

[c] Sic pro *ἔμπυρι Βάκχον δῖαν ὑπὲρ φιάλην* emendavi in Diss. de Mort. B. ibique etiam duplicem Creuzeri conjecturam commemoravi: *Εὐφορίων λέγει ἐν τοῖς περὶ βακχίων* vel *Ἐμπυριβήτην Διόνυσον ὑπὲρ φιάλην ἐβάλοντο*, utramque ea laude condignam, quam impertit Meinekius ad Euphor. p. 186. Ab Euphorione multa mutuatum esse Nonnum eodem loco ostendi duobus luculentissimis exemplis, uno e

Priora Scholiastae verba parum integre scripta sed longe corruptiora sunt, quae in Etym. M. leguntur: *Δέλφικα τὸν τρίποδα οἱ Ῥωμαῖοι*[d] *ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονεν· ἢ τρίποδα τὸν Διόνυσον* (scrib. *ἢ διὰ τὸν Διόν.*) *οἷον ἀδελφικὸν, ὅτι τὰ Διονύσου μέλη σπαράξαντες οἱ Τιτᾶνες τῷ Ἀπόλλωνι παρέθεντο ἐμβαλόντες λέβητι, ὁ δὲ παρὰ τῷ τρίποδι ἀπέθετο·* quorum haec sententia est, Delphicam vocari quasi *ἀδελφικήν*, quia Jupiter corpus Dionysi a Titanibus dilaniatum fratri ejus Apollini sepeliendum tradidisset, hic autem condidisset prope tripodem.

§. 33.

Cor Zagrei a Titanibus seu casu seu consilio derelictum Minerva aufert[*], Jovique tradit; cujus rei auctor est Clemens, quem in hac narratione Orphei sententiam referre aliorum testimoniorum collatione elucebit: *Ἀθηνᾶ μὲν οὖν τὴν καρδίαν τοῦ Διονύσου ὑφελομένη Παλλὰς ἐκ τοῦ πάλλειν τὴν καρδίαν προσηγορεύθη.* quod licet absurdum sit, comprobatur tamen Grammaticorum assensu Schol. Did. ad Il. I. 200. Schol. Lyc. 355. Etym. M. s. *Παλλάς* et Zonar. p. 1506. Eu-

Dion. L. XIII. 186. altero L. XLVII. 668. quae Meinekius non neglexit p. 68. et p. 147. De Dionysii Bassaricis idem notarunt alii. v. Wernsdorf. ad Avien. Perieg. v. 1088. Wessel. ad Herod. II. p. 162.

[d] v. Interpr. ad Petron. XX. p. 104. Lennep. ad Phalar. Ep. CX. 317.

[*] Minervae cor auferentis imaginem in antiquo monumento adumbratam putat Martinus Explic. de div. Mon. p. 40. item Caylus Rec. T. III. 272.

doc. p. 322. Disertius ceteris auctor Etymologici Gudiani p. 449. *Παλλὰς ἀπὸ τοῦ πάλλειν κατὰ τὸν μυστικὸν λόγον. Ἀναβιβασθέντος γὰρ τοῦ Διονύσου ὑπὸ Ἑρμοῦ εἰς τὸν οὐρανόν φασιν Ἥραν ἀπεχθῶς ἔχουσαν ἐπιπέμψαι τοὺς Τιτᾶνας, καὶ τούτους ἐπιχειροῦντας διασπάσαι αὐτὸν πάλλουσα τὸ δόρυ ἀπήλασε,* quod re ipsa refellitur. Dionysum Thebanum importune huc immiscet Eustathius p. 84. *Παλλὰς ὅτι κεραυνῷ βληθείσης τῆς Σεμέλης καὶ τοῦ Διονύσου διεκπεσόντος ἐμβρύου παλλομένην τὴν τοῦ ἀμβλώματος καρδίαν ἤνεγκε τῷ Διί*[*]. Hoc autem ut ab Orpheo ita enarratum esse statuamus adducimur Proculi testimonio in Alcib. p. 44. *Ἀθηναϊκὸν τὸ σώζειν ἀμέριστον τὴν ζωήν, ἐξ οὗπερ Σώτειρα ἐπεκλήθη Παλλὰς Ἀθήνη, Τιτανικὸν δὲ τὸ μερίζειν αὐτὴν καὶ προκαλεῖσθαι περὶ* (leg. *πρὸς*) *τὴν γένεσιν.* Aeque non est dubium fabulam taeterrimam, quam Proculus et Nonnus, ambo poesis Orphicae scientissimi, carminibus suis inseruerunt, ab illo portentorum fabro procusam esse. Narrant autem Jovem Zagrei cor maceratum hausisse, eoque intus concepto proseminasse quasi alterum Zagreum, Dionysum juniorem; ille in Hymno in Minervam in Wakefield. Silv. Crit. P. IV. extrem. et in Biblioth. Vet. Art. et Liter. P. I. p. 48. deam invocans:

[*] Hinc etiam tracta videtur conjectura quam Suidas affert, de conis thyrsorum s. *Κωνοφόρος. Κῶνος ὁ βοτρυοειδὴς τοῦ στροβίλου καρπός, ὃν ἔφερον αἱ γυναῖκες βαστάζουσαι ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τελεταῖς, ἐπειδὴ ὅμοιον τὸ σχῆμα τοῦ κώνου τῇ τοῦ ἀνθρώπου καρδίᾳ, ἐπιστάτην δέ φασιν Ἕλληνες τῆς καρδίας τὸν Διόνυσον· οἰκείῳ οὖν τινι μυστηρίῳ τοῦτο ἐποίουν.* Cornutus de Cybele VI. 146. *καρδίαν ἀνατιθέασιν αὐτῇ, ὅτι αἰτία ζωογονίας αὐτὴ ἐγένετο.*

Ἢ κραδίην ἰαίνουσ' ἀμιστύλλευτον ἄνακτος
αἰθέρος ἐν γυάλοισι μεριζομένου ποτὲ Βάκχου
Τιτήνων ὑπὸ χερσὶ, πόρες δέ ἑ πατρὶ φέρουσα,
ὄφρα νέος βουλῇσιν ὑπ' ἀῤῥήτοισι τοκῆος
ἐκ Σεμέλης κατὰ κόσμον ἀνηβήσῃ Διόνυσος.

Nonnus autem Hydaspen in quadam cum Dionyso Thebano sermocinatione haec dicentem facit:

Καὶ σὺ φέρεις Ζαγρῆος ὅλον δέμας· ἀρχεγόνου γὰρ
ἐκ κραδίης ἀνέτελλες ἀειδομένου Διονύσου.

L. XXIV. 48. Alii idem narrantes pro Jove Semelen substituunt. Hyginus Fab. CLXVIII. 238. Liber Jovis et Proserpinae filius a Titanis est distractus, cujus cor contritum Jovis Semelae in potionem dedit. Ex eo praegnans quum esset facta etc.[**]. Commodianus Instruct. p. 29. Rigalt. p. 624. Galland. T. III. Liber Pater — in India natus Proserpinâ, belligerans contra Titanas exspiravit rursus fato suo redditus in altero ventre — Percipit hoc Semele iterum Jovis altera Maja, abscisso cujus utero tollitur et datur Niso nutriendus.

§. 34.

Primum de clade filii Jovi nuncium attulit Diana, si modo versus superius allatos

Ἡ δ' ἄρα δῖ' Ἑκάτη παιδὸς μέλη αὖθι λιποῦσα
Λητοῦς εὐπλοκάμοιο κόρη προσεβήσατ' Ὄλυμπον

probabiliter de Zagrei corpore interpretatus sum.

[**] Improspere hunc locum tractat Barthius ad Stat. Theb. VII. 170. p. 670.

Reliquiis ejus quid factum sit, ambigue traditur. Proculus, qui fere totus ab Orpheo pendet, Apollinem lacera dei membra collegisse et composuisse significat in Tim. III. 200. ὁ συνάγων καὶ ἑνίζων τὰ μερισθέντα τοῦ Διονύσου μέρη κατὰ τὴν βούλησιν τοῦ πατρὸς οὗτός ἐστιν ὁ θεός. et p. 198. τὸ διαιρεῖν τὰ ὅλα Διονυσιακὸν, τὸ δὲ ἐναρμονίως πάντα ἀποτελειοῦν Ἀπολλωνιακόν. Zagrei in vitam restitutionem strictius tangit in Tim. V. 313. his verbis: τελευτᾷ ἡ δημιουργία τῶν θεῶν — εἰς τὴν παλιγγενεσίαν· alii vero prolixius. Julianus ap. Cyrill. L. II. 44. B. ed. Spanh. Ἕλληνες μύθους ἔπλασαν, καταπιεῖν γὰρ ἔφασαν τὸν Κρόνον τοὺς παῖδας, εἶτ' αὖθις ἐμέσαι, καὶ γάμους παρανόμους. Τῇ μητρὶ γὰρ ὁ Ζεὺς ἐμίχθη καὶ παιδοποιησάμενος ἐξ αὐτῆς ἔγημεν αὐτὸς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα [f], ἀλλὰ μιχθεὶς ἁπλῶς ἄλλῳ παραδέδωκεν αὐτήν. εἶτα οἱ Διονύσου σπαραγμοὶ καὶ μελῶν κολλήσεις. Justinus c. Tryph. p. 295. (167.) τὸν Διόνυσον υἱὸν τοῦ Διὸς ἐκ μίξεως, ἣν μεμίχθαι αὐτὸν τῇ Σεμέλῃ, γεγενῆσθαι λέγουσι καὶ τοῦτον εὑρέτην ἀμπέλου γενόμενον καὶ διασπαραχθέντα καὶ ἀποθανόντα ἀναστῆναι εἰς οὐρανόν τε ἀνεληλυθέναι ἱστοροῦσι. Καὶ οἶνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ παραφέρουσι, quae eodem modo leguntur in Apol. II. 89. D. **Vina per terras sparsa significata sunt in visceribus Liberi** Augustin. Civ. II. 43. Haec autem duplicis Dionysi confusio scriptoribus christianis non magnopere exprobranda est, quum ipsi indigenae

[f] Excidit οὐδὲ κατέσχεν vel simile quiddam.

Graeci ejusdem teneantur erroris culpa. Cornutus de N. D. XXX. 220. *Διόνυσος διασπασθεὶς ὑπὸ τῶν Τιτάνων συνετέθη πάλιν ὑπὸ τῆς Ῥέας, αἰνιττομένων τῶν παραδόντων τὸν μῦθον ὅτι οἱ γεωργοὶ θρέμματα γῆς ὄντες συνέχεον τοὺς βότρυς καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ Διονύσου μέρη ἐχώρισαν ἀπ' ἀλλήλων* [†]. Quin adeo Diodorus eos, qui Dionysum vino, occisores ejus terrigenis rusticis assimilent, ab Orpheo auctoritatem repetere affirmat: *σύμφωνα δὲ τούτοις εἶναι τά τε δηλούμενα διὰ τῶν Ὀρφικῶν ποιημάτων καὶ τὰ παρεισαγόμενα κατὰ τὰς τελετὰς, περὶ ὧν οὐ θέμις τοῖς ἀμυήτοις ἱστορεῖν τὰ κατὰ μέρος* L. III. 61. Atqui vini nomine Dionysum ab Orpheo significatum esse haud dubium relinquunt Proculi testimonia in Alcib. p. 114. *τὸν Διόνυσον οἱ θεολόγοι πολλάκις καὶ ἀπὸ τῶν τελευτάτων αὐτοῦ δώρων οἶνον καλοῦσιν, οἷον Ὀρφεύς*

Οἴνου δ' ἀντὶ μιῆς τριπλῆν μετὰ ῥίζαν ἔθεντο.

καὶ πάλιν

Οἴνου πάντα μέλη κόσμῳ λάβε καί μοι ἔνεικε.

καὶ αὖθις

Οἴνῳ ἀγαιομένη κούρῳ Διός.

quorum primum et tertium minimam difficultatem habet, de secundo quid statuam, nondum exploratum mihi. Verba ipsa qui consideret, ex Jovis oratione excerpta putet, Apollinem ad colligen-

[†] Descripsit Eudocia p. 121. Eadem metaphora Manilius V. 242. Bacchum junget ad ulmos — Semeleve a matre resectum adjunget palis.

das Zagrei reliquias ablegantis; sed haec parum firma videbitur ratio reputantibus, quam alienum sit a Zagreo vini et nomen et inventum et quam accurate Orpheus, et qui Orpheum proxime sequuntur, hunc mysticum deum a commentore uvae disjungant.

§. 35.

Facinoris ministros Titanes a Jove in Tartarum conjectos esse Nonnus auctor est l. c.

> Ζεὺς δὲ πατὴρ προτέροιο δαϊζομένου Διονύσου
> μητέρα Τιτήνων ἐλάσας ποινήτορι πυρσῷ
> Ζαγρέος εὐκεράοιο κατεκλήισσε φονῆας
> αἰθερίῳ πυλεῶνι — [*]

isque Terram etiam consilii funesti participem facit XLVIII. 28.

> Κρονίδαο γενέθλη
> Γαῖα χολωομένη διδύμους θώρηξε φονῆας
> πρεσβυτέρους Τιτῆνας ἐπὶ προτέρῳ Διονύσῳ
> ὁπλοτέρους δὲ Γίγαντας ἐπ' ὀψιγόνῳ Διονύσῳ.

Paullo obscurius Proculus Tim. I. 53. *οἱ θεολόγοι μετὰ τὸν τοῦ Διονύσου διασπασμὸν τοὺς μὲν ἄλλους Τιτᾶνας ἄλλας λήξεις διακεκληρῶσθαί φασιν, τὸν δὲ Ἄτλαντα ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν τόποις ἀνέχοντα τὸν οὐρανόν*

> Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης
> πείρασιν ἐν γαίης.

quae etsi omnibus iisdem verbis in Hesiodi Theog. 317. leguntur, tamen hoc loco, ubi de Zagrei caede agitur Hesiodo ignota, aperte Orpheo ad-

[*] Scrib. ταρταρίῳ.

scribuntur, sive quod memoria fefellit Proculum, sive Theogoniae Orphicae conditor alienis usus est pro suis. Nec satis explanate Simplicius in Met. II. 91. b. εἰ δὲ μῦθος ὢν (de columnis Atlantis) θεῖόν τι ἐν ἑαυτῷ ἀποκρύπτει καὶ σοφὸν, λεγέσθω ὅτι ὁ μὲν Ἄτλας εἷς ἐστι καὶ αὐτὸς τῶν περὶ Διόνυσον Ταρταρίων εἰρημένων, οἳ διὰ τὸ μὴ τελείως προσέχειν αὐτῷ, τουτέστι μὴ κατὰ μόνην τὴν ταρτάρειον σύγκρισιν ἐνεργεῖν περὶ τὴν Διονυσιακὴν ἐνέργειαν, ἀλλ᾽ ἐπικλίνειν ὁπωσοῦν καὶ πρὸς τὴν δίιον συνοχὴν, κατ᾽ ἄμφω τὰς ἐνεργείας ἐνεργοῦσι. Sed magis nos juvat Proculi testimonium in Polit. p. 375. ubi Homeri versibus Ὅτε τ᾽ ἀμφὶ Τυφωέα γαῖαν ἱμάσσῃ εἰν Ἀρίμοις etc. significari ait τὸν πρὸς Δία πόλεμον καὶ τὰς καλουμένας παρὰ τοῖς Ὀρφικοῖς καταταρταρώσεις· quanquam id de prima Titanum expulsione intelligi potest. Sed poenam propter admissum in Zagreo facinus Titanibus inflictam significat in Tim. I. p. 58. ἀναμνήσαντες ἡμᾶς τῶν παρὰ τῷ Ὀρφεῖ λεγομένων πρὸς τῷ πέρατι τῆς δημιουργίας καταταρταρώσεων. Corpora autem percussorum coelesti igne combusta et ad cineres redacta esse docet Eustathius p. 332. Τίτανος (γύψος) ἐκλήθη ἀπὸ τῶν Τιτάνων, οὓς ὁ Ζεὺς κεραυνοῖς βαλὼν κατέφρυγε. Et ex hoc Titanio cinere genus humanum ortum praedicant Orphicorum carminum lectores antiqui. Ficinus in L. IX. Enn. I. p. 83. sq. Fingit praeterea Orpheus Titanas, quia Dionysum devoraverint, fulminatos a Jove — atque homines ex illorum

incendio genitos. Et quia homines geniti sint ex Titanibus, qui Dionysi corpore nutriti fuerant, ideo eos nominat Dionysiacos, quasi quaedam membra sint ex Titanibus — adeo ut corpus humanum sit pars Dionysiaci id est mundani. quae ille hausisse videtur ex Olympiodori commentariis in Phaedonem, quorum partem aliquam vulgavit Wyttenbachius p. 134. plura Mustoxides et Schinas in Anecd. P. IV. p. 4. *τὸν Δία διεδέξατο ὁ Διόνυσος, ὅν φασι κατ' ἐπιβουλὴν τῆς Ἥρας τοὺς Τιτᾶνας σπαράττειν καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἀπογεύεσθαι. Καὶ τούτους ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσε καὶ ἐκ τῆς αἰθάλης τῶν ἀτμῶν τῶν ἀναδοθέντων ἐξ αὐτῶν ὕλης γενομένης γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους. Οὐ δεῖ οὖν ἐξάγειν ἑαυτούς, οὐχ ὅτι, ὡς δοκεῖ λέγειν ἡ λέξις, διότι ἔν τινι δεσμῷ ἐσμὲν τῷ σώματι· τοῦτο γὰρ δῆλόν ἐστι καὶ οὐκ ἂν τοῦτο ἀπόρρητον ἔλεγεν, ἀλλ' ὅτι οὐ δεῖ ἐξάγειν ἡμᾶς αὐτοὺς, ὡς τοῦ σώματος ἡμῶν Διονυσιακοῦ ὄντος, εἴγε ἐκ τῆς αἰθάλης τῶν Τιτάνων συγκείμεθα γευσαμένων τῶν σαρκῶν τούτου.* Ob eam causam Platonici Dionysum *τὸν δεσπότην ἡμῶν* vocare solent Procl. in Crat. p. 59. et 114. ut idem dicit p. 82. *ὁ ἐν ἡμῖν νοῦς Διονυσιακός ἐστι καὶ ἄγαλμα τοῦ Διονύσου*, quippe delibatus ex anima universi. Sicut Platonici hoc argumento docent injussu dei de statione hujus vitae decedendum non esse, similiter Dio Chr. Or. XXX. 550. ad comprehendum Pythagoricum dogma utitur: *λέξω ὑμῖν οὔτε τερπνὸν ὄντα οὔτε*

χαρίεντα λόγον, ὅτι τοῦ τῶν Τιτάνων αἵματος ἐσμὲν ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι· ὡς οὖν ἐκείνων ἐχθρῶν ὄντων τοῖς θεοῖς οὐδὲ ἡμεῖς φίλοι ἐσμὲν ἀλλὰ κολαζόμεσθά τε ὑπ᾽ αὐτῶν καὶ ἐπὶ τιμωρίᾳ γεγόναμεν ἐν φρουρᾷ [g]. Non multum hinc distat fabula, quam Nicander ad Hesiodum auctorem refert, quidquid ubique sit venenatarum bestiarum a Titanibus originem habere — Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ᾽ αἵματος — Ther. v. 7. quod Scholiastes negat in Hesiodi carminibus reperiri [h]. Acusilaum (Fragm. p. 227.) omnia quae morsu noceant e Typhonis sanguine orta dicere. v. Fabric. ad Sext.

[g] In sequentibus pro Διὶ ὄντες ἤδη ἱκανῶς λύεσθαι scribendum δίκην δόντες. Aelianus quoque qui ap. Suid. s. Τιτανώδεις Epicuri impia dogmata vitam humanam pravitate sua infecisse scribit ὥσπερ τὰ ἐκ Τιτανικῶν σπερμάτων φύντα, illius fabulae meminisse videtur.

[h] Ἰστέον ὅτι ψεύδεται ὁ Νίκανδρος· οὐδαμοῦ γὰρ τοῦτο εἶπεν Ἡσίοδος ἐν τοῖς πραττομένοις· quae hodie supersunt vertit Schneiderus; Suidas s. Ἀριστοφάνης· δράματα αὐτοῦ νδ, ἅπερ δὲ πεπράχαμεν, ταῦτα. quem locum cum aliis nonnullis, in quibus idem verbum legitur, attulit Meinekius Quaest. Scenn. Spec. II. p. 2. significationis incertus. Πρᾶξις quidem significat lectio. v. Fabric. ad Marin. p. 114. Boiss. et in Bibl. Gr. L. V. c. 11. 451. T. VII. ed. pr. unde verbi intellectus patescit. Mentitum vero esse de Hesiodo Nicandrum Scholiographo isti non credam sed potius partibus carminis usum hodie amissis. Schol. Gregor. in Catal. Bibl. Bodl. P. I. p. 46. ἐν τῇ Θεογονίᾳ καταριθμεῖται τὰς τῶν θεῶν γενέσεις, Ἔρεβος καὶ Χάος — Οὐρανὸν καὶ Γῆν — Κρόνον — Δία — τοὺς Ἑκατόγχειρας· ὅθεν καὶ τὴν Γιγαντομαχίαν καὶ τὰ ἐκ τῶν αἱμάτων αὐτῶν ἰοβόλα θηρία, τὴν ὕδραν ἣν Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε, τὴν Χίμαιραν ἣν Βελλεροφόντης, τὴν Γοργόνην ἣν ὁ Περσεύς, καὶ τὸν τρικέφαλον κύνα, quas fabulas in subjectis Theogoniae carminibus enarratas fuisse partim hoc, partim aliis testimoniis constat; unde etiam Manilio defensio paratur, qui quod Hesiodum de Bacchi natalibus exposuisse affirmat (v. supr. C. III. §. 8.) vulgo erroris et negligentiae damnatur. v. Heyn. ad Virg. Georg. Prolegg. p. 187. Scholio illa non Eudocia p. 209. de Hydra: Ἡσίοδος λέγει ταύτην γενέσθαι ἐκ τοῦ αἵματος τῶν Γιγάντων. ubi vitiose editum ἐκ τοῦ στόματος. De hoc monstro Schol. Arat. 519. affert Euphorionis versus Ἡ μὲν πάνθ᾽ ὅσα που φύει εὐδείελος αἶα, ἢ φύλλον γ᾽ ἢ ποίην, ὅτ᾽ ἐχρίμψατο λύθρον, ὡς πυρὶ καρφόμενα ψαφαρῇ ἰνδάλλετο τέφρῃ (v. Meinek. Fragm. p. 125.) quae sic corrigenda ἢ φυτὸν ἢ ποίην, ὅπερ ἐγχρίμψατο λύθρον.

c. Gramm. I. 12. 272. Ac fuerunt etiam, qui totum genus humanum ex reliquiis Gigantum natum perhiberent Ovid. Met. I. 107. Serv. ad Buc. VI. 41.[1] quorum utrique nativam naturae nostrae vitiositatem a deorum lege et voluntate aversam declarare voluerunt comparatione eorum, quos gravissima cum diis odia exercuisse scirent, sicut Plato quoque Titanum e genere statuit eos, qui ut illi coelestibus sic hi adversantur magistratibus. v. Ast. ad Legg. p. 193. Orphei contra principaliorem nostri partem aliquid divini in se habere statuentes illam infacetissimam fabulam commenti sunt, cui similem refert Julianus Fragm. Or. p. 292. B. *ἀποβλέψας εἰς τὴν τῶν θεῶν φήμην, ἣ παραδίδοται διὰ τῶν ἀρχαίων ἡμῖν θεουργῶν, ὡς, ὅτε Ζεὺς ἐκόσμει τὰ πάντα, σταγόνων ἱεροῦ αἵματος πεσουσῶν, ἐξ ὧν που τὸ τῶν ἀνθρώπων βλαστήσειε γένος, καὶ οὕτως οὖν συγγενεῖς γινόμεθα πάντες.*

§. 36.

Hisce testimoniis, quae partim ab Orpheo ipso profecta sunt partim ab iis qui perfectissimam doctrinae Orphicae notitiam habuerunt, nunc subteminis modo subjungam eos locos, quibus ali-

[1] Etym. M. *Βροτός, ὡς μὲν Εὐήμερος ἀπὸ Βρότου τινὸς αὐτόχθονος· ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀπὸ Βρότου τοῦ Αἰθέρος καὶ Ἡμέρας. ἄλλοι δὲ ἀπὸ βρότου τοῦ αἵματος* scil. *τῶν Γιγάντων*, quod addit Eustathius p. 1387. 85. Neuter, puto, ignoravit *βροτός* transpositis literis dici pro *μορτός*, ut *ἐμβραμένη* pro *εἱμαρμένη*, *βράπτειν* pro *μάρπτειν*, *βρύματα* pro *μυρήματα*. *βρύκος* (*βρόκος*, *βρύγκος*) pro *μύρκος* murcus, *Μομβρώ* pro *Μορμώ*, unde *μόρμος* (*φόβος*) *μύρμος*, et *Βριμώ* (ut *Βρίγες*) pro *Μυρμώ*.

quid extrinsecus admistum est seu ex mythologia populari sive ex interpretatione historica aut rhetorica aut naturali. Primum Himerium inducamus qui Or. IX. 560. improborum quorundam atrox et violentum facinus per ambages enarraturus similitudinem repetit a Titanum scelere, Zagreo, ut multi, Dionysum substituens Thebanum. *Ἐθέλω ὑμῖν*, ita infit, *διήγημά τι πρὸς τὸ συμβὰν ὑπαινίξασθαι. Ἦν νέος ἔτι Διόνυσος καὶ κατὰ τοῦ θεοῦ τὸ τῶν Τελχίνων γένος ἐφύετο*[k]. *Ηὐξάνετο Βάκχος καὶ Τιτᾶνες πάντες διεῤῥήγνυντο φθόνῳ. Τέλος δὲ μὴ στέγειν δυνάμενοι διασπάσαι τοῦτον ἠθέλησαν, τέχνας δὲ ἐμελέτων καὶ φάρμακα καὶ κέντρα διαβολῆς καὶ φύσεως μαγγανεύματα. Ἐμίσουν δὲ, ὡς οἶμαι, τὸν Σιληνὸν καὶ τὸν Σάτυρον καὶ γόητας τούτους ἐφθέγξαντο, ὅτι τῷ Βάκχῳ ἠρέσκοντο. Τί οὖν ἐπὶ τούτοις Διόνυσος; Ἔπειτα μὲν, οἶμαι, πληγεὶς*[l] *καὶ τὴν πληγὴν καιρίαν ἐστέναξεν. Ἄμπελος δ' ἦν κατηφὴς, καὶ σκυθρωπὸς Οἶνος καὶ Βότρυς ὥσπερ δακρύων καὶ Βάκχος οὐκέτι σφοδρὸν εἰς κίνησιν εἶχεν εὐάρμοστον. Ἀλλ' οὐ διὰ τέλους τὸ δάκρυον οὔτε* (sic) *πολεμίων τὸ τρόπαιον. Ὁ γὰρ Ζεὺς ἐποπτεύων ἑώρα πάντα καὶ τὸν Διόνυσον ἐγείρας, ὡς λόγος, Τιτᾶνας ἐποίει παρὰ τῶν μύθων ἐλαύνεσθαι*[m],

[k] Non Telchines significat, ut Wernsdorfio visum, sed Titanes *τελχινώδεις*, sive illos invidos obtrectatores.

[l] Melior haec videtur distinctio *Τί οὖν ἐπὶ τούτοις; Διόνυσος* — et *οἴμοι* pro *οἶμαι*. Niceph. Greg. Hist. X. 2. 293. D. *ἀλλ', οἴμοι, κεῖται νῦν ἐν κόνει*, ubi altera lectio *οἶμαι* minime convenit.

[m] Id est, puto, exagitari rumoribus, *ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἐλαύνεσθαι* Philostrat. V. Ap. III. 25. 116. *ὑπὸ πάντων ἐλαύνεσθαι καὶ κολάζεσθαι* Plut. Philos. c. Princ. III. 87. T. XII.

qua narratione figuratâ res gestae cum fictis, fabula vulgaris cum Orphica, oratorio artificio contexta est. Hinc ad Firmicum transgredior, qui hoc mythologema ad historicam interpretationem revocans quasi cladem quandam familiae imperatoriae in insula Creta dominantis enarrat. „Liber Jovis fuit filius regis Cretici; hic quum fuisset adultera matre progenitus, nutriebatur apud patrem studiosius, quam decebat. Uxor Jovis, cui Junoni fuit nomen, novercalis animi furore commota ad necem infantis omnifariam parabat insidias. Proficiscens peregre pater, quia indignationes tacitas sentiebat uxoris, idoneis custodibus tutelam credidit filii. Tunc Juno opportunum insidiarum tempus nacta et ex hoc fortius inflammata, quia proficiscens pater et solium regni puero tradiderat et sceptrum, custodes primum muneribus corrupit, deinde satellites suos, qui Titanes vocabantur, in interioribus regiae locat partibus et crepundiis ac speculo affabre facto animos ita pueriles allexit, ut desertis regiis sedibus ad insidiarum locum duceretur. Hic interceptus trucidatur — — membra conscissa satellitum sibi dividit turba. Tunc — decocta pueri membra consumunt; cor visum (leg. divisum) sibi soror servat, cui Minerva fuit nomen — Haec reverso Jo-

vi ordinem facinoris exponit; tunc pater Titanos necat; et quia dolor ex orbitate veniens nullis solatiis mitigabatur, imaginem ejus ex gypso plastico opere perfecit et cor, ex quo facinus sorore deferente detectum, in ea parte plastae collocant, qua pectoris fuerant lineamenta formata. Cretenses, ut furentis tyranni saevitiam mitigarent, festos funebres dies statuunt et annuum sacrum trieterica consecratione componunt, omnia per ordinem facientes, quae puer moriens aut fecit aut passus est, vivum laniant dentibus taurum et per secreta silvarum dissonis clamoribus ejulantes fingunt animi furentis insaniam. Praefertur cista, in qua cor soror absconderat; tibiarum cantu et cymbalorum tinnitu, crepundia quibus puer deceptus fuerat, mentiuntur.

§. 37.

Ac Firmicus quidem pleraque ab Orpheo tradita eodem tenore replicat, consessum pueri in throno paterno, custodiam appositam, fraudem crepundiorum, auctorem facinoris Junonem, ministros Titanes, ultorem Jovem. Nec Minervae operam salutarem obliviscitur; sed de imagine quod dicit ad consolandum patris dolorem a gypsoplastis perfecta, Pragmaticorum inventum

est [n]. Neque praeter hos alius quisquam haec basilica facinora apud Cretenses edita esse refert; quod si satis attendisset vir eximius, fabulae hujus origines a Creta repetere cavisset in Basnirel. T. II. p. 171. Etenim quum semel increbuisset, Jovem eodem loco, quo natus esset, exspirasse, coorti sunt homines, ut sibi videbantur, sagaces, qui tota mythologia nihil aliud quam regulorum Cretensium natales, amores, rixas et mortes contineri statuerent; quo factum est ut ea quoque, quae de Zagrei caede tradita essent, in hanc transferrentur insulam. Diodorus L. V. 75. *τοῦτον τὸν θεὸν γεγονέναι φασὶν ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης κατὰ τὴν Κρήτην, ὃν Ὀρφεὺς κατὰ τὰς τελετὰς παρέδωκε διασπώμενον ὑπὸ τῶν Τιτάνων.* unde nemo argumentabitur, Orpheum hunc rei gestae locum tradidisse. Major autem Historicorum pars id unum e vetere memoria retinuerunt, Dionysum violenta morte oppressum esse; hunc vero Semelae filium dicunt, diversa miscentes. Narrat Joannes Malela Chron. L. II. p. 17. et iisdem fere verbis Cedrenus Comp. T. I. p. 24. Liberum a Lycurgo fugatum Boeotia finibus excessisse, Delphisque diem supremum obiisse — *καὶ ἐτέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐκεῖ ἐν σορῷ. Ὅπλα δὲ αὐτοῦ αὐτὸς εἰς τὸ ἱερὸν ἐκρέμασε καθὼς Δήμαρχος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο περὶ αὐτοῦ. Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ σοφώτατος Φιλόχορος τὰ αὐτὰ συνεγράψατο, ἐν ῇ ἐκθέσει εἶπε περὶ τοῦ αὐτοῦ Διονύσου· ἔστιν ἰδεῖν τὴν ταφὴν αὐτοῦ παρὰ τὸν*

[n] v. Epimetr. VIII.

Ἀπόλλωνα τὸν χρυσοῦν. Βόθρον δέ [nn] *τι εἶναι ὑπονοεῖται ἡ σορός, ἐν ᾧ γράφει Ἐνθάδε κεῖται θανὼν Διόνυσος ὁ ἐκ Σεμέλης. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σοφώτατος Κεφαλίων τὰ αὐτὰ ἐν τῷ ἰδίῳ συγγράμματι.* Syncellus p. 162. *ἔνθα καὶ τὸ ὅπλον ἀνακεῖται Αὐγούστου Καίσαρος καὶ Νέρωνος ἡ κιθάρα* [o]. *Βάθρον δέ τι εἶναι νομίζεται τοῖς ἀγνοοῦσιν ὁ Διονύσου τάφος*, unde *βάθρον* Malelae pro *βόθρον* substituit Siebelis ad Philoch. p. 21. De postremis antiquiorem testem habemus Tatianum c. Gr. VIII. 251. *ἐν τῷ τεμένει τοῦ Λητοΐδου καλεῖταί τις ὀμφαλὸς, ὁ δὲ ὀμφαλὸς τάφος ἐστὶ Διονύσου.* Priora confirmat Eusebius Chron. L. post. DCCXX. Quidam his temporibus vindicant gesta Liberi Patris et ea quae de Indis, Lycurgo et Actaeone memorantur, quomodo adversus Persen consistens occiditur ait Dinarchus poeta non rhetor [p]. Qui autem voluerit, potest in-

[nn] v. Epimetr. IX.

[o] Hanc consecrasse videtur imperator musicus in illa peregrinatione Achaica. v. Plutarch. de *Εἰ* Delph. c. 1. 217. T. IX. Lucian. Neron. X. 302. T. IX. de qua plura fabulose narrantur. Themistius Or. XIX. 226. C. Apollinem Pythium sic loquentem inducit: *Νέρωνα, καίτοι ἀφίκετο κιθάραν μετὰ χεῖρας ἔχων καὶ ἐν στολῇ κιθαρῳδικῇ — οὐχ ἥσθην εἰςιόντι, ἀλλ' ἐμυσάχθην καὶ ἀπεστεφάνωσα ἐξιόντα.* v. Epimetr. X.

[p] Quis sit, nescire se fatetur Scaliger; Demetrius Magnes [de quo vid. Crenii Animadv. Philol. P. VI. 154.] ap. Dionys. de Dinarch. p. 631. T. V. duos nominat Dinarchos, quorum unus *τὰς περὶ Κρήτην συνεγήοχε μυθολογίας*, alter poeta (ut videtur) Delius oratore antiquior; hunc ab Eusebio significari pro certo sumit Fabricius T. II. 863. illum Vossius de Hist. III. 358. neque abhorret a Creticorum scriptorum ingenio talis narratio. Vitiosa Malelae scriptura *Δήμαρχος* (Syncell. p. 162. *Δήχαρνος*) Natalem Comitem in eum errorem induxit, ut versus, quos Etym. s. *Διώνυσος* affert ex *ἐννάτῳ Διονυσιακῶν*: *Τὸν μὲν ὑπερκύψαντα θεηγενέος τοκετοῖο — λεχωΐδες*

spicere ipsius Liberi apud Delphos sepulcrum juxta Apollinem aureum. Et Cyrillus c. Jul. L. X. 341. ὁ Δείναρχος ποιητὴς οὐκ ἄσημος ὢν τὰς Διονύσου πράξεις ἀφηγούμενος, ὅσα τε αὐτῷ πεπόνηται περὶ τῶν Ἰνδῶν, καὶ μὴν καὶ Ἀκταίωνα καὶ Λυκοῦργον ὅπως εἴη πεφονευκώς, εὖ μάλα διειρηκὼς ἀνῃρῆσθαι καὶ αὐτὸν ὑπὸ Περσέως διατείνεται καὶ κεκηδεῦσθαι παρὰ τὸν χρυσοῦν Ἀπόλλωνα. Tum Augustinus Civ. XVII. c. 12. Aliqui sane et victum scribunt Liberum et vinctum, nonnulli et occisum in pugna a Perseo, nec ubi sepultus fuerit, tacent. Novissimus testis est Eustathius qui p. 989. 20. narrat Perseum Liberi occisione deorum sibi odium conflasse, eoque factum esse ut, quum omnibus rebus Hercule fuisset superior, non solum non majorem sed ne parem quidem assequeretur gloriam [pp] Thebis eum mortuum esse affirmat Caesarius Dial. II. Resp. CXII. p. 66. Gall. et in Bibl. Bign. p. 617. T. XI. P. II. ἐν τῇ Ἑρμοῦ πόλει τὸν Ἑρμῆν, ἐν δὲ Κύπρῳ τὴν Κύπριν κόπρῳ ἐν τάφῳ κειμένην, ἐν δὲ

ἕστεφον ὧραι, de Demarchi libro nono Dionysiacôn sumtos diceret; sunt vero Nonni L. IX. 11. Injuste ob hoc C. Barthius ad Stat. Theb. IX. p. 1005. T. II. Natalem fraudis accusat, codice MS. Malelae vel Excerptis, ut videtur, usum.

[pp] Schol. Vict. ad Il. Ξ. 319. τινὲς δέ φασι πλείονα Ἡρακλέους αὐτὸν (Perseum) εἰργασμένον οὐ τυχεῖν δόξης, ὅτι Διόνυσον ἀνεῖλεν εἰς τὴν Λερναίαν λίμνην ἐμβαλών. quae ad mysteria Lernaea spectare videntur diis inferis Cereri, Corae et Iaccho consecrata. Sed simultatum, quas Bacchus cum Perseo et Acrisio exercuit (v. Paus. II. 22. Ovid. Met. IV. 606.) fama antiquior videtur. Euphorionis versum, quem Schol. affert (Meinek. Fr. p. 186.) ὀθνεῖον Πέρσης λέων γε μὲν Εὐρυμέδοντα, sic emendandum puto: ὀθνεῖον Πέρσῃ τελέων γάμον Εὐρυμέδοντι, Acrisius scil. Perseo peregrinus nuptias (Andromedae) parans vel apparans, aut Cepheus aut Jupiter.

Θράκῃ Ἄρην τὸν τῆς ἀρᾶς ἐπώνυμον πρὸς τοῖς Καυσίοις [q] ὄρεσι Κρόνος, μᾶλλον δὲ ὄνος ὑπὸ τῶν ὄνων προσεκυνήθη, ἐν Θήβαις Διόνυσος, ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς μᾶλλον δὲ ἠρακλῆς [r]· ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸς ὁ ταῖς φρεσὶ νήπιος. Ἰλιεῖς τὸν Ἕκτορα μᾶλλον δὲ οὐδ᾽ ἀλέκτορα χρηστόν, οἱ ἐν Λεύκῃ τὸν ἴκαχον Ἀχιλλέα, Πόντιοι (leg. Ὀπούντιοι) τὸν πατραλοίαν Πάτροκλον, Ῥόδιοι τὸν εἰκημάχον Μακεδόνα —. Εἴ τις ἀκούειν βούλεται τοὺς ἐκείνων λήρους, πυθέσθω Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδου τῶν συγγραφέων τῆς ἐκείνων μυθοποιίας· quem locum adscripsi tum propter Orphei mentionem quamlibet vanam, tum quia documento est illi Ecclesiae doctores et quam periti fuerint Graecarum fabularum et quam faceti. In eandem sententiam congruit Clemens Recogn. X. 24. 594. **Jovis et filiorum ejus sepulcra manifestissime demonstrantur, Mercurii apud Hermopolin [rr] Cypriae Veneris apud Cyprum, Martis in Thracia, Liberi apud Thebas, ubi discerptus traditur etc.** Idem Hom. V. 23. 668. Κρόνου ἐν τοῖς Καυκασίοις

[q] *Καυκασίοις* Clemens Homil. VI. 23. 676. et Epiphan. Ancorat. c. XVIII. 108. *Διὸς τάφος ἐν Κρήτῃ· ἐν ὄρει Λασίῳ* (*Κασίῳ* fortasse homo imperitus scripsit) *δακτυλοδεικτεῖται·* tum narrat plures Jupiteres fuisse, quorum unus *ὁ καταταρταρώσας τὸν πατέρα ἐν τῷ Καυκασίῳ ὄρει, ὁ δὲ ἄλλος Λατιάριος, ἄλλος δε ὁ τραγῳδὸς ὁ καὶ τὴν χεῖρα καύσας* (*κλύσας*).

[r] Hic et in sequente *ἴκαχον* nescio quid acuminis lateat, nisi forte *μιερακλῆς*, ut passim illi nomen *ἱερεύς* irridendi causa in *μιερεύς* detorquent ab adject. *μιερός* pro *μιαρός*. v. Ducang. Gloss. Append. s. v.

[rr] In monte Libyae sepultum dicit Apulejus Herm. p. 99. ed. Elmenh. cf. Lutat. ad Theb. II. 63.

ὄρεσι τάφος [s] δείκνυται, ἐν τῇ Ἀχερουσίᾳ λίμνῃ Πλούτωνος καὶ Ποσειδῶνος [t], Ἡλίου δὲ ἐν Ἄτροις καὶ Σελήνης ἐν Κάῤῥαις, Διονύσου ἐν Θήβαις etc. Sed revertor in viam.

§. 38.

Numerum deorum principalium persenset Proclus in Tim. V. 303. ubi ex Platonis verbis πατήρ τε καὶ ποιητής non minus quam quatuor exsculpit deos: πατὴρ μὲν ὁ πρῶτος ἀπὸ τοῦ ἑνὸς (Chrono) προελθὼν Αἰθήρ, πατὴρ δὲ καὶ ποιητὴς ὁ κατὰ παράδειγμα θεός Ὅν τε Φάνητα πρωτόγονον μάκαρες κάλεον· ποιητὴς δὲ καὶ πατὴρ ὁ Ζεὺς, ὃς καὶ νῦν λέγεται δημιουργὸς ὑφ' ἑαυτοῦ, πατήρ τε ἔργων φαῖεν ἂν οἱ Ὀρφικοί· ποιητὴς δὲ μόνος ὁ τῆς μεριστῆς ἐστι δημιουργίας (Zagreus). Accuratius vero Syrianus, qui dii et quo ordine sibi successerint, ostendit ad Met. p: 114. a. ubi Aristotelis verba XIV. 301. οἱ ποιηταὶ οἱ ἀρχαῖοι ταύτῃ ὁμοίως, ᾗ βασιλεύειν καὶ ἄρχειν φασὶν οὐ τοὺς πρώτους οἷον Νύκτα καὶ Οὐρανὸν ἢ Χάος ἢ Ὠκεανὸν ἀλλὰ τὸν Δία· ἀλλὰ τούτοις μὲν διὰ τὸ μεταβάλλειν τοὺς ἄρχοντας τῶν ὄντων

[s] Plutarch. de Flumin. XIX. 1089. Saturnum in Gigantomachia victum ad Caucasum se recepisse tradit.

[t] Excidisse videtur ἐν Τήνῳ. Clemens Adm. p. 26. Ἀσκληπιὸς κεῖται κεραυνωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσουρίδος ὁρίοις· Φιλόχορος ἐν Τήνῳ Ποσειδῶνά φησι τιμᾶσθαι ἰατρὸν (unde isti colligunt medicum Tenium fuisse) Κρόνον δὲ ἐπικεῖσθαι (scr. ἀποκεῖσθαι ἐν) Σικελίᾳ. In Passione S. Philippi p. 446. Ruinart. Act. Sinc. Hercules in Ygiae monte combustus, Aesculapius in monte Cynosuridos fulminatus, ubi Phrygiae scribendum, nomen loci in Oeta, qui Pyra vocatur. v. Muncker. ad Hygin. p. 88.

συμβαίνει τὰ τοιαῦτα λέγειν, ἐπεὶ οἱ μεμιγμένοι αὐτῶν καὶ τῷ μὴ μυθικῶς ἅπαντα λέγειν, οἷον Φερεκύδης καὶ ἕτεροί τινες τὸ γεννῆσαν πρῶτον ἄριστον τιθέασιν· **hac nota perstrinxit, quam ut iisdem graecis verbis reddere possim, quibus ab illa perscripta est, effecit singularis Brandisii humanitas, qui hunc locum mea gratia excerpsit:** *Οὐδὲ ταῦτα (κατὰ) τὸ ἀληθὲς ἱστόρηται περὶ τῶν θεολόγων· ἐκεῖνοι γὰρ Νύκτα μὲν καὶ Οὐρανόν φασι βασιλεύειν καὶ πρὸ τούτων τὸν μέγιστον αὐτῶν πατέρα*

> *Τὸν τόθ' ἑλὼν διένειμε θεοῖς θνητοῖσί τε κόσμον* [a]
> *οὗ πρῶτος βασίλευσε περικλυτὸς Ἠρικεπαῖος* [b]

μεθ' ὃν ἡ Νὺξ

> *σκῆπτρον ἔχουσ' ἐν χερσὶν ἀριπρεπὲς Ἠρικεπαίου* [c]

μεθ' ἣν ὁ Οὐρανός,

> *ὃς πρῶτος βασίλευσε θεῶν μετὰ μητέρα Νύκτα.*

τὸ δὲ Χάος ὑπὲρ τὴν τοῦ βασιλεύοντός ἐστι σχέσιν. Τὸν δὲ Δία οὐ πρῶτον ἀλλὰ πέμπτον βασιλέα σαφῶς ὀνομάζουσιν οἱ πρὸς αὐτὸν παρὰ τῆς Νυκτὸς δοθέντες χρησμοί

> *Ἀθάνατον βασιλῆα θεῶν πέμπτον τε γενέσθαι* [d]

Ἡ πρωτίστη οὖν ἀρχὴ καὶ παρ' αὐτοῖς ἓν καὶ τἀγαθόν, μεθ' ἣν ἡ δυὰς ἡ κρείττων τοῦ βασιλεύειν,

[a] *Τοῖον ἑλὼν* rectius legitur in Galei libro, unde hos versus edidit Taylorus Classical Journ. T. XVII. p. 163. Vid. §. 7.

[b] *Ὃς πρῶτος* pro *οὗ* Galei margo. Versio latina Eriscepaei. PseudoAlexander *Ἠρικάπαιος*.

[c] *Ἀριπρεπές* quod in Syriani libro excidit, e PseudoAlexandro addidit Brandis.

[d] *Ἀθανάτων* rectius Gale; pro *τε*, quod hic omittit, *σέ* scribendum.

Αἰθὴρ μὲν καὶ Χάος κατὰ Πυθαγόραν. εἶτα τὰ πρώτιστα καὶ κρύφια τῶν θεῶν γένη, ἐφ' οἷς ὁ πρῶτος ἀναφανεὶς τῶν ὅλων πατὴρ καὶ βασιλεὺς, ὃν διὰ τοῦτο Φάνητα προςεῖπεν. Οὔτ' οὖν οἱ ἄριστοι τῶν φιλοσόφων ἀφίστανται τῶν θεολόγων, οὔθ' οἱ θεολόγοι τὰ δεύτερα δυνατώτερα καὶ ἀμείνω τῶν ἀρχηγικωτέρων φασὶν ἀλλὰ μία ἡ παρὰ πᾶσιν αὐτοῖς ἀλήθεια. Haec Simplicius, causae vanissimae patronus. De Saturno Coeli successore nullus relictus est versus, sed hoc detrimentum quadammodo compensat Proculus Tim. V. 291. *Τίνες οὖν αἱ Ὀρφικαὶ παραδόσεις; ἐπειδήπερ εἰς ταύτας ἀναφέρειν οἰόμεθα χρῆναι τὴν τοῦ Τιμαίου περὶ θεῶν διδασκαλίαν. Θεῶν βασιλέας παραδέδωκεν Ὀρφεὺς κατὰ τὸν τέλειον ἀριθμὸν τῶν ὅλων προεστηκότας, Φάνητα, Νύκτα, Οὐρανὸν, Κρόνον, Διόνυσον. Πρῶτος γὰρ ὁ Φάνης κατασκευάσας τὸ σκῆπτρον Καὶ πρῶτος βασιλεὺς (βασίλευσε) περίκλυτος Ἠρικεπαῖος. Δευτέρα δὲ ἡ Νὺξ δεξαμένη παρὰ τοῦ πατρός. Τρίτος δὲ ὁ Οὐρανὸς παρὰ τῆς Νυκτός, καὶ τέταρτος ὁ Κρόνος βιασάμενος τὸν πατέρα, καὶ πέμπτος ὁ Ζεὺς κρατήσας τοῦ πατρὸς, καὶ μετὰ τοῦτον ἕκτος ὁ Διόνυσος.* Idem vero in L. II. 93. ad illustrandam Platonis sententiam tantummodo tres numerat reges: *τοὺς παρὰ Πλάτωνι τρεῖς βασιλέας καὶ τοὺς παρ' Ὀρφεῖ τρεῖς, Φάνητα καὶ Οὐρανὸν καὶ Κρόνον.* Hermias quatuor p. 143. *τὰ τέσσαρα ταῦτα τὸ ἓν, τὸν Φάνητα, ὅπερ ἐστὶ πέρας τῶν νοητῶν θεῶν ἀρχὴ δὲ τῶν νοερῶν ἐξηρημένη, τὸν Δία, ὅς ἐστι τῶν ὑπερκοσμίων θεῶν βασιλεύς, τὸν*

Ἥλιον, ὃς βασιλεύς ἐστι τῶν αἰσθητῶν. Totidem sed alios inducit Olympiodorus ad Phaed. ap. Gesner. Fragm. p. 509. et Mustoxid. Anecd. p. 4. παρὰ τῷ Ὀρφεῖ τέσσαρες βασιλεῖαι παραδίδονται· πρώτη μὲν ἡ τοῦ Οὐρανοῦ, ἣν ὁ Κρόνος διεδέξατο ἐκτεμὼν τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρός· μετὰ δὲ τὸν Κρόνον ὁ Ζεὺς ἐβασίλευσε καταταρταρώσας τὸν πατέρα· εἶτα τὸν Δία διεδέξατο ὁ Διόνυσος. Hunc injuria reprehendit Werferus p. 131. ac si numerum ab Orpheo traditum imminuerit; hic vero alio loco alios deos regali ornavit titulo, eoque Platonicis arbitrium fecit numeri ad suam causam accommodandi. Neque solum in hoc discrepant sed etiam nomina deorum alia Proculus tradit, alia Hermias, neque eadem Michael Ephesius in Comm. ad Aristot. Met. l. c. αἰνίττεται τὸν Ὀρφέα· καὶ οὗτος γάρ φησιν ὅτι τὸ ἀγαθὸν καὶ ἄριστον ὕστερόν ἐστι τῶν ἄλλων — — καὶ ἐπεὶ πρῶτον μὲν κατ' Ὀρφέα τὸ Χάος, εἶθ' ὁ Ὠκεανὸς, τρίτον Νὺξ, τέταρτον Οὐρανὸς, εἶτ' ἀθανάτων βασιλεὺς ὁ Ζεύς etc. [*]. Proculus ipse in Crat. p. 59. Saturnum quartum regem appellans et Dionysum ultimum, satis ostendit sex ab Orpheo regnorum divinorum vicissitudines traditas esse.

§. 39.

De ἀνθρωπογονίᾳ quid statuerit Orpheus, sciri non potest. Veteres quidem poetae et philosophi

[*] Hunc locum Brandisio V. Cl. acceptum refero.

hanc quaestionem sejunxerunt ab origine et fabrica deorum, homines ut ceteros terrae marisque fetus naturae satu editos putantes [f]. Orphei quaedam singularis refertur sententia, humana corpora de Titanum cineribus conflata esse, sed utrum hoc ex animo crediderit an tantummodo ad declarandam deorum hominumque cognationem poetice finxerit, minus clare liquet. Nec satis explorata Chronographorum Byzantiorum fides Mosaicam doctrinam cum Orpheo communicantium. Malela IV. 31. [p. 91. Oxon.] et Cedrenus p. 58. A. illis quae supra transcripsimus §. 1. haec addunt: *τὸν δὲ ἄνθρωπον εἶπεν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ πλασθέντα ἐκ γῆς καὶ ψυχὴν ὑπ' αὐτοῦ λαβόντα λογικὴν, καθὼς Μωυσῆς ἐξέθετο.* Quibus quid pretii statuendum sit apparet e sequentibus: *Ὁ δὲ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἐν τῇ αὐτοῦ βίβλῳ συνέταξεν ὅτι διὰ τῶν τριῶν ὀνομάτων μιᾶς δὲ θεότητος τὰ πάντα ἐγένετο καὶ αὐτός ἐστι τὰ πάντα.* Haec ex diversis Cosmogoniae locis collecta sunt; trinitas ex iis, quae de Chrono, Aethere et Chao dicta sunt, pantheismus (ut quam brevissime dicam) e loco de Catapoai. His addunt: *Περὶ δὲ τοῦ ταλαιπώρου γένους τῶν ἀνθρώπων ἐξέθετο ποιητικοὺς στίχους πολλοὺς, ἀφ' ὧν εἰσιν οὗτοι*

Θῆρές τ' οἰωνοί τε βροτῶν τ' ἀλιτήρια φῦλα [g]
ἄχθεα γῆς, εἴδωλα τετυγμένα, μηδαμὰ μηδὲν [gg]

[f] v. Uckert Geograph. der Griechen und Römer Vol. II. P. I. p. 225.

[g] Vulgo *βροτῶν δ' ἀλιτώσια*, quod correxit Bentlej. Opusc. p. 457. Malel. *τελεῖτε οἷα φῦλα.*

[gg] Sic Bentl. pro vulg. *μὴ διὰ μηδέν*, quae Cedrenus omittit. Scaliger in Euseb. p. 5. *μήτε τι ἐσθλόν.* In Notis vero ad Manil. p.

εἰδότες, οὔτε κακοῖο πρὀςερχομένοιο νοῆσαι
φράδμονες, οὔτ' ἄποθεν μάλ' ἀποστρέψαι κακότητος,
οὔτ' ἀγαθοῦ παρεόντος ἐπιστρέψαι τε καὶ ἔρξαι
ἴδριες, ἀλλὰ μάτην ἀδαήμονες, ἀπρονόητοι.

Καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς στίχους ἐξέθετο ὁ αὐτὸς σοφώτατος Ὀρφεύς. Ταῦτα δὲ πάντα ἐξέθετο ὁ σοφώτατος Τιμόθεος ὁ χρονογράφος [h] *λέγων τὸν αὐτὸν Ὀρφέα πρὸ τοσούτων χρόνων εἰπόντα τριάδα ὁμοούσιον δημιουργῆσαι πάντα.* quod unde fluxerit, modo dictum est.

§. 40.

De Heroogonia, de cataclysmis et ceteris antiqui Cycli fabulis quid Orpheus tradiderit, nemo nobis nunciat, praeter pauca illa quae ad Dionysum pertinent Thebanum. De hoc Proculus in Tim. II. 124. *ἡ Ἵππα τοῦ παντὸς οὖσα ψυχὴ παρὰ τῷ Θεολόγῳ λίκνον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς θεμένη καὶ δράκοντι αὐτῷ* (scr. *αὐτὸ*) *περιστρέψασα* (*στέψασα*) *τὸ κραδιαῖον* (*κράδιον*), *ὑποδέχεται Διόνυσον. Ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ μηροῦ τοῦ Διὸς πρόεισιν εἰς αὐτὴν*

365. *θῆρες ἄναυδοι* supplet, totum locum a Manilio L. IV. 896. projecta jacent animalia muta in terras vel mersa vadis vel in aëre pendent, expressum putans, quae parum certa est conjectatio. Similior videtur sententia in Aur. Carm. v. 55.

Τλήμονες, οἵτ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὐκ ἐςορῶσιν
οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.

nec multum distat Mimnermi II. 4. *εἰδότες οὔτε κακὸν οὔτ' ἀγαθόν.* In versu quarto Scaliger emendat *οὔτ' ἐπιὸν* vel *οὔτε ποιὸν μάλ' ἀποστρέψαι.* Postremum Cedrenus sic variat: *ἀλλὰ μάτην οὕτως ἀδαήμονες*, omisso *ἴδριες*.

[h] De hoc Timotheo Labbeum, Caveum Diss. de Script. Eccl. II. p. 17. Dupinum aliosque frustra consului, qui partim nihil partim non plus respondent quam ex ipso Malela et Fragmento Hesychii, quod Hodius edidit in Prolegg., cognosci potest, chronographum christianum fuisse.

καὶ προελθὼν ἐπὶ τὸ νοητὸν αὐτὴν ἀνάγει καὶ τὴν ἑαυτοῦ πηγήν· ἐπείγεται γὰρ πρὸς τὴν Ἴδην. Διὸ καὶ συλλαμβάνεσθαι ἡ Ἵππα λέγεται τίκτοντι τῷ Διί.

— *τοῦτο δὲ ὅμοιον τῷ παρ' Ὀρφεῖ*
— — *γλυκερὸν δὲ τέκος Διὸς ἐξεκαλεῖτο.*

In hoc loco Schneiderus verissime emendavit *λίκνον* pro *λίκιον*, nec minus certa ratione *περιστέψασα* correximus et *κράδιον* i. e. craticula sive vannus, qua recens nati excipiebantur. Hanc Hippa circumplicat serpente, consueto cunarum ornamento, ut docet Euripidis narratio Ion. 20. moris hujus originem ab Erichthonio derivantis:

— — *κείνῳ γὰρ ἡ Διὸς κόρη*
φρουρὼ παραζεύξασα φύλακε σώματος
δισσὼ δράκοντε, παρθένοις Ἀγραυλίσιν
δίδωσι σώζειν· ἔνθεν Ἐρεχθείδαις ἐκεῖ
νόμος τίς ἐστιν ὄφεσιν ἐν χρυσηλάτοις
τρέφειν τέκνα —

quae tota moris antiqui interpretatio ad exemplum Hierologiarum directa est. De Hippa ipsa nihil afferre possum, praeter quod Orphei Hymnus XLIX. suppeditat

Ἵππαν κικλήσκω Βάκχου τροφὸν, εὐάδα κούρην
μυστιπόλον τελετῇσιν ἀγαλλομένην Σάβου ἁγνοῦ.
— — — — — — — — —
εἴτε σύγ' ἐν Φρυγίῃ κατέχεις Ἴδης ὄρος ἁγνὸν
ἢ Τμῶλος τέρπει σε —

unde patet eam Bacchi nutricem fuisse Idaeis religionibus consecratam e numero nympharum Phrygiarum, qualis Ma fuit[hh] et Misa. De eadem

[hh] Stephanus: *Μάσταυρα πόλις Λυδίας ἀπὸ τῆς Μᾶ. Μᾶ δὲ τῇ Ῥέᾳ εἵπετο, ᾗ παρέδωκε Ζεὺς Διόνυσον τρέφειν — ἐκαλεῖτο δὲ*

Hippa accipienda sunt Proculi verba in Tim. III. 200. ἔδει τὴν ψυχὴν νοῦ μετέχουσαν Διονυσιακοῦ καὶ, ὡς Ὀρφεύς φησιν, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρουσαν τὸν θεὸν διῃρῆσθαι κατ' ἐκεῖνον [1]. et p. 172. ἡ τοῦ παντὸς ψυχή — συνῆπται πρὸς τὸν νοῦν, ὃ δὴ κεφαλὴν αὐτῆς ὁ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ καὶ Ὀρφεὺς ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἵππας (sic) λόγοις προσωνόμασε. Subtilis Proculi interpretatio ab Orphei mente aliena est, qui quum illa scriberet, nihil aliud quam Licnophoriae causam reddere voluit ex historia dei ipsius repetitam, qui proprium nomen habet Λικνίτης cf. Millin. Monum. Ined. T. I. 163. et Licnophorarum ministerio colitur, quo defuncta Euanthe Baccha in Phalaeci Epigr. II. praeter alia pompae bacchicae instrumenta deo dedicat

καὶ κούφοιο βαρὺν τυπάνου βρόμον, ἠδὲ φορηθὲν
πολλάκι μιτροδέτου λίκνον ὕπερθε κόμης

Anall. T. I. 422. quibus aptissime explicantur

καὶ ἡ Ῥέα Μᾶ, quod est fortasse graecum μᾶ i. e. μήτηρ. Eadem dubitatio de Mise, utrum Cybele fuerit an Cybelae ministra. Orpheus H. XLII. ἄῤῥητον ἄνασσαν vocat perquam ambigue, Hesychius ab Schneidero allegatus: Μίσα τῶν περὶ τὴν Μητέρα τις, ἣν καὶ ὀμνύουσι· unde eadem esse videtur Midae mater: Μιδάθεος, οἱ ὑπὸ Μίδα βασιλευθέντες ἐσέβοντο καὶ ὤμνυον τὴν Μίδα θεὸν, ἥν τινες μητέρα αὐτοῦ ἐκτετιμῆσθαι λέγουσι. Quibus congruit quod Plutarchus V. Caes. IX. 368. Bonam deam dicit a Phrygibus Midae matrem perhiberi Graecos autem τῶν Διονύσου μητέρων τὴν ἄῤῥητον, quare etiam sacris ejus viros arceri, serpentes adhiberi multaque fieri περὶ τὴν ἱερουργίαν ὁμολογοῦντα τοῖς Ὀρφικοῖς. Haec sane obscuro quidem vinculo inter se contineri videntur. Mideam mulierem Phrygiam commemorat Apollodorus.

[1] Haec parum expedio. Proculus aperte loquitur de Hippa, hoc est, ut ipse interpretatur, anima menti subjecta, cujus septem partes (v. Plutarch. de Procr. An. c. XXXII. 324.) significari Dionysiaci corporis distractione. Ea vero Proserpinae filius periit, non is, quem Jupiter e femore edidit, Hippaque vanno excepit.

Procli verba ἢ Ἵππα λίκνον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς θεμένη, et quae deinceps de capite animae mundanae argutatur. Quoniam vero hoc nomine et vannus et cunae significantur, hinc duplex nata sacri moris interpretatio. Hesychius: Λικνίτης ἐπίθετον Διονύσου ἀπὸ τῶν λίκνων, ἐν οἷς τὰ παιδία κοιμῶνται. idque recepit Orpheus. Alii vero ventilabrum hoc animi quasi vannandi et a palearum adhaesu liberandi simulacrum esse voluerunt. Varro apud Servium ad Georg. I. 166. **Mystica vannus Iacchi ideo ait, quod Liberi Patris sacra ad purgationem animae pertinebant et sic homines ejus mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. Hinc est quod dicitur Osiridis membra a Typhone dilaniata Isis cribro superposuisse. Nam idem est Liber Pater, in cujus mysteriis vannus est, ab eo quod liberet dictus, quem Orpheus a Gigantibus dicit esse discerptum.** Orpheus vero neque Gigantes hoc fecisse dicit [k] neque animae purgandae Zagreum praeficit sed Semelae filium, cui hunc honorem atque provinciam Jupiter demandare videtur in versibus istis, quos Olympiodorus ad Plat. Phaedr. c. XXXII. Fisch. producit: ὁ Διόνυσος λύσεώς ἐστιν αἴτιος, διὸ καὶ λυσεὺς ὁ θεὸς καὶ Ὀρφεύς φησιν

Ἄνθρωποι δὲ τελήεσσας ἑκατόμβας
πέμψουσιν πάσῃσιν ἐν ὥραις ἀμφιέτεσσιν

[k] Recentiores mythographi non raro Gigantes et Titanes permutant, ut hoc loco Servius. Sed idem fecisse Pausaniam VIII. 8.

ὄργια (τ') ἐκτελέσουσι λύσιν προγόνων ἀθεμίστων
μαιόμενοι· σὺ δὲ τοῖσιν ἔχων κράτος, οὕς κ' ἐθέλῃσθα
λύσεις ἔκ τε πόνων χαλεπῶν καὶ ἀπείρονος οἴστρου.

quibus simillima est Jovis, ut videtur, oratio in fragmento hymni homerici in Bacchum, quod e cod. Mosq. edidit Ruhnkenius N. XXVII. s. XXXIV.

Καί σοι ἀναστήσουσιν ἀγάλματα πόλλ' ἐνὶ νηοῖς,
ὡς δὲ τὰ μὲν τρία σοι πάντως τριετηρίσιν αἰεὶ
ἄνθρωποι ῥέξουσι τεληέσσας ἑκατόμβας.

De animarum autem ventilatione aliquid dixisse Orpheum ex hac quoque Servii adnotatione ad Georg. II. 389. colligi potest: Quum Erigone laqueo se interfecisset — Atheniensibus morbus immissus est talis, ut eorum virgines furore quodam compellerentur ad laqueum [l]. Responditque oraculum sedari pestilentiam, si Erigones et Icari cadavera requirerentur, quae quum nusquam invenirentur, Athenienses — suspenderunt de arboribus funem, ad quem se tenentes homines huc atque illuc agitabantur [m]. Sed quum inde plerique caderent, inventum est, ut formas vel

illosque Onomacriti Titanes potius Gigantes dicendos fuisse, Vossio Ep. Myth. LXX. 303. non concesserim.

[l] Polyaenus VIII. 63. et Gellius N. A. XV. 10. furore correptas refert.

[m] Similis lusus in sacris Liberalibus *Σκαπέρδα* dictus a Polluce describitur, suspendiosis parentari oscillis Varro tradit Fr. p. 347. *Κύριόν ἐστιν ὄνομα ἡ αἰώρα γυναικὸς ἀπαγξαμένης* (imo nomen cantilenae *ἐπὶ τιμῇ γυναικός*) Eustath. 389. 43. Hesychius: *Αἰώρα ἑορτὴ Ἀθήνῃσιν ἣν οἱ μὲν ἐπὶ Τημαλέου τυράννου θύειν φασίν. οἱ δὲ ἐπὶ Κλυταιμνήστρας καὶ Αἰγίσθου, οἱ δὲ ἐπὶ Ἠριγόνῃ Ἀλήτιδι τῇ Ἰκάρου.* scribendum videtur *ἐπὶ τιμῇ Μαλέου Τυῤῥηνοῦ.* Lutatius ad Theb. IV. 224. Maleus Tusculorum rex, qui primus tibiam invenit — Apollinem Maleoticum de suo vocabulo et mon-

personas facerent et pro se moverent, unde et oscilla dicta sunt. Alii dicunt oscilla membra esse virilia de floribus facta, quae suspendebantur per intercolumnia, ita ut in ea homines acceptis clausis personis impingerent et ea ore cillerent, ad risum populo movendum. Et hoc in Orpheo lectum est. Prudentioribus tamen illud placet, sacra Liberi Patris ad purgationem animae pertinere; omnis enim purgatio aut per aërem fit aut per ignem aut per aquam. Et ad Aen. VI. 741. In sacris Liberi omnibus tres sunt istae purgationes, aut taeda et sulphure purgantur aut aqua abluuntur aut aëre ventilantur, quod erat in sacris Liberi.

§. 41.

Fabulas illas turpiculas de Rheae vel Cereris et Proserpinae cum Jove concubitu e sacris Phrygiis derivatas esse ostendit Clementis criminatio,

tem ipsum Maleam nominavit. A Tyrrhenis autem tibia inventa, Tusculum conditum dicitur. Apollinis Maleatae meminit Pausanias II. 26. conditoris Stephanus s. *Λιθήσιος ὁ Ἀπόλλων, ἐν τῷ Μαλέᾳ λίθῳ προσιδρυμένος ἐκεῖ.* ubi genitivus *Μαλέα* restituendus. Schol. Ambr. ad Od. III. 296. *γράφεται καὶ Μαλέου* (Eustath. p. 1469. 12. *Μαλείου*) *λίθος.* Hunc igitur Maleum sive Maleam vel congenerem ejus a rerum Atticarum scriptoribus, quos Hesychius compilavit, significatum esse suspicor. Strabo V. 226. memorat regiam *Μαλαιώτου Πελασγοῦ, ὃν φασι δυναστεύσαντα ἐν τοῖς τόποις μετὰ τῶν συνοίκων Πελασγῶν ἀπελθεῖν εἰς Ἀθήνας.* Quod Erigone Aegisthi et Clytaemnestrae filia sub Demophonte Athenas venisse dicitur in Chron. Par. Ep. 26. congruit cum iis quae de Choorum institutione alibi retulimus.

haec flagitia summatim perstringentis Cohort. I. 2. 12. **Denudabo**, inquit, **foeditatem orgiorum et mysteriorum, quorum illa a Cereris in Jovem ira, haec a scelere in Liberum commisso** (*ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος περὶ τὸν Διόνυσον μύσους*) **denominata sunt**: *Διόνυσον Μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεωνομίας τῶν φόνων ἐστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν, ὀλολύζοντες Εὐὰν — Δηὼ δὲ καὶ Κόρη δρᾶμα ἤδη ἐγενέσθην μυστικὸν καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἁρπαγὴν αὐταῖν Ἐλευσὶς δᾳδουχεῖ — Ὄλοιτο οὖν ὁ τῆςδε ἄρξας τῆς ἀπάτης, εἴτε Δάρδανος ὁ Μητρὸς θεῶν καταδείξας τὰ μυστήρια, εἴτε Ἠετίων ὁ τὰ Σαμοθρᾴκια ὄργια καὶ τελετὰς ὑποστησάμενος, εἴτε ὁ Φρὺξ ἐκεῖνος ὁ Μίδας, ὁ παρὰ τοῦ Ὀδρύσου μαθών.* Quo loco Melampi quidem obliviscitur, Cereris solemnia ex Aegypto advexisse crediti; deinde plura cujusque generis specimina proponit, quorum ego tantummodo summas excerpam: *Δηοῦς μυστήρια καὶ* (leg. *αἱ*) *Διὸς πρὸς μητέρα Δήμητρα ἀφροδίσιοι συμπλοκαὶ καὶ μῆνις τῆς Δηοῦς, ἧς δὴ χάριν Βριμὼ προςαγορευθῆναι λέγεται* — [a] *ἱκετηρίαι Διὸς καὶ πόμα χολῆς καὶ καρδιουλκίαι καὶ ἀῤῥητουργίαι* [b]. *ταῦτα οἱ Φρύγες*

[a] *Τὸ τῆς Ῥέας ἢ τῆς Κυβέλης ἢ τῆς Βριμοῦς ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃς ὀνομάζειν* Theodoret. Therap. Disp. I. 699. T. IV.

[b] Haec perobscura sunt; *καρδιουλκία* interpretantur **cordis exemtio**, quod aptum esset, si Zagrei nex narraretur; huic loco non video qui conveniat. *Καρδιουλκεῖν*, *καρδιουργεῖν*, *καρδιοῦσθαι* et *ὁσιουργεῖν* Suidas, Hesychius, Etym. M. et Anecd. Bekk. p. 275. eodem fere modo explicant de extorum prosectu, fere ut latinum **fissiculare** dicitur ad Martian. Cap. L. I. p. 5. Taubmann. ad Plaut.

τελίσκουσιν Ἄττιδι καὶ Κυβέλῃ καὶ Κορύβασι — Τεθρυλλήκασι δὲ, ὡς ἄρα ἀποσπάσας ὁ Ζεὺς τοῦ κριοῦ τοὺς διδύμους ἐν μέσοις ἔῤῥιψε τοῖς κόλποις τῆς Δηοῦς, τιμωρίαν ψευδῆ τῆς βιαίας συμπλοκῆς ἐκτιννύων, ὡς ἑαυτὸν δῆθεν ἐκτεμών (p. 13.) — — Κύει μὲν ἡ Δημήτηρ, ἀνατρέφεται δὲ ἡ Κόρη, μίγνυται δ᾽ αὖθις ὁ γεννήσας τῇ Φεῤῥεφάττῃ δράκων γενόμενος. Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον ὁ διὰ κόλπου θεός· δράκων δ᾽ ἐστὶν οὗτος διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων. Κύει καὶ ἡ Φεῤῥέφαττα παῖδα ταυρόμορφον· ἀμέλει φησί τις ποιητὴς εἰδωλικός Ταῦρος δράκοντος καὶ δράκων ταύρου πατήρ, ἐν ὄρει τὸ κρύφιον βουκόλος τὸ κέντρον [e]. **His infulcit**

p. 218. Vossius Aristarch. V. c. 46. sed hoc ad aruspicum artem pertinet, quos Plinius XI. 71. sero demum post Ol. CXXVI. cor inspicere coepisse tradit.

[e] Pro *ἐν ὄρει τό* nescio quid proponi possit praeter *ἐνερείδει*, nec liquet addita a Clemente interpretatio: *βουκολικὸν οἶμαι τὸ κέντρον τὸν νάρθηκα ἐπικαλῶν, ὃν δὴ κάλον* (sic) *ἀναστρέφουσιν αἱ Βάκχαι.* ubi plura excidisse videntur v. c. *βουκόλον οἶμαι τὸν Βάκχον, κέντρον τὸν νάρθηκα ἐπικαλῶν δῆτα, ὃν* — etc. Haec qui solverit, protinus se accingat ad alterum poetae sacri nodum in Firmici de Err. Prof. p. 413. ubi de Mithriacis disserit: Virum abactorem boum colentes, sacra ejus ad ignis transferunt potestatem, sicut propheta ejus nobis tradidit dicens *Μιχτα βοομιστα χυ.... ο.... κλοπιης... δετε πατρὸς ἀγαυοῦ.* de quo loco interrogatus Scaliger, ut saltem aliquid responderet, respondit sic corrigi posse: *Μυκήταο* (*μυκητᾶο* ille, ni fallor, scripsit) *βοὸς μύσται — Κύκλα βοοκλοπίης συναείδετε* (non *συναείδατε*) *πατρὸς ἀγαυοῦ*, ubi *κύκλα βοοκλοπίης* significare festum in orbem rediens, quod nemo credet. Ex hac ludicra et araneosa conjectura, quam dudum rejecit Gronovius, Grotefendius in Amalthea Boettigerana II. 106. longum contexuit de cyclis et orbibus sermonem, in quo ne mica quidem veri inest, et porro Osanno persuasit ut nomen *βοοκλοπίη*, tanquam Firmici auctoritate munitum, Lexicographis offerret Auctar. p. 42. quanquam fatetur, hunc versum, quem Grotefendius ex Jul. Firmici Astronomicon libris repetit, frustra se quaesiisse in Aldina. Nimirum quae Christianus ille scripsit de Errore profanarum religionum, non leguntur in libris Astronomicorum ab homine gentili editis.

Proserpinae raptum et sues Eubulei terrae voragine haustas, quorum omnium imaginem mulieres repraesentare in solemnibus oppidatim institutis, Thesmophoriis, Scirophoriis. Postremo Orphei versus de Bacchi crepundiis et violenta morte profert et scurrilem Baubus jocum ab eodem poeta memoriae proditum; quo probabilior existit conjectatio in prioribus quoque exemplis plura esse ex Orpheo repetita. Neque obscurum est in Argonauticorum prooemio, ubi ille carminum suorum argumenta percenset, Theogoniae Orphicae quasi formam delineari tum in priore parte, quam supra §. 5. exhibuimus, tum in sequentibus:

Βριμοῦς εὐδυνάτοιο γονὰς ἠδ' ἔργ' ἀΐδηλα
Γηγενέων, οἳ λυγρὸν ἀπ' Οὐρανοῦ ἐστάξαντο
σπέρμα γονῆς, τό τε πρόσθεν ὅθεν γένος ἐξεγένοντο
θνητῶν, οἳ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον αἰὲν ἔασι.
θητείαν τε Ζηνὸς ὀρεσσιδρόμου τε λατρείαν
μητρός, ἅ τ' ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν μητίσατο κούρην
Φερσεφόνην περὶ πατρὸς ἀμαιμακέτου Κρονίωνος.
Μήλου τε καὶ Ἡρακλέους περίφημον ἄμυξιν,
ὄργιά τ' Ἰδαίων, Κορυβάντων τ' ἄπλετον ἰσχύν
Δήμητρός τε πλάνην καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος,
θεσμοφόρος θ' ὡς ἦν, ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων
χρησμούς τ' ἀῤῥήτους Νυκτὸς περὶ Βάκχου ἄνακτος
Λῆμνόν τε ζαθέην ἠδ' εἰναλίην Σαμοθρᾴκην
αἰπεινήν τε Κύπρον καὶ Ἀδωναίην Ἀφροδίτην,
ὄργια Πραξιδίκης καὶ ἀρείνης μητρὸς Ἀθήνης
θρήνους τ' Αἰγυπτίων καὶ Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα [d].

Hoc loco manifestum quidem est poetam carmi-

[d] In v. 10. *φρικώδεα κῆλα πίφαυσκον θνητοῖς ἀνθρώποισι ἄκη μετὰ δ' ὄρκια μύσταις.* tentabundus conjectabam *ἄγη μεγάλ' ὀργιομύσταις.* Suidas: *Ἄγος τὸ ἄξιον σεβάσματος καὶ ἄγη τὰ μυστήρια.*

num, quae tum maxime Orphei nomine clarerent, argumenta capitulatim describere voluisse, sed utrum plura diversi generis poemata an illud primarium opus de rerum ortu inscriptum ob oculos habuerit, dijudicari vix poterit. Quoniam vero quae antecedunt maximam habent cum Theogoniae argumento similitudinem, cetera quoque huc referri licebit, sin minus omnia, certe pleraque et maxime illos *χρησμοὺς Νυκτὸς περὶ Βάκχου ἄνακτος*, hoc est de sexto rege Jovem subsequuturo (v. §. 38.) et quae de hominum ortu dicuntur (v. §. 35.) Brimo quidem Rhea esse videtur [*]. Terrigenae Gigantes, qui ex Urani exsecti sanguine procreati sunt, *ἀπ᾽ Οὐρανοῦ ἐστάξαντο λυγρὸν σπέρμα γονῆς* i. e. destillarunt a Coelo, tetrum ab inguine virus. De sequenti versu et servitute Jovis consilium non suppetit; Jovis quoddam supplicium indicari videtur incestum matris voluntario servitio expiantis, quo sumto *λατρεία Μητρός* (nisi forte *ἀλιτρεία* violatio scribendum) erit servitus apud Matrem; si ille *μνηστείαν τε Ζηνὸς ὀρεσσιδρόμοιό τ᾽ ἀλητύν* scripsisset, nemo haereret. Natam ex incestu Proserpinam Rhea, quae eadem est Ceres, adversus patris libidinosi insidias vindicatura abscondidit multisque praesidiis, quae Nonnus enarrat circumsepsit; quo pertinere arbitror quae proximo versu dicuntur *ἅ τ᾽ ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν μητίσατο κούρην*. Hoc vero loco nullam fieri de Zagreo Proserpinae filio mentionem jam dudum miratus nomen *Ἡρα-*

[*] Terram significari putat Sellius Observ. c. 18. p. 181.

κλῆος, quod hic importune intermiscetur, in suspicionem vocare coepi, nec jam dubito quin verum tetigerim, sive poeta ita scripserit:

Περσεφόνην πέρι· Πατρὸς ἀμαιμακέτου Κρονίωνος
μειλιχίην, καὶ Ζαγρῆος περίφημον ἄμυξιν

sive simili quodam modo. Nomine *μειλιχίη*, quod a tralaticia scriptura *Μήλου* seu *Μήχου* non nimis distat, significari potest placatio, deprecatio, qua stuprator iram matris lenire studuit, quod eum violata Rhea fecisse testatur Clemens. Hermannus *Εὐβούλου τε καὶ Ἡρακλέους* corrigens poetam de Herculis et Plutonis pugna loqui censet, cui hoc obstare videtur, quod in illo prooemii loco carminum Orphicorum, quae tunc temporis noscebantur, argumenta exponi apparet, Herculis autem res gestas ab Orpheo perscriptas esse non constat, neque omnino veri simile est, Argonauticorum scriptorem, si carmen ejusmodi heroicum cognitum habuisset, id hoc loco, quo de Cerere et Proserpina loqui instituit, interrupta temporum serie commemoraturum fuisse. Quemadmodum autem in Theogonia Orphica compressionem Proserpinae et Zagrei partum ejusdem deae raptus subsequitur, ita prooemii auctor uno interjecto versu, quo Corybantum et Idaeorum Dactylorum mentio continetur illi narrationi conjunctissima, continuo addit

Δήμητρός τε πλάνην καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος.

Quanquam hanc fabulam singulari Orphei carmine expositam fuisse Justinus nos docet Cohort. XVI. 81. (17.) *τοῦ Ὀρφέως*

καὶ προελθὼν ἐπὶ τὸ νοητὸν αὐτὴν ἀνάγει καὶ τὴν ἑαυτοῦ πηγήν· ἐπείγεται γὰρ πρὸς τὴν Ἴδην. Διὸ καὶ συλλαμβάνεσθαι ἡ Ἵππα λέγεται τίκτοντι τῷ Διί.

— τοῦτο δὲ ὅμοιον τῷ παρ' Ὀρφεῖ
— — γλυκερὸν δὲ τέκος Διὸς ἐξεκαλεῖτο.

In hoc loco Schneiderus verissime emendavit *λίκνον* **pro** *λίκιον*, **nec minus certa ratione** *περιστέψασα* **correximus et** *κράδιον* **i. e. craticula sive vannus, qua recens nati excipiebantur. Hanc Hippa circumplicat serpente, consueto cunarum ornamento, ut docet Euripidis narratio Ion. 20. moris hujus originem ab Erichthonio derivantis:**

— — κείνῳ γὰρ ἡ Διὸς κόρη
φρουρὰ παραζεύξασα φύλακε σώματος
δισσὼ δράκοντε, παρθένοις Ἀγραυλίσιν
δίδωσι σώζειν· ἔνθεν Ἐρεχθείδαις ἐκεῖ
νόμος τίς ἐστιν ὄφεσιν ἐν χρυσηλάτοις
τρέφειν τέκνα —

quae tota moris antiqui interpretatio ad exemplum Hierologiarum directa est. De Hippa ipsa nihil afferre possum, praeter quod Orphei Hymnus XLIX. suppeditat

Ἵππαν κικλήσκω Βάκχου τροφὸν, εὐάδα κούρην
μυστιπόλον τελετῇσιν ἀγαλλομένην Σάβου ἁγνοῦ.
— — — — — — — — —
εἴτε σύγ' ἐν Φρυγίῃ κατέχεις Ἴδης ὄρος ἁγνόν
ἢ Τμῶλος τέρπει σε —

unde patet eam Bacchi nutricem fuisse Idaeis religionibus consecratam e numero nympharum Phrygiarum, qualis Ma fuit[hh] et Misa. De eadem

[hh] Stephanus: *Μάσταυρα πόλις Λυδίας ἀπὸ τῆς Μᾶ. Μᾶ δὲ τῇ Ῥέᾳ εἵπετο, ᾗ παρέδωκε Ζεὺς Διόνυσον τρέφειν — ἐκαλεῖτο δὲ*

Hippa accipienda sunt Proculi verba in Tim. III. 200. ἔδει τὴν ψυχὴν νοῦ μετέχουσαν Διονυσιακοῦ καὶ, ὥς Ὀρφεύς φησιν, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρουσαν τὸν θεὸν διῃρῆσθαι κατ᾽ ἐκεῖνον[1]. et p. 172. ἡ τοῦ παντὸς ψυχή — συνῆπται πρὸς τὸν νοῦν, ὃ δὴ κεφαλὴν αὐτῆς ὁ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ καὶ Ὀρφεὺς ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἵππας (sic) λόγοις προςωνόμασε. Subtilis Proculi interpretatio ab Orphei mente aliena est, qui quum illa scriberet, nihil aliud quam Licnophoriae causam reddere voluit ex historia dei ipsius repetitam, qui proprium nomen habet Λικνίτης cf. Millin. Monum. Ined. T. I. 163. et Licnophorarum ministerio colitur, quo defuncta Euanthe Baccha in Phalaeci Epigr. II. praeter alia pompae bacchicae instrumenta deo dedicat

καὶ κούφοιο βαρὺν τυπάνου βρόμον, ἠδὲ φορηθὲν
πολλάκι μιτροδέτου λίκνον ὕπερθε κόμης

Anall. T. I. 422. quibus aptissime explicantur

καὶ ἡ Ῥέα Μᾶ, quod est fortasse graecum μᾶ i. e. μήτηρ. Eadem dubitatio de Mise, utrum Cybele fuerit an Cybelae ministra. Orpheus H. XLII. ἄῤῥητον ἄνασσαν vocat perquam ambigue, Hesychius ab Schneidero allegatus: Μίσα τῶν περὶ τὴν Μητέρα τις, ἣν καὶ ὀμνύουσι· unde eadem esse videtur Midae mater: Μιδάθεος, οἱ ὑπὸ Μίδα βασιλευθέντες ἐσέβοντο καὶ ὤμνυον τὴν Μίδα θεὸν, ἣν τινες μητέρα αὐτοῦ ἐκτετιμῆσθαι λέγουσι. Quibus congruit quod Plutarchus V. Caes. IX. 368. Bonam deam dicit a Phrygibus Midae matrem perhiberi Graecos autem τῶν Διονύσου μητέρων τὴν ἄῤῥητον, quare etiam sacris ejus viros arceri, serpentes adhiberi multaque fieri περὶ τὴν ἱερουργίαν ὁμολογοῦντα τοῖς Ὀρφικοῖς. Haec sane obscuro quidem vinculo inter se contineri videntur. Mideam mulierem Phrygiam commemorat Apollodorus.

[1] Haec parum expedio. Proculus aperte loquitur de Hippa, hoc est, ut ipse interpretatur, anima menti subjecta, cujus septem partes (v. Plutarch. de Procr. An. c. XXXII. 824.) significari Dionysiaci corporis distractione. Ea vero Proserpinae filius periit, non is, quem Jupiter e femore edidit, Hippaque vanno excepit.

Proculi verba ἡ Ἵππα λίκνον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς θεμένη, et quae deinceps de capite animae mundanae argutatur. Quoniam vero hoc nomine et vannus et cunae significantur, hinc duplex nata sacri moris interpretatio. Hesychius: Λικνίτης ἐπίθετον Διονύσου ἀπὸ τῶν λίκνων, ἐν οἷς τὰ παιδία κοιμῶνται. idque recepit Orpheus. Alii vero ventilabrum hoc animi quasi vannandi et a palearum adhaesu liberandi simulacrum esse voluerunt. Varro apud Servium ad Georg. I. 166. **Mystica vannus Iacchi ideo ait, quod Liberi Patris sacra ad purgationem animae pertinebant et sic homines ejus mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. Hinc est quod dicitur Osiridis membra a Typhone dilaniata Isis cribro superposuisse. Nam idem est Liber Pater, in cujus mysteriis vannus est, ab eo quod liberet dictus, quem Orpheus a Gigantibus dicit esse discerptum.** Orpheus vero neque Gigantes hoc fecisse dicit [k] neque animae purgandae Zagreum praeficit sed Semelae filium, cui hunc honorem atque provinciam Jupiter demandare videtur in versibus istis, quos Olympiodorus ad Plat. Phaedr. c. XXXII. Fisch. producit: ὁ Διόνυσος λύσεώς ἐστιν αἴτιος, διὸ καὶ λυσεὺς ὁ θεὸς καὶ Ὀρφεύς φησιν

Ἄνθρωποι δὲ τεληέσσας ἑκατόμβας
πέμψουσιν πάσῃσιν ἐν ὥραις ἀμφιέτεσσιν

[k] Recentiores mythographi non raro Gigantes et Titanes permutant, ut hoc loco Servius. Sed idem fecisse Pausaniam VIII. 8.

ὄργια (τ') ἐκτελέσουσι λύσιν προγόνων ἀθεμίστων
μαιόμενοι· σὺ δὲ τοῖσιν ἔχων κράτος, οὓς κ' ἐθέλῃσθα
λύσεις ἔκ τε πόνων χαλεπῶν καὶ ἀπείρονος οἴστρου.

quibus simillima est Jovis, ut videtur, oratio in fragmento hymni homerici in Bacchum, quod e cod. Mosq. edidit Ruhnkenius N. XXVII. s. XXXIV.

Καί σοι ἀναστήσουσιν ἀγάλματα πόλλ' ἐνὶ νηοῖς,
ὡς δὲ τὰ μὲν τρία σοι πάντως τριετηρίσιν αἰεὶ
ἄνθρωποι ῥέξουσι τεληέσσας ἑκατόμβας.

De animarum autem ventilatione aliquid dixisse Orpheum ex hac quoque Servii adnotatione ad Georg. II. 389. colligi potest: Quum Erigone laqueo se interfecisset — Atheniensibus morbus immissus est talis, ut eorum virgines furore quodam compellerentur ad laqueum [l]. Responditque oraculum sedari pestilentiam, si Erigones et Icari cadavera requirerentur, quae quum nusquam invenirentur, Athenienses — suspenderunt de arboribus funem, ad quem se tenentes homines huc atque illuc agitabantur [m]. Sed quum inde plerique caderent, inventum est, ut formas vel

illosque Onomacriti Titanes potius Gigantes dicendos fuisse, Vossio Ep. Myth. LXX. 303. non concesserim.

[l] Polyaenus VIII. 63. et Gellius N. A. XV. 10. furore correptas refert.

[m] Similis lusus in sacris Liberalibus *Σκαπέρδα* dictus a Polluce describitur, suspendiosis parentari oscillis Varro tradit Fr. p. 347. *Κύριόν ἐστιν ὄνομα ἡ αἰώρα γυναικὸς ἀπαγξαμένης* (imo nomen cantilenae *ἐπὶ τιμῇ γυναικός*) Eustath. 389. 43. Hesychius: *Αἰώρα ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἣν οἱ μὲν ἐπὶ Τημαλέου τυράννου θύειν φασίν. οἱ δὲ ἐπὶ Κλυταιμνήστρας καὶ Αἰγίσθου, οἱ δὲ ἐπὶ Ἠριγόνῃ Ἀλήτιδι τῇ Ἰκάρου.* scribendum videtur *ἐπὶ τιμῇ Μαλέου Τυῤῥηνοῦ.* Lutatius ad Theb. IV. 224. Maleus Tusculorum rex, qui primus tibiam invenit — Apollinem Maleoticum de suo vocabulo et mon-

personas facerent et pro se moverent, unde et oscilla dicta sunt. Alii dicunt oscilla membra esse virilia de floribus facta, quae suspendebantur per intercolumnia, ita ut in ea homines acceptis clausis personis impingerent et ea ore cillerent, ad risum populo movendum. Et hoc in Orpheo lectum est. Prudentioribus tamen illud placet, sacra Liberi Patris ad purgationem animae pertinere; omnis enim purgatio aut per aërem fit aut per ignem aut per aquam. Et ad Aen. VI. 741. In sacris Liberi omnibus tres sunt istae purgationes, aut taeda et sulphure purgantur aut aqua abluuntur aut aëre ventilantur, quod erat in sacris Liberi.

§. 41.

Fabulas illas turpiculas de Rheae vel Cereris et Proserpinae cum Jove concubitu e sacris Phrygiis derivatas esse ostendit Clementis criminatio,

tem ipsum Maleam nominavit. A Tyrrhenis autem tibia inventa, Tusculum conditum dicitur. Apollinis Maleatae meminit Pausanias II. 26. conditoris Stephanus s. *Λιθήσιος ὁ Ἀπόλλων, ἐν τῷ Μαλέᾳ λίθῳ προσιδρυμένος ἐκεῖ.* ubi genitivus *Μαλέα* restituendus. Schol. Ambr. ad Od. III. 296. *γράφεται καὶ Μαλέου* (Eustath. p. 1469. 12. *Μαλείου*) *λίθος*. Hunc igitur Maleum sive Maleam vel congenerem ejus a rerum Atticarum scriptoribus, quos Hesychius compilavit, significatum esse suspicor. Strabo V. 226. memorat regiam *Μαλαιώτου Πελασγοῦ, ὅν φασι δυναστεύσαντα ἐν τοῖς τόποις μετὰ τῶν συνοίκων Πελασγῶν ἀπελθεῖν εἰς Ἀθήνας.* Quod Erigone Aegisthi et Clytaemnestrae filia sub Demophonte Athenas venisse dicitur in Chron. Par. Ep. 26. congruit cum iis quae de Choorum institutione alibi retulimus.

haec flagitia summatim perstringentis Cohort. I. 2. 12. **Denudabo**, inquit, **foeditatem orgiorum et mysteriorum, quorum illa a Cereris in Jovem ira, haec a scelere in Liberum commisso** (*ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος περὶ τὸν Διόνυσον μύσους*) **denominata sunt**: *Διόνυσον Μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεωνομίας τῶν φόνων ἐστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν, ὀλολύζοντες Εὐὰν — Δηὼ δὲ καὶ Κόρη δρᾶμα ἤδη ἐγενέσθην μυστικὸν καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἁρπαγὴν αὐταῖν Ἐλευσὶς δᾳδουχεῖ — Ὄλοιτο οὖν ὁ τῆςδε ἄρξας τῆς ἀπάτης, εἴτε Δάρδανος ὁ Μητρὸς θεῶν καταδείξας τὰ μυστήρια, εἴτε Ἠετίων ὁ τὰ Σαμοθρᾴκια ὄργια καὶ τελετὰς ὑποστησάμενος, εἴτε ὁ Φρὺξ ἐκεῖνος ὁ Μίδας, ὁ παρὰ τοῦ Ὀδρύσου μαθών*. Quo loco Melampi quidem obliviscitur, Cereris solemnia ex Aegypto advexisse crediti; deinde plura cujusque generis specimina proponit, quorum ego tantummodo summas excerpam: *Δηοῦς μυστήρια καὶ* (leg. *αἱ*) *Διὸς πρὸς μητέρα Δήμητρα ἀφροδίσιοι συμπλοκαὶ καὶ μῆνις τῆς Δηοῦς, ἧς δὴ χάριν Βριμὼ προςαγορευθῆναι λέγεται* — [a] *ἱκετηρίαι Διὸς καὶ πόμα χολῆς καὶ καρδιουλκίαι καὶ ἀῤῥητουργίαι* [b]. *ταῦτα οἱ Φρύγες*

[a] *Τὸ τῆς Ῥέας ἢ τῆς Κυβέλης ἢ τῆς Βριμοῦς ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃς ὀνομάζειν* Theodoret. Therap. Disp. I. 699. T. IV.

[b] Haec perobscura sunt; *καρδιουλκία* interpretantur **cordis exemtio**, quod aptum esset, si Zagrei nex narraretur; huic loco non video qui conveniat. *Καρδιουλκεῖν*, *καρδιουργεῖν*, *καρδιοῦσθαι* et *ὁσιουργεῖν* Suidas, Hesychius, Etym. M. et Anecd. Bekk. p. 275. eodem fere modo explicant de extorum prosectu, fere ut latinum **fissiculare** dicitur ad Martian. Cap. L. I. p. 5. Taubmann. ad Plaut.

τελίσκουσιν Ἄττιδι καὶ Κυβέλῃ καὶ Κορύβασι — Τεθρυλλήκασι δὲ, ὡς ἄρα ἀποσπάσας ὁ Ζεὺς τοῦ κριοῦ τοὺς διδύμους ἐν μέσοις ἔῤῥιψε τοῖς κόλποις τῆς Δηοῦς, τιμωρίαν ψευδῆ τῆς βιαίας συμπλοκῆς ἐκτιννύων, ὡς ἑαυτὸν δῆθεν ἐκτεμών (p. 13.) — — Κύει μὲν ἡ Δημήτηρ, ἀνατρέφεται δὲ ἡ Κόρη, μίγνυται δ' αὖθις ὁ γεννήσας τῇ Φεῤῥεφάττῃ δράκων γενόμενος. Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον ὁ διὰ κόλπου θεός· δράκων δ' ἐστὶν οὗτος διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων. Κύει καὶ ἡ Φεῤῥέφαττα παῖδα ταυρόμορφον· ἀμέλει φησί τις ποιητὴς εἰδωλικός Ταῦρος δράκοντος καὶ δράκων ταύρου πατήρ, ἐν ὄρει τὸ κρύφιον βουκόλος τὸ κέντρον [e]. His infulcit

p. 218. Vossius Aristarch. V. c. 46. sed hoc ad aruspicum artem pertinet, quos Plinius XI. 71. sero demum post Ol. CXXVI. cor inspicere coepisse tradit.

[e] Pro ἐν ὄρει τό nescio quid proponi possit praeter ἐνερείδει, nec liquet addita a Clemente interpretatio: βουκολικὸν οἶμαι τὸ κέντρον τὸν νάρθηκα ἐπικαλῶν, ὃν δὴ κάλον (sic) ἀναστρέφουσιν αἱ Βάκχαι. ubi plura excidisse videntur v. c. βουκόλον οἶμαι τὸν Βάκχον, κέντρον τὸν νάρθηκα ἐπικαλῶν δῆτα, ὃν — etc. Haec qui solverit, protinus se accingat ad alterum poetae sacri nodum in Firmici de Err. Prof. p. 413. ubi de Mithriacis disserit: Virum abactorem boum colentes, sacra ejus ad ignis transferunt potestatem, sicut propheta ejus nobis tradidit dicens Μιχτα βοόμυστα κυ.... ο.... κλοπιης... δετε πατρὸς ἀγανοῦ. de quo loco interrogatus Scaliger, ut saltem aliquid responderet, respondit sic corrigi posse: Μυκήταο (μυκητᾶο ille, ni fallor, scripsit) βοὸς μύσται — Κύκλα βοοκλοπίης συναείδετε (non συναείδατε) πατρὸς ἀγανοῦ, ubi κύκλα βοοκλοπίης significare festum in orbem rediens, quod nemo credet. Ex hac ludicra et araneosa conjectura, quam dudum rejecit Gronovius, Grotefendius in Amalthea Boettigerana II. 106. longum contexuit de cyclis et orbibus sermonem, in quo ne mica quidem veri inest, et porro Osanno persuasit ut nomen βοοκλοπίη, tanquam Firmici auctoritate munitum, Lexicographis offerret Auctar. p. 42. quanquam fatetur, hunc versum, quem Grotefendius ex Jul. Firmici Astronomicon libris repetit, frustra se quaesiisse in Aldina. Nimirum quae Christianus ille scripsit de Errore profanarum religionum, non leguntur in libris Astronomicorum ab homine gentili editis.

Proserpinae raptum et sues Eubulei terrae voragine haustas, quorum omnium imaginem mulieres repraesentare in solemnibus oppidatim institutis, Thesmophoriis, Scirophoriis. Postremo Orphei versus de Bacchi crepundiis et violenta morte profert et scurrilem Baubus jocum ab eodem poeta memoriae proditum; quo probabilior existit conjectatio in prioribus quoque exemplis plura esse ex Orpheo repetita. Neque obscurum est in Argonauticorum prooemio, ubi ille carminum suorum argumenta percenset, Theogoniae Orphicae quasi formam delineari tum in priore parte, quam supra §. 5. exhibuimus, tum in sequentibus:

Βριμοῦς εὐδυνάτοιο γονὰς ἠδ᾽ ἔργ᾽ ἀΐδηλα
Γηγενέων, οἳ λυγρὸν ἀπ᾽ Οὐρανοῦ ἐστάξαντο
σπέρμα γονῆς, τό τε πρόσθεν ὅθεν γένος ἐξεγένοντο
θνητῶν, οἳ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον αἰὲν ἔασι.
θητείαν τε Ζηνὸς ὀρεσσιδρόμου τε λατρείαν
μητρός, ἅ τ᾽ ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν μητίσατο κούρην
Φερσεφόνην περὶ πατρὸς ἀμαιμακέτου Κρονίωνος.
Μήλου τε καὶ Ἡρακλέους περίφημον ἄμυξιν,
ὄργιά τ᾽ Ἰδαίων, Κορυβάντων τ᾽ ἄπλετον ἰσχύν
Δήμητρός τε πλάνην καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος,
θεσμοφόρος θ᾽ ὡς ἦν, ἠδ᾽ ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων
χρησμούς τ᾽ ἀῤῥήτους Νυκτὸς περὶ Βάκχου ἄνακτος
Λῆμνόν τε ζαθέην ἠδ᾽ εἰναλίην Σαμοθρᾴκην
αἰπεινήν τε Κύπρον καὶ Ἀδωναίην Ἀφροδίτην,
ὄργια Πραξιδίκης καὶ ἀρείνης μητρὸς Ἀθήνης
θρήνους τ᾽ Αἰγυπτίων καὶ Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα [d].

Hoc loco manifestum quidem est poetam carmi-

[d] In v. 10. *φρικώδεα κῆλα πιφαυσκον θνητοῖς ἀνθρώποισι ἄχη μετὰ δ᾽ ὅρκια μύσταις.* tentabundus conjectabam *ἄγη μεγάλ᾽ ὀργιομύσταις.* Suidas: *Ἄγος τὸ ἄξιον σεβάσματος καὶ ἄγη τὰ μυστήρια.*

num, quae tum maxime Orphei nomine clarerent, argumenta capitulatim describere voluisse, sed utrum plura diversi generis poemata an illud primarium opus de rerum ortu inscriptum ob oculos habuerit, dijudicari vix poterit. Quoniam vero quae antecedunt maximam habent cum Theogoniae argumento similitudinem, cetera quoque huc referri licebit, sin minus omnia, certe pleraque et maxime illos *χρησμοὺς Νυκτὸς περὶ Βάκχου ἄνακτος*, hoc est de sexto rege Jovem subsequuturo (v. §. 38.) et quae de hominum ortu dicuntur (v. §. 35.) Brimo quidem Rhea esse videtur [*]. Terrigenae Gigantes, qui ex Urani exsecti sanguine procreati sunt, *ἀπ' Οὐρανοῦ ἐστάξαντο λυγρὸν σπέρμα γονῆς* i. e. destillarunt a Coelo, tetrum ab inguine virus. De sequenti versu et servitute Jovis consilium non suppetit; Jovis quoddam supplicium indicari videtur incestum matris voluntario servitio expiantis, quo sumto *λατρεία Μητρός* (nisi forte *ἀλιτρεία* violatio scribendum) erit servitus apud Matrem; si ille *μνηστείαν τε Ζηνὸς ὀρεσσιδρόμοιό τ' ἀλητύν* scripsisset, nemo haereret. Natam ex incestu Proserpinam Rhea, quae eadem est Ceres, adversus patris libidinosi insidias vindicatura abscondidit multisque praesidiis, quae Nonnus enarrat circumsepsit; quo pertinere arbitror quae proximo versu dicuntur *ἅ τ' ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν μητίσατο κούρην*. Hoc vero loco nullam fieri de Zagreo Proserpinae filio mentionem jam dudum miratus nomen *Ἡρα-*

[*] Terram significari putat Sellius Observ. c. 18. p. 131.

κλῆος, quod hic importune intermiscetur, in suspicionem vocare coepi, nec jam dubito quin verum tetigerim, sive poeta ita scripserit:

Περσεφόνην πέρι· Πατρὸς ἀμαιμακέτου Κρονίωνος
μειλιχίην, καὶ Ζαγρῆος περίφημον ἄμυξιν

sive simili quodam modo. Nomine *μειλιχίη*, quod a tralaticia scriptura *Μήλου* seu *Μήχου* non nimis distat, significari potest placatio, deprecatio, qua stuprator iram matris lenire studuit, quod eum violata Rhea fecisse testatur Clemens. Hermannus *Εὐβούλου τε καὶ Ἡρακλέους* corrigens poetam de Herculis et Plutonis pugna loqui censet, cui hoc obstare videtur, quod in illo prooemii loco carminum Orphicorum, quae tunc temporis noscebantur, argumenta exponi apparet, Herculis autem res gestas ab Orpheo perscriptas esse non constat, neque omnino veri simile est, Argonauticorum scriptorem, si carmen ejusmodi heroicam cognitum habuisset, id hoc loco, quo de Cerere et Proserpina loqui instituit, interrupta temporum serie commemoraturum fuisse. Quemadmodum autem in Theogonia Orphica compressionem Proserpinae et Zagrei partum ejusdem deae raptus subsequitur, ita prooemii auctor uno interjecto versu, quo Corybantum et Idaeorum Dactylorum mentio continetur illi narrationi conjunctissima, continuo addit

Δήμητρός τε πλάνην καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος.

Quanquam hanc fabulam singulari Orphei carmine expositam fuisse Justinus nos docet Cohort. XVI. 81. (17.) τοῦ Ὀρφέως

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπου

ἐν ἀρχῇ τῆς ποιήσεως εἰρηκότος, Ὅμηρος

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος

γέγραφε, quod Homeri furtum Tzetzes quoque in Exeg. p. 26. exagitat, pluribusque exemplis coarguit [°]. Hoccine carmen an ille Theogoniae locus significetur in Argonaut. v. 1196.

ὧν πέρι μῦθον ἅπαντ' ἔκλυες, Μουσαῖε δαΐφρον,
ὥς ποτε Φερσεφόνην τέρεν' ἄνθεα χερσὶ δρέπουσαν
ἐξάπαφον σύνόμαιμοι — —

injudicatum relinquo; sed de insula Jernide quae dicuntur manifestum est, Theogoniae auctori ignota fuisse. Ceterum, licet Ceres plures habuerit irascendi causas tamen hanc ejus μῆνιν, quam Orpheus cantu celebravit, non Jovis iterato flagitio sed Orci rapina excitatam esse colligimus ex epitheto ἀγλαόκαρπος et quia Proserpinae luctus Cererisque errores et Thesmophoriorum institutio aptiorem praebebant carmini pangendo materiam quam prior controversia.

Haec fere sunt Theogoniae Orphicae residua; in quibus ordinandis et interpretandis fateor me saepius numero conjecturam sequutum esse, nec recuso quin alii a me dissentiant; quin adeo gratulabor mihi, si quis non solum hoc dixerit, quod dictu facillimum est, aliud sibi aliud mihi probabilius videri, sed etiam idoneis argumentis suam confirmaverit sententiam. Nunc vero ad ea progrediar Orphei dicta, quae quum nulli certo loco

[°] Hinc supplent lacunam Chron. Par. L. 26. [Ὀρφεὺς τὴν] αὑτοῦ ποίησιν ἐξέθηκε. Κόρης τε ἁρπαγὴν καὶ Δήμητρος ζήτησιν.

assignata sint, cum Theogoniae argumento plus minusve similitudinis habent, nec quidquam caussae est, cur ad aliud carminum genus adscribantur.

Cap. VI.

Fragmenta mythica incerta.

I. Martyrium Theodoti Ancyrani et Sept. Virg. c. XXIV. 124. T. IV. Gall. *Ὀρφεὺς λέγει ὅτι Ζεὺς τὸν ἴδιον πατέρα ἐφόνευσε καὶ ἔσχε τὴν ἰδίαν μητέρα Ῥέαν, καὶ γεννᾶται ἐξ αὐτῶν ἡ Περσεφόνη, ἣν καὶ αὐτὸς ἐμίανε, καὶ τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν ἔσχεν Ἄρτεμιν, ἣν καὶ ἐμίανεν ἐν Δήλῳ παρὰ τῷ βωμῷ, καὶ ὁ Ἄρης τὴν Ἀφροδίτην καὶ ὁ Ἥφαιστος τὴν Ἀθηνᾶν·* quorum pars exigua legitur in Ruinarti Act. Sinc. p. 357. De Jovis parricidio quod dicitur merum somnium est; Dianam a germano fratre loco sanctissimo vitiatam esse si rescivissent Apologetae, non tacuissent, opinor; fabulam ipsam volutabro Orphico non indignam esse mox patebit.

II. Schol. Apoll. III. 1. *Ὅτι θαλιῶν εἰσι προστάτιδες αἱ Μοῦσαι ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς δεδήλωται*

Οὐδέ τι λήθονται Μουσέων βροτοί· αἳ γὰρ ἔασι
κοίρανοι, οἷσι μέμηλε χορὸς θαλίαι τ᾽ ἐρατειναί.

et ibidem: *ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς εὑρέτις ὀρχήσεως ἡ Ἐρατὼ παραδίδοται.*

III. Proculus in Tim. III. 158. *οἱ θεολόγοι τὴν μὲν εἰς Ἀσκληπιὸν ἀναφέρουσιν ὑγείαν, τὴν*

ἰατρικὴν πᾶσαν τῶν περὶ φύσιν — τὴν δὲ πρὸ Ἀσκληπιοῦ γεννῶσι τῇ δημιουργίᾳ ἐφεστῶσαν τῶν πραγμάτων, ἣν παράγουσιν ἀπὸ Πειθοῦς καὶ Ἔρωτος. Hanc Amoris filiam ignoro.

IV. Syrianus in Met. p. 33. tempus Orpheus ipsum primum vocabat, orcum vero id est juramentum ipsum primum ut septum est custodia aliorum, procedentem vero ab eo in haec duo universorum principia perfectionem nominavit tempus etc. Haec quoque non dubito quin in Theogonia explicata sint, sed quid significent, ex graeco exemplari intelligi poterit.

V. Schol. Pind. Pyth. III. 96. *λέγεται ὁ Ἀσκληπιὸς ἀναστῆσαι Ἱππόλυτον· οἱ δὲ Τυνδάρεων, ἕτεροι Καπανέα, οἱ δὲ Γλαῦκον, οἱ δὲ Ὀρφικοὶ Ὑμέναιον.* Idem Scholiastes Eur. Alc. v. 2. tradit Apollodoro auctore III. 10. 12. qui Hymenaeum ab Aesculapio in vitam revocatum dicit *ὡς οἱ Ὀρφικοὶ λέγουσι.* Sextus vero c. Gramm. I. 12. 272. qui hanc fabulam accurate exsequitur et cujusque sententiae auctores nominat, Orphicos praetermittit.

VI. Schol. Apoll. II. 953. *Σινώπη Ἀσωποῦ θυγάτηρ κατὰ Εὔμηλον καὶ Ἀριστοτέλη, κατὰ δέ τινας Ἄρεως καὶ Παρνάσσης, ἐν δὲ τοῖς Ὀρφικοῖς Ἄρεως καὶ Αἰγίνης,* quae transscripsit Eudocia p. 375. Sinopen Asopi filiam tradunt Plutarch. Lucull. XXIII. 312. T. III. Diod. IV. 72. Martis et Parnassae nemo praeter Orpheum. Sed Theogoniae haec adscribi nolim.

VII. Simplicius in Ausc. L. II. 74. b. ἔοικεν ἡ ὡς περὶ θείου τινὸς τῆς τύχης οὖσα δόξα καὶ πρὸ Ἀριστοτέλους παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ οὐχ ὑπὸ πρώτων νομισθῆναι τῶν Στωικῶν, ὥς τινες οἴονται. Καὶ γὰρ Πλάτων ἐν Νόμοις ὡς θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεοῦ, φησὶ, τύχη καὶ καιρὸς τὰ ἀνθρώπινα κυβερνῶσι ξύμπαντα. Τὸ δὲ καί τινας τῶν πόλεων Τύχας τιμᾷν καὶ ναοὺς οἰκοδομεῖν, ὕστερον ἔοικε νομισθῆναι. Οὐ γὰρ ἔχομεν παρὰ τοῖς παλαιοῖς Τυχῶν πόλεων ἱερὰ ἱστορούμενα ἢ ἑορτὰς ἀναγεγραμμένας, καίτοι τὸ τῆς τύχης ὄνομα καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τιμώμενον ἴσμεν· ἐν Δελφοῖς δὲ καὶ προκατῆρχεν ἐν ταῖς ἐρωτήσεσιν, Ὦ τύχη καὶ Λοξία τῷ δὲ (sic) τίνι θεμιστεύεις; Καὶ παρ' Ὀρφεῖ δὲ μνήμης τετύχηκε. Fortunam jam Alcmanis temporibus divinos honores consequutam esse legimus Plut. Fort. Rom. p. 261. T. VII. cf. Zoega Antiq. Abhandl. p. 32. sq. Sed *Τυχεῖα* urbium sive Geniorum publicorum templa, quae Valesius ad Socr. H. Eccl. III. 11. 187. ad Eus. VIII. 11. 433. et viri docti ad Bronzi di Ercol. T. II. p. 107. post imperii Romani propagationem condita sunt, unde Graeci exemplum sumsisse videntur. Romani autem non homines solum sed etiam oppida, colonias et singula aedificia hominum ritu nasci et genios suos habere putabant nascentibus adgenitos. Symmachus L. X. Ep. LXI. 442. u t a n i m a e n a s c u n t u r i t a p o p u l i s n a t a l e s G e n i i d i v i d u n t u r, quae Prudentius L. II. in Symm. 71. pluribus edisserit:

Sicut variae nascentibus, inquit,
contingunt pueris animae, sic urbibus adfert
hora diesque suum, quum primum moenia surgunt,
aut fatum aut genium, cujus moderamine regnent.

et Quintus Parall. XI. 275.

Οὐ γάρ τι μετατρέπεται νόος αἰνός
αἴσης, ὅντινα πρῶτον ἐπ' ἀνδράσι γεινομένοισιν,
ἀνδράσιν ἢ πολίεσσιν ἐπικλώσηται —

italicam superstitionem sequutus, cujus nulla apud veteres Graecos vestigia reperiuntur cf. Burmann. ad Rutil. p. 233. T. II. Hi enim neque publice urbis vel imperii, nec privatim muneris, reditus, adoptionis natalem, ut Romani [a] celebrabant, neque etiam, ut Italiae civitates [b], annos ab urbe condita numerabant, Geniorum autem religionis, cujus causa illa solemnia urbium natalicia instituta sunt, prorsus expertes erant, antequam cum Romanis commercia pacis bellique iniverunt. Exin vero novimus diem urbis Constantini natalem (*τὰ γενέθλια τῆς πόλεως* Zonar. L. XIII. 6.) item Antiochiae, Coloniae Brundisinae atque ipsius Romae, sed nullius urbis a Graecis conditae. Neque enim temporis notam affert Suidas, cujus hoc testimonium est: *Ἀστυδρόμια παρὰ Λίβυσιν οἱονεὶ τῆς πόλεως γενέθλια καὶ Θεοδαίσια ἑορτή, ἐν ᾗ ἐτίμων Διόνυσον καὶ Νύμφας* [c], quod nomen

[a] v. Lindenbrog. ad Censor. c. II. Vales. ad Zosim. IV. 2. P. Fabri Semestr. L. I. p. 46.

[b] v. Noris. de Epoch. Syromaced. p. 559.

[c] De hoc nihil nos docent Thrigii Cyrenaica. Hesychii glossas: *Ἡρόχια τὰ Θεοδαίσια* et *Θεοδαίσιος ὁ Διόνυσος*, Larcherus Sur les fêtes I. p. 275. T. 48. cum inscriptione Hierapytnensi, in qua Herochia memorantur, apte componit.

ab Amphidromiis traductum unde coeperit ignoratur. Romam, quum in jugo esset luna, natam affirmavit L. Tarutius, nec ejus fata canere dubitavit, sed quod Barthelemius statuit in Mem. Acad. Paris. T. XLI. Hesperum Locrorum Ozolarum numis insignitum thema urbis genethliacum significare, vereor ne a Graecorum opinionibus alienum sit.

VIII. E mythico carmine petiti videntur duo Orphei versus, quos Tzetzes Exeg. p. 26. apponit

Ἕκτῃ ἐν ἠριγενεῖ ῥοδοδακτύλῳ ἀργυροπέζῃ

et

Ζεὺς Κρονίδης βασιλεὺς ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων.

quibus p. 127. tertium adjungit ambiguae correctioni obnoxium

Ὕπνον, ὅς οὐκ ἐᾷ με λιγὺν ἐπὶ βλεφάροισιν ἰαύειν
ἱστάμενος ἁπαλοῖς ὀνείρασιν ἂν πᾶσαν ὄρφνην

sive potius

Οὐδέ μ' ἐᾷ λιγὺν ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ἰαύειν
ἱστάμενος ἁπαλοῖς ἐν ὀνείρασι πᾶσαν ἀν' ὄρφνην.

IX. Lutatius ad Theb. IV. 516. „Juxta picturam veterem, in qua haec tormenta descripta „sunt et ascensio ad deum, dicit deum Demogorgona summum, cujus nomen scire non licet. Infiniti autem philosophorum, Magorum Persae „(sic) etiam confirmant praeter hos deos cognitos, „qui coluntur in templis, alium principem et maximum deorum ceterorum ordinatorem — de cujus genere sunt soli sol et luna; cetera vero „astra nominantur, quae ejus clarescunt spiritu,

„auctore Pythagora et Platone et Tagete — Hu„jus nomen dei sciri non potest. Sed quum Magi „vellent virtutis ejus comprehendere singulas ap„pellationes, has per naturarum potestates abu„sivo modo designarunt, et quasi plurimorum „numinum nobilitate deum appellare conati sunt, „quasi ab affectu ductis rei cujusque vocabulis. „Sicut Orpheus fecit et Moyses et Esaias et his „similes." Verba postremis proxima mendose scripta nec ab Heynio in Opusc. III. 303. in quadrum redacta sunt, sed sententia claret, unius dei effectus varios pro variis censeri numinibus [cc] illaque nominum divinorum multitudine tum ab aliis tum etiam ab Orpheo multiplices summi numinis virtutes declaratas esse. Hymnos Orphicos, ex quibus deorum multitudo potius quam unitas cognoscitur, ab illo Statii interprete denotari verisimile non est; sed sacros sermones, quibus Christiani ipsi ad causae suae confirmationem uti solent, ei cognitos fuisse si quis statuat, libenter accedam. Quoniam vero de Demogorgone, deo magico, sermo incidit, maturum videtur, de illis CCCLX. vel CCCLXV. diis, quos Justinus, Theophilus et Lactantius Orpheo exprobrant [d] nostram qualemcunque exprimere

[cc] Macrobii verba sunt Sat. I. 17. cf. Serv. ad Georg. I. 5. Maximus grammaticus paganus in Epist. ad Augustin. XVI. p. 15. T. II. unum esse deum summum sine initio, sine prole naturae quis neget esse certissimum? Hujus nos virtutes per mundanum opus diffusas multis vocabulis invocamus, quoniam nomen ejus cuncti proprium ignoramus.

[d] v. C. VI. §. 2. N. VI. Julianus amans ter centum millia divum Prudent. Apoth. V. 520. exaggeratio est poetica, fortasse ex Hesiodio τρὶς μύριοι ἀθάνατοι.

conjecturam. Etenim recordanti mihi sacrorum magicorum Virg. Aen. IV. 510. ubi Dido

Tercentum tonat ore deos, Erebumque Chaosque
tergeminamque Hecaten — —

injecta est cogitatio, hunc numerum pro illo Orphico, quem versus respuit, substitutum, eumque proprium fuisse cerimoniarum Acheronticarum, quibus Orpheum praefecit societas impiorum. v. P. I. C. I. §. 3. Apud Ovid. Met. XIV. 366. Circe verba venefica dicit ignotosque deos ignoto carmine adorat; qui sine dubio ad illam numerosam deorum magicorum familiam pertinent. Ignoti autem dii dicuntur partim quorum nomen genusque aut nunquam memoriae proditum aut temporis diuturnitate obliteratum est, ut multis in locis ϑεοὶ ἀγνῶτες sive ἄγνωστοι culti sunt. v. Siebelis ad Paus. I. 1. 4. quique in commune Lares viales, compitales et hostilii (id est, ni fallor peregrini) vocantur [e], partim vero etiam ii, quorum nomen horrendum et ineffabile solisque rituum arcanorum cultoribus gnarum habetur, sicut Tiresias apud Statium l. c. compellat triplicis mundi summum, quem scire nefastum, et Osidii Medea v. 334. voce vocans Hecaten et non memorabile numen. Cujus generis ignorabilium deorum multitudinem in infinitum auxit Magorum vanitas nomina barbara et inaudita ad credulorum stuporem coacervantium,

[e] Sic Mopsus ap. Valer. Flacc. III. 426. caesorum manes placaturus Circum humiles aras, ignotaque nomina divum instituit.

unde facilis erat ad illum numerum progressus, quo Virgilius et Orpheus usi sunt. Basilidae CCCLXV. coelos et angelos, aliasque Orientalium superstitiones, quibus Heynius deorum ignotorum et inenuntiabilium ortum illustrare studuit [f], huic disputationi immisceri haud tempestivum videtur.

X. Versus ignoti auctoris, quos Stobaeus servavit Ecl. I. c. III. 30. p. 68. multisque locis emendavit Hermannus Opusc. T. II. 248.

Ἡρακλέος κρατεροῦ, ὃς γᾶν ἐκάθαρεν ἅπασαν,
πετροβάτου τε θεοῦ, Πανὸς νομίοιο βρυάκτα,
θνατῶν τ' ἰατῆρος Ἀσκληπιοῦ ὀλβιοδώτα,
πρεσβίστας τε θεοῖς Ὑγιείας μειλιχοδώρου,
ναυσί τ' ἐν ὠκυπόροισι Διοσκούρων ἐπιφάντων,
Κουρήτων θ', οἳ ματρὶ Διὸς Ῥέᾳ ἔντι πάρεδροι,
καὶ Χαρίτων μεμνᾶσθαι ἐν ἔργῳ παντὶ μέγιστον,
ἠδὲ Χρόνου παίδων Ὡρᾶν, αἳ πάντα φύοντι,
Νυμφᾶν τ' ὠρειᾶν, αἳ νάματα κάλ' ἐφορῶντι,
ὑμμείων τ', ὦ Μοῖσαι, Διὸς ἔκγονοι, ἄφθιτοι ᾠδαῖς.

Heerenius sine ulla idonea ratione Orphicis tribuit; nam genus hoc dicendi et epitheta deorum in multis veterum carminibus inveniuntur, neque illa Herculis et Dioscurorum veneratio Orpheo convenit, utrorumque aequali; quanquam idem in Hymnis non solum hos sed etiam Aescu-

[f] De dei nomine inenuntiabili et si quis enuntiet, valentissimo, Etruscam fabulam refert Lutatius similem iis quae de nomine dei tetragrammato dicuntur. Neque persuadet mihi Heynius nomen Demogorgon e Demiurgus corruptum esse, quod jam prius Galeo ad Jambl. de Myst. p. 267. aliisque in mentem venit cf. Van Dal. de Idol. VIII. 481. Pronapides, quem Bocatius et Natalis narrant in Protocosmo de Demogorgone tradidisse, fabulosus auctor videtur tum aliis Byzantiorum lectus tum etiam J. Diacono in Alleg. Hes. v. 979. *πολλὰς ἂν εὕρῃς τὰς χρήσεις* (nominis *θεός*) *οὐ παρ' Ὁμήρῳ μόνον ἀλλὰ καὶ παρ' Ἡσιόδῳ καὶ Ὀρφεῖ καὶ Προναπίδῃ, τῷ Ὁμήρου καθηγητῇ.*

lapium multo post ipsum inter deos relatum veneratur [g]. Num aliqua Orphicorum carminum dorice scripta fuerint, quod negat Hermannus, alio loco disceptavimus.

XI. De Dionysi itineribus Orpheum vel in Theogonia vel in alio carmine exposuisse intelligitur ex Argon. v. 735. [h]

XII. Zarottus ad Ibin v. 472. Atrax quum Jupiter filiam ejus compressisset, quae etiam Thyion est appellata, unde Aristarchus Thyiades sacrificantes Baccho dictas ait, et ab Orpheo Myse nuncupata etc. Vellem sponsorem secum adduxisset. Sed hic intersistimus.

Cap. VII.

De Theogoniae Orphicae antiquitate.

§. 1.

Omnium, quae hactenus tractata sunt, difficillima est quaestio de carminum horum auctore et auctoris aetate; ad quam solvendam neque tam

[g] Theodoretus Serm. de Mart. VIII. 596. T. IV. Aesculapium temporibus Trojanis nondum ad hunc honorem evectum esse demonstrat veterem sine dubio auctorem sequutus, cui Hymnos Orphicos aut ignotos aut contemtu praeteritos fuisse necesse est. Nec aliter statuendum de Chronographis, qui Dioscuros quinquagesimo et tertio post Herculem anno consecratos esse censuerunt. v. Apollod. Fragm. p. 410.

[h] Quae Apollonius Arg. I. 497. Orpheum de ortu rerum canentem inducit, hic referre supervacaneum duxi, quoniam Chironi quoque Sil. Ital. XI. 453. Sileno aliisque poetae carmina cosmogonica suo arbitratu affingere solent.

inopes sumus argumentorum, ut ne conjecturam quidem afferre possimus, neque tam instructi a subsidiis, ut ulterius provehi liceat. Etenim versuum Orphicorum, quos Proculus caeterique aequalium bene multos afferunt, apud veteres scriptores nullus legitur; neque ab hac quidem parte quidquam obstat, quominus totam illam Theogoniam vel a Platonicis ipsis vel paullo ante eos compositam putemus. Attamen apud Platonem duo leguntur Orphei versus de Oceani et Tethyos nuptiis v. §. 12. quos nemo Theogoniae adscribere cunctabitur. Neque hoc unicum est carminis a Platone lecti indicium. Nam praeter alia Lycophro augur, quem idem in Euthyphrone cum Socrate disserentem inducit, impio patris accusandi consilio deorum auctoritatem, Jovis imprimis et Saturni, praetendit, quorum alter patrem exsecuerit, alter in Tartarum abjecerit, Socratique quaerenti numquid eorum, quae de deorum discordiis et certaminibus a poetis dici et in sacris ipsis effingi soleant, fide dignum ducat, ille non solum haec sibi verissima videri profitetur, sed etiam alia atrociora, quae ignota plerisque Socrates ipse, si audiverit, vehementer sit admiraturus p. 6. B. c. VI. Quod nescio quid esse possit nisi Saturni exsectio, Zagrei interfectio aliorumque deorum facinora in carminibus Orphicis nec usquam alibi tradita. Et hanc quasi officinam fuisse fabularum abnormium et monstruosarum, clarius indicat Isocrates Paneg. c. XVI. 379. Poetae quidem, inquit, qui servitia, furta et adulteria

diis immortalibus affingere non reformidarunt, etsi digna piaculo poena non sunt affecti, tamen vitam vagam et inopem tolerando, pars etiam luminis coecitatem perpessi, suppliciorum dederunt satis — *Ὀρφεὺς δὲ μάλιστα τοιούτων λόγων ἁψάμενος διασπασθεὶς τὸν βίον ἐτελεύτησε.* Eadem indignatur Origenes c. Cels. VII. 54. p. 773. Ruae. p. 368. Spenc. *Κέλσος Ὀρφέα φησὶν ὁσίῳ χρησάμενον πνεύματι καλῶς βεβιωκέναι· θαυμάζω δὲ εἰ μὴ καὶ Κέλσος διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλονεικίαν νῦν μὲν ὑμνεῖ Ὀρφέα, ὅτε δὲ ἐνετύγχανεν αὐτοῦ τοῖς ὡς περὶ θεῶν ἀσεβέσι μύθοις, οὐκ ἀπεστρέψατο τὰ ποιήματα, ὡς μᾶλλον τῶν Ὁμήρου ἄξια ἐκβάλλεσθαι τῆς καλῆς πολιτείας. Καὶ γὰρ πολλῷ χείρονα περὶ τῶν νομιζομένων εἶπε θεῶν Ὀρφεὺς ἢ Ὅμηρος.* Et pariter alio loco L. I. 335. (p. 16.) *Λίνον καὶ Μουσαῖον καὶ Φερεκύδην καὶ Ζωροάστρην φήσας περὶ τῶνδε διειληφέναι καὶ ἐς βίβλους κατατεθεῖσθαι τὰ ἑαυτῶν δόγματα καὶ πεφυλάχθαι αὐτὰ μέχρι δεῦρο — καὶ ἑκὼν μὲν ἐπελάθετο τοῦ περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν μύθου, ὡς ἀνθρωποπαθῶς ἀναγεγραμμένου μάλιστα ὑπὸ Ὀρφέως* [a]. Itaque non mirandum est, quod Dio-

[a] Nescio an huc spectent Damascii verba a Galeo ad Phurn. XVII. 178. evulgata, Orpheum *παραχαράττειν τῆς παλαιᾶς θεολογίας τὴν ὑπόθεσιν.* quae in Editt. frustra requiro. *Παραχαράττειν τὴν πίστιν* Socrat. Hist. Eccl. I. 23. p. 58. *τὴν ἀλήθειαν* Didymus de Trinit. II. 11. 243. *τὴν ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων εἰςέτι νῦν φυλαττομένην παράδοσιν* Sozom. H. Eccl. VI. 26. *τοὺς θεσμοὺς* Cyrill. Hieros. Catech. IV. 22. p. 66. *παραχαράκται τῆς εἰρήνης* Theophylact. Exc. Legg. p. 180. *τῆς φύσεως* Suid. s. *Σπάδων. Λημνίαν ἀπαραχάρακτον* Galen. de Antid. L. II. 5. 905. D. T. XIII. quanquam proprie in numis dicitur *παραχαράττειν*, quod in sigillis *παραποιεῖν.* Suidas: *Ὑπόχαλκον χρυσίον τὸ παραχαράξιμον*, quod Lexicis deest.

genes Laert. in Prooemio Orpheum a quibusdam sapientum numero adscriptum hoc honore indignissimum judicat: Ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ τὸν περὶ θεῶν ἐξαγορεύσαντα τοιαῦτα χρὴ φιλόσοφον καλεῖν, οὐκ οἶδα· τίνα γὰρ δεῖ προςαγορεύειν τὸν πᾶν τὸ ἀνθρώπινον πάθος ἀφειδοῦντα τοῖς θεοῖς προςτρῖψαι καὶ τὰ σπανίως ὑπό τινων ἀνθρώπων αἰσχρουργούμενα καὶ τῷ τῆς φωνῆς ὀργάνῳ [aa]. Nonnus Expos. in II. Invect. c. XVIII. 526. Orpheus per fabulosa symbola deorum seriem essentiaeque modos, actiones, facultates describit. Has autem fabulas turpiter atque obscoene confingit. Hae vero carminum Orphicorum turpitudines, quae mox clarius patescent, poetae cultores ad hanc redegerunt necessitatem, ut eum omnia figurate et symbolice dixisse contenderent eaque excusatione tum cruenta deorum facinora tum nefandas libidines ab hominum odio et contemtu vindicarent. Proculus in Theol. I. 4. 9. ἔστι δ' ὁ διὰ συμβόλων τὰ θεῖα μηνύειν ἐφιέμενος (λόγος) Ὀρφικὸς καὶ τοῖς θεομυθίας γράφουσιν οἰκεῖος. Plutarch. de Pyth. Orac. XVIII. πρότερον μὲν ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους, ὥςπερ Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης. Julianus Or. VII. 215. B. (401.) φαίνονται πολλοὶ καὶ τῶν φιλοσόφων αὐτὸ (τὸ μυθογραφεῖν) καὶ τῶν θεολόγων ποιήσαντες, ὥςπερ Ὀρφεὺς μὲν ἐνθέως φι-

[aa] Verba τίνα δεῖ προςαγορεύειν Fr. Rudolphus in Comment. Plat. p. 111. delet ut extrinsecus illata et conjungit καλεῖν οὐκ οἶδα, quae correctio non displicet.

λοσοφήσας etc. Sed haec minus diserta sunt quam quae sequuntur tum ejusdem Juliani tum aliorum testimonia. Ille igitur in Or. VII. 217. (405.) φησὶ γοῦν οὐχ ὑπὲρ τῶν τελεστικῶν μύθων, οὓς παρέδωκεν ἡμῖν Ὀρφεύς — τὸ γὰρ ἐν τοῖς μύθοις ἀπεμφαῖνον αὐτὸ τοῦτο προςποιεῖται πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ὅσῳ γὰρ μᾶλλον παράδοξόν ἐστι καὶ τερατῶδες τὸ αἴνιγμα, τοσούτῳ μᾶλλον ἔοικε διαμαρτύρεσθαι μὴ τοῖς ἄποθεν γινομένοις (scr. φαινομένοις) πιστεύειν ἀλλὰ τὰ λεληθότα περιεργάζεσθαι [b]. Eodem receptaculo utitur Philostratus Heroicc. II. 693. dum affirmat ea quae de deorum rixis ab Homero turpiter dicta videantur, τὸν Ὀρφέως πεφιλοσοφῆσθαι τρόπον. Item Plutarchus De Daedal. Fragm. IX. 1, 754. quum persuadere vellet, vetustissimos philosophos decreta sua fabularum et symbolorum quasi transennis obstruxisse, prae ceteris ad probandum affert carmina Orphica mythosque Phrygios ὅτι μὲν ἡ παλαιὰ φυσιολογία καὶ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις λόγος ἦν φυσικὸς ἐγκεκαλυμμένος μύθοις τὰ πολλὰ, δι' αἰνιγμάτων καὶ ὑπονοιῶν ἐπίκρυφος καὶ μυστηριώδης θεολογία, δῆλόν ἐστιν ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι καὶ τοῖς Αἰγυπτιακοῖς καὶ Φρυγίοις λόγοις etc. qua comparatione manifestum fit, fabulas Orphicas illis, quae de Osiri et Agdisti feruntur, insolentia et turpitudine similes et eadem excusatione sublimioris intellectus comprehensas

[b] In eadem Orat. VII. 205. τὴν μὲν ἀρχὴν ὁπόθεν εὑρέθη ὁ μῦθος καὶ ὅςτις ὁ πρῶτον ἐπιχειρήσας — οὐ μᾶλλον εὕροι τις ἂν ἢ εἴτις ἐπιχειρήσειε τὸν πρῶτον σπαρέντα ἢ χρεμψάμενον ἀναζητεῖν, scribendum videtur τὸν πρῶτον πταρόντα.

fuisse. Quae desensionis ratio quorum excesserit et ad quam incredibiles ineptias provecta fuerit, si quis adhuc parum cognitum habuit, ex ipsis veterum testimoniis cognoscet. Clemens Homil. V. 18. 667. *Χρύσιππος*, inquit, *ἐν ταῖς ἐρωτικαῖς ἐπιστολαῖς καὶ τῆς ἐν Ἄργει εἰκόνος μέμνηται πρὸς τῷ τοῦ Διὸς αἰδοίῳ φέρων τῆς Ἥρας τὸ πρόσωπον·* cujus picturae a Theophilo quoque memoratae ad Autol. III. 3. 382. [c] exemplum in Heraeo Samio fuisse necesse est, nisi memoria fefellit Origenem c. Cels. IV. 48. 540. haec scribentem: *Χρύσιππος παρερμηνεύει γραφὴν τὴν ἐν Σάμῳ, ἐν ᾗ ἀῤῥητοποιοῦσα ἡ Ἥρα τὸν Δία ἐγέγραπτο· λέγει γὰρ ἐν τοῖς αὑτοῦ συγγράμμασιν, ὅτι τοὺς σπερματικοὺς λόγους τοῦ θεοῦ ἡ ὕλη παραδεξαμένη ἔχει ἐν ἑαυτῇ εἰς κατακόσμησιν τῶν ὅλων. Ὕλη γὰρ ἡ ἐν τῇ κατὰ τὴν Σάμον γραφῇ ἡ Ἥρα, καὶ ὁ θεὸς ὁ Ζεύς·* cui picturae Ansaldus De sacr. et publ. cultu pictar. tabul. 148. componit illa *ἀσεβῆ γράμματα*, quae Aristides in templis deorum proponi indignatur. Chrysippum vero quum constet in exornandis Orphei fabellis multum operae consumsisse (v. P. I. c. IV.) in promtu est conjectura, eodem loco et hanc Parrhasianae tabulae interpretationem ab eo propositam et illud spurcissimi poetae commentum quaqua machina ad physiologiam traductum esse. Nam quod Clemens illud ex epistolis amatoriis profert, nihil

[c] Hos locos, quibus in Diss. de Mort. Bacch. usus sum, postea composuit Baguetus De Vita et script. Chrysippi, in Annal. Acad. Lovan. T. IV. 348.

impedit, quoniam virum illum in scribendo immodicum, rem eandem, ut polygraphi solent, pluribus locis tractasse putemus; eoque nos adducit Diogenes ipse VII. 188. *Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ ἀρχαίων φυσιολόγων αἰσχρῶς τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία ἀναπλάττει.* Jam non dubium est, quin *τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία* sint illa *αἰσχρουργούμενα τῷ τῆς φωνῆς ὀργάνῳ*, quae idem Diogenes Orpheum, physiologorum antiquissimum, diis affricuisse affirmat. Neque non possumus Orphei locum demonstrare, quem illi ob oculos fuisse veri simillimum sit. Eustathius enim ad Dion. v. 1. versus illos, quos supra cursim praeteriimus

Κύκλον τ' ἀκαμάτου καλλιῤῥόου Ὠκεανοῖο
ὃς γαῖαν δίνῃσι πέριξ ἔχει ἀμφιελίξας [d]

ex ignoto Orphei carmine affert: *Ὀρφεὺς ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Ἥρας φησι.* Quo titulo non peculiare quoddam carmen Orphei sed particula carminis, ut mos fert Grammaticorum, denotari videtur, et quidem ea, qua Junonis cum Jove congressus exponeretur similis illi, quem Homerus celebrat, et ab eodem initio inductus sed exitu foediore. Denique ipsa verba *κύκλον τ' ἀκαμάτου* non dubito quin expressa sint ex illis versibus Il. XIV. 301.

Ἔρχομαι ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

quibus Juno fictam profectionis caussam reddit. Id

[d] In Scholiis a Bernhardyo editis ad. v. 3. *Ὀρφεὺς ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Κόρης φησὶ*
Κύκλον τ' ἀέναον καλλιῤῥόου Ὠκεανοῖο
γαῖαν δίνῃσιν περί νιν ἔχει ἀμφιελίσσε.

apud Orpheum praesumtam foeditatem voluntatis, cujus simulacris Pagodae Indicae conspersae sunt ab Orphei magistris Brachmanibus, ut placet illis qui Musae, noster amor, Libethrides, ab ovo usque ad mala citant. Neque solum narratio utriusque poetae similis sed etiam paria de his lusibus hominum judicia fuere, partim impudenter fingendi licentiam detestantium partim symbola et occultos sensus effingentium. Proclus, ut uno defungar exemplo, in Polit. p. 388. *πάντα*, inquit, *κατὰ τὸν θεολογικὸν τρόπον Ὁμήρῳ τὰ περὶ συνουσίας λέγεται τοῦ Διὸς καὶ Ἥρας.* et in universum veteres allegoriarum artifices, quae isto modo a poetis tradita essent, ad naturae vires progeneratrices referre itaque interpretari solebant, ut non deorum stupra et libidines sed elementorum congressus coetusque significari viderentur. Proclus in Parm. L. II. 214. *οἱ θεολόγοι ταῦτα αἰνίσσονται διὰ τῶν ἱερῶν γάμων. ἁπλῶς μὲν γὰρ τὴν κοινωνίαν τῶν θείων αἰτίων μυστικῶς γάμον προσαγορεύουσι· ταύτην δὲ ποτὲ μὲν ἐν τοῖς συστοίχοις ὁρῶσι καὶ καλοῦσι γάμον Ἥρας καὶ Διὸς, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς, Κρόνου καὶ Ῥέας, ποτὲ δὲ τῶν καταδεεστέρων πρὸς τὰ κρείττονα καὶ καλοῦσι γάμον Διὸς καὶ Δήμητρος, ποτὲ δὲ ἔμπαλιν τῶν κρειττόνων πρὸς τὰ ὑφειμένα καὶ καλοῦσι Διὸς καὶ Κόρης γάμον* T. IV. Cousin. Quo in argumento haud dubie versatus est Hipparchi Stagiritae liber *τί τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ παρὰ τοῖς θεοῖς καὶ τίς ὁ γάμος* Suid. T. II. p. 138. fortasse ad istam rationem, quam exposuit homo

ethnicus apud Arnobium L. V. p. 106. Qui dicit cum sua concubuit Jupiter matre, non incestas significat Veneris complexiones, sed Jovem pro pluvia[e], pro tellure Cererem nominat; et qui rursus perhibet lascivias eum exercuisse cum filia, nihil de foedis voluptatibus loquitur, sed pro imbris nomine ponit Jovem, in filiae significatione sementem; quae exempla ab Orpheo potissimum petita sunt, neque tamen me permovent ut Scholiastae lectionem *ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Κόρης* alteri praeferam. Haec autem allegorica delinimenta non a Stoicis demum sed jam multo prius ascita reor non solum ad excusandas poetarum fabulas, qui Jovis et Junonis[f], Cereris et Jasionis, Ariadnae et Liberi[g], Adonidis et Veneris, aliorumque deorum atque heroum[h] amores et nuptias quasi ex composito celebrarunt, sed etiam ad commendationem solemnium publicorum et privatorum, quibus idem argumentum subjectum erat. Lactantius Inst. I. 17. 8. Nobilissimum templum Junonis est Sa-

[e] Augustin. Civ. IV. c. 11. Jupiter terram tanquam conjugem eandemque matrem fecundis imbribus et seminibus fetat. Hinc et etymologia illa *Ζεὺς παρά τισι Δεὺς λέγεται ἀπὸ τοῦ δεύειν τὴν γῆν* Cornut. II. 141. Etym. M. 408. 52. unde *Δεύσιον* vocatur locus Jovi pluvio consecratus Lyd. de Mens. p. 96. Cetera, quae huc pertinent, jamdudum alii composuerunt, Columu. ad. Enn. Fr. p. 181. Wernsdorf. Epimetr. ad Pervig. T. III. 588. Valckenar. Diatr. c. V. p. 31. Wakefield. ad Lucr. I. 250.

[f] Pindarus *ἐν Διὸς γάμῳ* laudatur ab Aristide v. Fragm. p. 562. B. Hinc Pisander longi carminis exordium duxit Macrob. Sat. V. 2.

[g] Senec. Oed. v. 500. Xenoph. Symp. IX. 9.

[h] v. Wernsdorf. Praef. ad Epithal. T. IV. p. 462. sq. qui omisit *Ἁρμονίης ἱερὸν γάμον* Onest. Epigr. VII. p. 290. T. II. Anall.

mi et simulacrum in habitu nubentis figuratum et sacra ejus anniversaria nuptiarum ritu celebrantur; quod idem apud Gnosios fieri testatur Diodorus V. 72. Nec praetereundum est, apud Athenienses quotannis Reginam sacrorum incertum quo ritu Libero nuptum datam esse Demosth. c. Neaer. 1383. 5. Hesych. s. *Διονύσου γάμος·* nullo certe castitatis suae damno; et Iliensium quoque virgines, antequam nuberent, pie casteque deo Scamandro se obtulisse Aeschin. Epist. X. 681. In quibus ut nemo tam inepte sagax erit qui histrionicam sacerdotalem et sacrosanctas libidines olfaciat, ita in mysteriis privatis deorum thalamos et pulvinaria haud raro humanis flagitiis polluta esse summa suspicio est. De solemnibus mysticis loquitur Dio Chr. XXXVI. 453. *τοῦτον ὑμνοῦσι παῖδες σοφῶν ἐν ἀῤῥήτοις τελεταῖς Ἥρας καὶ Διὸς εὐδαίμονα γάμον.* et apertius Proculus in Tim. I. p. 16. *τὴν αὐτὴν ἑτέροις ἢ τὸν αὐτὸν πλείοσι συζεύγνυσθαι, λάβοις ἂν ἐκ τῶν μυστικῶν λόγων καὶ τῶν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγομένων ἱερῶν γάμων.* quem ad locum semel aliquando revertet oratio. Nunc, quod coepi, absolvam.

§. 2.

Quoniam igitur obscena illa fabula, quam Isocrates tectius, Diogenes apertissime insectatur, ad Theogoniam Orphicam commodissime referri et, quo loco proposita fuerit, probabiliter ostendi

potest, neque non versus Orphici, quos Plato allegat, huic carmini prae ceteris conveniunt, ea mihi ratio fuit, cur Theogoniam illis, quos nominavi, viris lectitatam esse statuerem sive totam, quantam Platonici triverunt, sive primarias ejus partes. Nec nimium mihi arrogare videor si carmen, de quo Plato et Isocrates ita loquuntur, ut pateat communi tunc literatorum consensu Orpheo assignatum esse, aliquanto prius in hominum manus venisse sensimque ad hanc antiquitatis opinionem quasi ematuruisse dicam. Haud diffiteor me in suspicioso argumento versari. Nam si Galenus in bibliopolarum tabernis libros sibi ipsi inscriptos reperit, quorum nullam literam agnosceret, si illius Viterbiensis Dominicani aequales fabulae paene sub oculis ipsorum confictae crediderunt, Platonis quoque aevo carmen et condi a falsariis et pro dudum condito offerri potuit. Sed hoc argumento ita utor ut statim cessurus si quis Theogoniam Orphicam Platone aut recentiorem aut certe non multo antiquiorem esse demonstraverit. Mihi quidem, omnia animo volventi, usque ad Onomacriti aetatem referenda videtur, qua et veterum poetarum scripta curiose conquisita et mysticarum religionum lenocinia cupide appetita sunt. In versibus ipsis, qui supersunt, nihil inest, quod ab illis temporibus dissonet; sermo simplex, purus, neque veterum Epicorum, qui Hesiodum subsequuti sunt, consuetudini dispar; correptiones, caesurae, hiatus nulli nisi legitimi; fabulae singulares quidem et inauditae,

nec tamen illis similes, quas Alexandrini poetae ex remotis obliteratisque fontibus hauserunt. In his duae sic eminent, ut ceteris propemodum officiant, Zagrei interitus, de quo deinceps dicendum erit, et cataposis Phanetis sive omnium deorum in unum Jovem confusio. Hanc Platonici sic interpretantur, ut Orpheus non Platonis quidem sed ipsorum discipulus fuisse videatur. Nam quum ad eam delapsi essent opinionem, ut formas rerum aeternas, secundum quas Plato hunc mundum creatum esse voluit, substantias quasdam esse putarent in divina mente reconditas, Phanetis nomine mundum intelligibilem significari statuerunt, eumque Phanetem sive divinarum notionum complexum [l] a Jove mundum adspectabilem conditituro, haustu quodam insinuatum sibi et quasi absorptum esse ita ut omnia quae sint quaecunque cogitari possint, ejus mente ac divinitate contineantur. Neque defuerunt etiam hac recentiore memoria, qui de ideis quae dixit Plato, multo prius ab Orpheo dicta esse putarent [k]. Sed hujus doctrinae Platonis propriae nullum cernitur in versibus Orphicis vestigium, quorum summa huc redit, mundi hujus effectorem Jovem omnium deorum naturas rerumque species in se conciliasse rursusque in lucem edidisse sic ut hoc universum uno et continenti animetur spiritu tanquam sentiens quoddam et intelligens animal. Ad hoc au-

[l] *Τὰς ἰδέας ἐνούσας ἐν τῷ παντελεῖ ζώῳ* Plotin. Enn. VI. L. II. p. 614.

[k] Patricius Discuss. Peripat. T. III, L. V. 326. et ceteri aequalium atque posteriorum usque ad Bruckerum.

tem declarandum poeta pinguis absorptionis, sive quo alio nomine dicere libet, imagine usus est, in quam Hesiodeae fabulae, quae est de Metide [1], similitudine deductus videtur. Hic autem materialis, ut quam brevissime dicam, pantheismus tam ab Eleaticorum subtilitate, quam a Pythagorae ratione sejunctus: multo quidem argutior videtur et artificiosior quam Hesiodi doctrina cuncta particulatim ex inordinato Chao producentis, sed idem tam rudi artificio elaboratus tamque ineptis fabulis [m] implicatus est, ut Onomacriti potius quam Platonis aetati imputari possit. Neque dissimulabo de Platonis loco in Soph. 242. D. *τὸ δὲ παρ' ἡμῖν Ἐλεατικὸν ἔθνος ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις*, saepe me dubitasse, ne hoc Orphicum carmen, in quo universi unitas rudibus quidem sententiis sed verbis minime obscuris traditur, a Platone sit significatum. Anaximandri certe sententiae cum pantheismo Xenophanis componi non

[1] Schol. Theog. 886. *λέγεται ὅτι ἡ Μῆτις τοιαύτην εἶχε δύναμιν, ὥςτε μεταβάλλειν εἰς ὁποῖον ἂν ἐβούλετο. Πλανήσας οὖν αὐτὴν ὁ Ζεὺς καὶ πικρὰν ποιήσας κατέπιεν ἔγχυον οὖσαν.* Gaisfordius parum apte *πιέσας* emendat pro *ποιήσας*, vel *ἐπικρατήσας·* pessime Heynius *πλανήσασαν — καὶ πικρὰν παύσας.* Verba *εἶχε δύναμιν ὥςτε μεταβάλλειν* indicant poetam de mutatione quadam formae loquutum esse. Itaque scribendum *μυῖαν ποιήσας*, quum ei persuasisset ut muscae formam assumeret; nam immutatam omnino devorare non poterat.

[m] In philosophorum Cosmogoniis deorum nomina assumuntur praetermissis fabulis. Plutarch. de Commun. Notion. c. XIII. 345. *ὅταν ὁ Ζεὺς εἰς ἑαυτὸν ἀναλύσας τὴν ὕλην ἅπασαν εἷς γένηται καὶ τὰς ἄλλας ἀνέλῃ διαφοράς*, quod per Cataposin effectum est. Zeno ap. Diog. VII. 137. *θεὸς δημιουργὸς τῆς διακοσμήσεως ἀναλίσκων εἰς αὑτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν* etc.

possunt. In ceteris Theogoniae partibus equidem nihil inveni, quod repugnet aetati, quam ei assignavimus; nam neque zonae temperatae mentio §. 7. a Pythagorae et Parmenidis temporibus aliena est [n] neque quod luna inhabitari dicitur §. 8. neque ista Theocrasia, qua Cereris nomen cum Rhea, Hecatae cum Proserpina, Dionysi cum Sole communicatur [o]. Solque ipse permiscetur cum Apolline, nisi suum nobis somnium narrat Proculus in Theol. VI. 8. 376. *καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων* [*] *ὥςπερ καὶ Ὀρφεὺς τὸν ἥλιον εἰς ταὐτόν πως ἀνάγει τῷ Ἀπόλλωνι· ἐκεῖνος μὲν γὰρ διαῤῥήδην λέγει καὶ διὰ πάσης τῆς ποιήσεως κ. τ. λ.* Cujus opinionis antiquissimum indicium praebet Menander de Encom. I. 2. p. 30. *Φυσικοὶ ὕμνοι, ὁποῖοι παρὰ Παρμενίδῃ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, τίς ἡ τοῦ*

[n] v. Schaubach. Gesch. d. Astron. p. 102.

[o] Orpheus non solum deos omnes in uno Jove collocat sed etiam in quolibet deo saepe numina cuncta commemorat Ficin. Comm. in Plat. Phaedr. c. X. 1371. Suspiciosum est quod de Pane tradit Damascius loco supra allato C. V. §. 5. nec difficultate carent quae idem de Titanum ortu narrat p. 289. *ὁ Ζεὺς τοὺς πολλοὺς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ παράγων κατὰ μέρη θεοὺς ἐπὶ τῷ ὁλοτελεῖ μερισμῷ τὴν μεριστικὴν ὁλότητα παρήγαγεν καὶ τοὺς ὑπὸ ταύτῃ πολλοὺς τεταγμένους θεούς. Ἦ οὐχὶ καὶ τοὺς Τιτᾶνας ὁ Ζεὺς ἐγέννησεν ἐν τῷ οἰκείῳ διακόσμῳ κατὰ τὴν Ὀρφικὴν παράδοσιν;* quae nescio quid aliud significare possint quam hoc quod sane quam Orpheo consentaneum est, una cum ceteris diis Titanes quoque, Solem, Oceanum, Tethyn et ceteros in illa nova rerum ordinatione, quam Jovialem diacosmon vocant, renatos et renovatos esse.

[*] Locus palmaris est in Crat. p. 403. D. unde patet non Platonis hanc fuisse sententiam, sed eorum quos Plato derisit. Sed huic philosopho singulari quodam fato accidit, ut ejus jocose dicta plus fidei acquirerent quam seria. Non minus perverse ab illis accepta sunt verba Platonis in Politiae extremo quarto libro *ἥλιον εἶναι τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τὸ ἀγαθὸν ἐγέννησεν ἑαυτῷ,* quae decantare non desinunt. Quodsi quis meminerit, quanta fuerit Platonis auctoritas et quam superstitiose omnia ejus oracula excepta et propagata sint, facile intelliget hanc potissimum causam fuisse cur plerique insequentium scriptorum deos deasque omnes ad solem referrent.

Ἀπόλλωνος φύσις, τίς ἡ τοῦ Διὸς, παρατιθέμενοι· et paulo post 5, 30. οἱ τοιοῦτοι ὕμνοι φυσιολογικοί· χρῶνται δὲ τοιούτῳ τρόπῳ Παρμενίδης καὶ Ἐμπεδοκλῆς· εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι, ὅταν Ἀπόλλωνος ὕμνον λέγοντες ἥλιον αὐτὸν εἶναι φάσκωμεν καὶ περὶ τοῦ ἡλίου τῆς φύσεως διαλεγώμεθα καὶ περὶ Ἥρας ὅτι ἀὴρ, καὶ Ζεὺς ὅτι τὸ θερμόν. quanquam non constat, utrum Parmenides et Empedocles, quos scimus rebus naturalibus per quandam significationem deorum nomina tribuisse, nominatim Apollinis vocabulo Solem designaverint an rhetor ille hoc tantummodo exempli loco afferat. Verum huic aetati suppar Oenopides, is, quem plerique Pythagoreis accensent, si verum est quod Macrobius narrat eum Loxiae nomen ab obliquo per zodiacum cursu derivasse, recte in eorum censebitur numero, qui Solem et Apollinem quasi eundem esse putaverunt. Plura addere supervacaneum duco, quum praesertim Vossius, exactissimus harum rerum arbiter, illam deorum confusionem aliquanto prius extitisse statuat [p] quam ad nostram causam necesse est.

Cap. VIII.

De Zagrei morte.

§. 1.

Fabulae hujus nullum ante Onomacriti tempora vestigium inveniri, sicut olim affirmavi in

[p] Anti-Symbolik T. I. p. 65. sq.

fuisse. Quae defensionis ratio quorsum excesserit et ad quam incredibiles ineptias provecta fuerit, si quis adhuc parum cognitum habuit, ex ipsis veterum testimoniis cognoscet. Clemens Homil. V. 18. 667. Χρύσιππος, inquit, ἐν ταῖς ἐρωτικαῖς ἐπιστολαῖς καὶ τῆς ἐν Ἄργει εἰκόνος μέμνηται πρὸς τῷ τοῦ Διὸς αἰδοίῳ φέρων τῆς Ἥρας τὸ πρόσωπον· cujus picturae a Theophilo quoque memoratae ad Autol. III. 3. 382. [c] exemplum in Heraeo Samio fuisse necesse est, nisi memoria fefellit Origenem c. Cels. IV. 48. 540. haec scribentem: Χρύσιππος παρερμηνεύει γραφὴν τὴν ἐν Σάμῳ, ἐν ᾗ ἀῤῥητοποιοῦσα ἡ Ἥρα τὸν Δία ἐγέγραπτο· λέγει γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν, ὅτι τοὺς σπερματικοὺς λόγους τοῦ θεοῦ ἡ ὕλη παραδεξαμένη ἔχει ἐν ἑαυτῇ εἰς κατακόσμησιν τῶν ὅλων. Ὕλη γὰρ ἡ ἐν τῇ κατὰ τὴν Σάμον γραφῇ ἡ Ἥρα, καὶ ὁ θεὸς ὁ Ζεύς· cui picturae Arnaldus De sacr. et publ. cultu pictar. tabul. 148. componit illa ἀσεβῆ γράμματα, quae Aristides in templis deorum proponi indignatur. Chrysippum vero quum constet in exornandis Orphei fabellis multum operae consumsisse (v. P. I. c. IV.) in promtu est conjectura, eodem loco et hanc Parrhasianae tabulae interpretationem ab eo propositam et illud spurcissimi poetae commentum quaqua machina ad physiologiam traductum esse. Nam quod Clemens illud ex epistolis amatoriis profert, nihil

[c] Hos locos, quibus in Diss. de Mort. Bacch. usus sum, postea composuit Baguetus De Vita et script. Chrysippi, in Annal. Acad. Lovan. T. IV. 348.

impedit, quominus virum illum in scribendo immodicum, rem eandem, ut polygraphi solent, pluribus locis tractasse putemus; eoque nos adducit Diogenes ipse VII. 188. *Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ ἀρχαίων φυσιολόγων αἰσχρῶς τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία ἀναπλάττει.* Jam non dubium est, quin *τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία* sint illa *αἰσχρουργούμενα τῷ τῆς φωνῆς ὀργάνῳ*, quae idem Diogenes Orpheum, physiologorum antiquissimum, diis affricuisse affirmat. Neque non possumus Orphei locum demonstrare, quem illi ob oculos fuisse veri simillimum sit. Eustathius enim ad Dion. v. 1. versus illos, quos supra cursim praeteriimus

Κύκλον τ' ἀκαμάτου καλλιῤῥόου Ὠκεανοῖο
ὃς γαῖαν δίνῃσι πέριξ ἔχει ἀμφιελίξας[d]

ex ignoto Orphei carmine affert: *Ὀρφεὺς ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Ἥρας φησι.* Quo titulo non peculiare quoddam carmen Orphei sed particula carminis, ut mos fert Grammaticorum, denotari videtur, et quidem ea, qua Junonis cum Jove congressus exponeretur similis illi, quem Homerus celebrat, et ab eodem initio inductus sed exitu foediore. Denique ipsa verba *κύκλον τ' ἀκαμάτου* non dubito quin expressa sint ex illis versibus Il. XIV. 301.

Ἔρχομαι ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

quibus Juno fictam profectionis caussam reddit. Id

[d] In Scholiis a Bernhardyo editis ad. v. 3. *Ὀρφεὺς ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Κόρης φησὶ*

Κύκλον τ' ἀέναον καλλιῤῥόου Ὠκεανοῖο
γαῖαν δίνῃσιν περί νιν ἔχει ἀμφιέλισσε.

apud Orpheum prooemium foedissimae volutationis, cujus simulacris Pagodae Indicae exornatae sunt ab Orphei magistris Brachmanibus, ut placet illis qui Musae, noster amor, Libethrides, ab ovo usque ad mala citant. Neque solum narratio utriusque poetae similis sed etiam paria de his lusibus hominum judicia fuere, partim improbam fingendi licentiam detestantium partim symbola et occultos sensus olfacientium. Proculus, ut uno defungar exemplo, in Polit. p. 388. *πάντα*, inquit, *κατὰ τὸν θεολογικὸν τρόπον Ὁμήρῳ τὰ περὶ συνουσίας λέγεται τοῦ Διὸς καὶ Ἥρας.* et in universum veteres allegoriarum artifices, quae isto modo a poetis tradita essent, ad naturae vires progenetrices referre itâque interpretari solebant, ut non deorum stupra et libidines sed elementorum congressus coetusque significari viderentur. Proculus in Parm. L. II. 214. *οἱ θεολόγοι ταῦτα αἰνίσσονται διὰ τῶν ἱερῶν γάμων. ἁπλῶς μὲν γὰρ τὴν κοινωνίαν τῶν θείων αἰτίων μυστικῶς γάμον προςαγορεύουσι· ταύτην δὲ ποτὲ μὲν ἐν τοῖς συστοίχοις ὁρῶσι καὶ καλοῦσι γάμον Ἥρας καὶ Διὸς, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς, Κρόνου καὶ Ῥέας, ποτὲ δὲ τῶν καταδεεστέρων πρὸς τὰ κρείττονα καὶ καλοῦσι γάμον Διὸς καὶ Δήμητρος, ποτὲ δὲ ἔμπαλιν τῶν κρειττόνων πρὸς τὰ ὑφειμένα καὶ καλοῦσι Διὸς καὶ Κόρης γάμον* T. IV. Cousin. Quo in argumento haud dubie versatus est Hipparchi Stagiritae liber *τί τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ παρὰ τοῖς θεοῖς καὶ τίς ὁ γάμος* Suid. T. II. p. 139. fortasse ad istam rationem, quam exponit homo

ethnicus apud Arnobium L. V. p. 106. Qui dicit cum sua concubuit Jupiter matre, non incestas significat Veneris complexiones, sed Jovem pro pluvia[e], pro tellure Cererem nominat; et qui rursus perhibet lascivias eum exercuisse cum filia, nihil de foedis voluptatibus loquitur, sed pro imbris nomine ponit Jovem, in filiae significatione sementem; quae exempla ab Orpheo potissimum petita sunt, neque tamen me permovent ut Scholiastae lectionem *ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Κόρης* alteri praeferam. Haec autem allegorica delinimenta non a Stoicis demum sed jam multo prius ascita reor non solum ad excusandas poetarum fabulas, qui Jovis et Junonis[f], Cereris et Jasionis, Ariadnae et Liberi[g], Adonidis et Veneris, aliorumque deorum atque heroum[h] amores et nuptias quasi ex composito celebrarunt, sed etiam ad commendationem solemnium publicorum et privatorum, quibus idem argumentum subjectum erat. Lactantius Inst. I. 17. 8. Nobilissimum templum Junonis est Sa-

[e] Augustin. Civ. IV. c. 11. Jupiter terram tanquam conjugem eandemque matrem fecundis imbribus et seminibus fetat. Hinc et etymologia illa *Ζεὺς παρά τισι Δεὺς λέγεται ἀπὸ τοῦ δεύειν τὴν γῆν* Cornut. II. 141. Etym. M. 408. 52. unde *Δεύσιον* vocatur locus Jovi pluvio consecratus Lyd. de Mens. p. 96. Cetera, quae huc pertinent, jamdudum alii composuerunt, Columm. ad. Enn. Fr. p. 181. Wernsdorf. Epimetr. ad Pervig. T. III. 538. Valckenar. Diatr. c. V. p. 31. Wakefield. ad Lucr. I. 250.

[f] Pindarus *ἐν Διὸς γάμῳ* laudatur ab Aristide v. Fragm. p. 562. B. Hinc Pisander longi carminis exordium duxit Macrob. Sat. V. 2.

[g] Senec. Oed. v. 500. Xenoph. Symp. IX. 9.

[h] v. Wernsdorf. Praef. ad Epithal. T. IV. p. 462. sq. qui omisit *Ἁρμονίης ἱερὸν γάμον* Onest. Epigr. VII. p. 290. T. II. Anall.

mi et simulacrum in habitu nubentis figuratum et sacra ejus anniversaria nuptiarum ritu celebrantur; quod idem apud Gnosios fieri testatur Diodorus V. 72. Nec praetereundum est, apud Athenienses quotannis Reginam sacrorum incertum quo ritu Libero nuptum datam esse Demosth. c. Neaer. 1383. 5. Hesych. s. Διονύσου γάμος· nullo certe castitatis suae damno; et Iliensium quoque virgines, antequam nuberent, pie casteque deo Scamandro se obtulisse Aeschin. Epist. X. 681. In quibus ut nemo tam inepte sagax erit qui histrionicam sacerdotalem et sacrosanctas libidines olfaciat, ita in mysteriis privatis deorum thalamos et pulvinaria haud raro humanis flagitiis polluta esse summa suspicio est. De solemnibus mysticis loquitur Dio Chr. XXXVI. 453. τοῦτον ὑμνοῦσι παῖδες σοφῶν ἐν ἀῤῥήτοις τελεταῖς Ἥρας καὶ Διὸς εὐδαίμονα γάμον. et apertius Proclus in Tim. I. p. 16. τὴν αὐτὴν ἑτέροις ἢ τὸν αὐτὸν πλείοσι συζεύγνυσθαι, λάβοις ἂν ἐκ τῶν μυστικῶν λόγων καὶ τῶν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγομένων ἱερῶν γάμων. quem ad locum semel aliquando revertet oratio. Nunc, quod coepi, absolvam.

§. 2.

Quoniam igitur obscena illa fabula, quam Isocrates tectius, Diogenes apertissime insectatur, ad Theogoniam Orphicam commodissime referri et, quo loco proposita fuerit, probabiliter ostendi

potest, neque non versus Orphici, quos Plato allegat, huic carmini prae ceteris conveniunt, ea mihi ratio fuit, cur Theogoniam illis, quos nominavi, viris lectitatam esse statuerem sive totam, quantam Platonici triverunt, sive primarias ejus partes. Nec nimium mihi arrogare videor si carmen, de quo Plato et Isocrates ita loquuntur, ut pateat communi tunc literatorum consensu Orpheo assignatum esse, aliquanto prius in hominum manus venisse sensimque ad hanc antiquitatis opinionem quasi ematuruisse dicam. Haud diffiteor me in suspicioso argumento versari. Nam si Galenus in bibliopolarum tabernis libros sibi ipsi inscriptos reperit, quorum nullam literam agnosceret, si illius Viterbiensis Dominicani aequales fabulae paene sub oculis ipsorum confictae crediderunt, Platonis quoque aevo carmen et condi a falsariis et pro dudum condito offerri potuit. Sed hoc argumento ita utor ut statim cessurus si quis Theogoniam Orphicam Platone aut recentiorem aut certe non multo antiquiorem esse demonstraverit. Mihi quidem, omnia animo volventi, usque ad Onomacriti aetatem referenda videtur, qua et veterum poetarum scripta curiose conquisita et mysticarum religionum lenocinia cupide appetita sunt. In versibus ipsis, qui supersunt, nihil inest, quod ab illis temporibus dissonet; sermo simplex, purus, neque veterum Epicorum, qui Hesiodum subsequuti sunt, consuetudini dispar; correptiones, caesurae, hiatus nulli nisi legitimi; fabulae singulares quidem et inauditae,

nec tamen illis similes, quas Alexandrini poetae ex remotis obliteratisque fontibus hauserunt. In his duae sic eminent, ut ceteris propemodum officiant, Zagrei interitus, de quo deinceps dicendum erit, et cataposis Phanetis sive omnium deorum in unum Jovem confusio. Hanc Platonici sic interpretantur, ut Orpheus non Platonis quidem sed ipsorum discipulus fuisse videatur. Nam quum ad eam delapsi essent opinionem, ut formas rerum aeternas, secundum quas Plato hunc mundum creatum esse voluit, substantias quasdam esse putarent in divina mente reconditas, Phanetis nomine mundum intelligibilem significari statuerunt, eumque Phanetem sive divinarum notionum complexum [l] a Jove mundum adspectabilem condituro, haustu quodam insinuatum sibi et quasi absorptum esse ita ut omnia quae sint quaecunque cogitari possint, ejus mente ac divinitate contineantur. Neque defuerunt etiam hac recentiore memoria, qui de ideis quae dixit Plato, multo prius ab Orpheo dicta esse putarent [k]. Sed hujus doctrinae Platonis propriae nullum cernitur in versibus Orphicis vestigium, quorum summa huc redit, mundi hujus effectorem Jovem omnium deorum naturas rerumque species in se conciliasse rursusque in lucem edidisse sic ut hoc universum uno et continenti animetur spiritu tanquam sentiens quoddam et intelligens animal. Ad hoc au-

[l] *Τὰς ἰδέας ἐνούσας ἐν τῷ παντελεῖ ζώῳ* Plotin. Enn. VI. L. II. p. 614.

[k] Patricius Discuss. Peripat. T. III. L. V. 326. et ceteri aequalium atque posteriorum usque ad Bruckerum.

tem declarandum poeta pinguis absorptionis, sive quo alio nomine dicere libet, imagine usus est, in quam Hesiodeae fabulae, quae est de Metide [l], similitudine deductus videtur. Hic autem materialis, ut quam brevissime dicam, pantheismus tam ab Eleaticorum subtilitate, quam a Pythagorae ratione sejunctus: multo quidem argutior videtur et artificiosior quam Hesiodi doctrina cuncta particulatim ex inordinato Chao producentis, sed idem tam rudi artificio elaboratus tamque ineptis fabulis [m] implicatus est, ut Onomacriti potius quam Platonis aetati imputari possit. Neque dissimulabo de Platonis loco in Soph. 242. D. *τὸ δὲ παρ᾽ ἡμῖν Ἐλεατικὸν ἔθνος ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις*, saepe me dubitasse, ne hoc Orphicum carmen, in quo universi unitas rudibus quidem sententiis sed verbis minime obscuris traditur, a Platone sit significatum. Anaximandri certe sententiae cum pantheismo Xenophanis componi non

[l] Schol. Theog. 886. *λέγεται ὅτι ἡ Μῆτις τοιαύτην εἶχε δύναμιν, ὥστε μεταβάλλειν εἰς ὁποῖον ἂν ἐβούλετο. Πλανήσας οὖν αὐτὴν ὁ Ζεὺς καὶ πικρὰν ποιήσας κατέπιεν ἔγκυον οὖσαν.* Gaisfordius parum apte *πιέσας* emendat pro *ποιήσας*, vel *ἐπικρατήσας*· pessime Heynius *πλανήσασαν — καὶ πικρὰν παύσας*. Verba *εἶχε δύναμιν ὥστε μεταβάλλειν* indicant poetam de mutatione quadam formae loquutum esse. Itaque scribendum *μυῖαν ποιήσας*, quum ei persuasisset ut muscae formam assumeret; nam immutatam omnino devorare non poterat.

[m] In philosophorum Cosmogoniis deorum nomina assumuntur praetermissis fabulis. Plutarch. de Commun. Notion. c. XIII. 345. *ὅταν ὁ Ζεὺς εἰς ἑαυτὸν ἀναλύσας τὴν ὕλην ἅπασαν εἷς γένηται καὶ τὰς ἄλλας ἀνέλῃ διαφοράς*, quod per Catapoσin effectum est. Zeno ap. Diog. VII. 137. *θεὸς δημιουργὸς τῆς διακοσμήσεως ἀναλίσκων εἰς αὑτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν* etc.

possunt. In ceteris Theogoniae partibus equidem nihil inveni, quod repugnet aetati, quam ei assignavimus; nam neque zonae temperatae mentio §. 7. a Pythagorae et Parmenidis temporibus aliena est [ⁿ] neque quod luna inhabitari dicitur §. 8. neque ista Theocrasia, qua Cereris nomen cum Rhea, Hecatae cum Proserpina, Dionysi cum Sole communicatur [°]. Solque ipse permiscetur cum Apolline, nisi suum nobis somnium narrat Proculus in Theol. VI. 8. 376. *καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων* [*] *ὥςπερ καὶ Ὀρφεὺς τὸν ἥλιον εἰς ταὐτόν πως ἀνάγει τῷ Ἀπόλλωνι· ἐκεῖνος μὲν γὰρ διαῤῥήδην λέγει καὶ διὰ πάσης τῆς ποιήσεως κ. τ. λ.* Cujus opinionis antiquissimum indicium praebet Menander de Encom. I. 2. p. 30. *Φυσικοὶ ὕμνοι, ὁποῖοι παρὰ Παρμενίδῃ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, τίς ἡ τοῦ*

[ⁿ] v. Schaubach. Gesch. d. Astron. p. 102.

[°] Orpheus non solum deos omnes in uno Jove collocat sed etiam in quolibet deo saepe numina cuncta commemorat Ficin. Comm. in Plat. Phaedr. c. X. 1371. Suspiciosum est quod de Pane tradit Damascius loco supra allato C. V. §. 5. nec difficultate carent quae idem de Titanum ortu narrat p. 289. *ὁ Ζεὺς τοὺς πολλοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ παράγων κατὰ μέρη θεοὺς ἐπὶ τῷ ὁλοτελεῖ μερισμῷ τὴν μεριστικὴν ὁλότητα παρήγαγεν καὶ τοὺς ὑπὸ ταύτῃ πολλοὺς τεταγμένους θεούς. Ἦ οὐχὶ καὶ τοὺς Τιτᾶνας ὁ Ζεὺς ἐγέννησεν ἐν τῷ οἰκείῳ διακόσμῳ κατὰ τὴν Ὀρφικὴν παράδοσιν;* quae nescio quid aliud significare possint quam hoc quod sane quam Orpheo consentaneum est, una cum ceteris diis Titanes quoque, Solem, Oceanum, Tethyn et ceteros in illa nova rerum ordinatione, quam Jovialem diacosmon vocant, renatos et renovatos esse.

[*] Locus palmaris est in Crat. p. 403. D. unde patet non Platonis hanc fuisse sententiam, sed eorum quos Plato derisit. Sed huic philosopho singulari quodam fato accidit, ut ejus jocose dicta plus fidei acquirerent quam seria. Non minus perverse ab illis accepta sunt verba Platonis in Politiae extremo quarto libro *ἥλιον εἶναι τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τὸ ἀγαθὸν ἐγέννησεν ἑαυτῷ,* quae decantare non desinunt. Quodsi quis meminerit, quanta fuerit Platonis auctoritas et quam superstitiose omnia ejus oracula excepta et propagata sint, facile intelliget hanc potissimum causam fuisse cur plerique insequentium scriptorum deos deasque omnes ad solem referrent.

Ἀπόλλωνος φύσις, τίς ἡ τοῦ Διὸς, παρατιθέμενοι· et paulo post 5, 30. οἱ τοιοῦτοι ὕμνοι φυσιολογικοί· χρῶνται δὲ τοιούτῳ τρόπῳ Παρμενίδης καὶ Ἐμπεδοκλῆς· εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι, ὅταν Ἀπόλλωνος ὕμνον λέγοντες ἥλιον αὐτὸν εἶναι φάσκωμεν καὶ περὶ τοῦ ἡλίου τῆς φύσεως διαλεγώμεθα καὶ περὶ Ἥρας ὅτι ἀὴρ, καὶ Ζεὺς ὅτι τὸ θερμόν. quanquam non constat, utrum Parmenides et Empedocles, quos scimus rebus naturalibus per quandam significationem deorum nomina tribuisse, nominatim Apollinis vocabulo Solem designaverint an rhetor ille hoc tantummodo exempli loco afferat. Verum huic aetati suppar Oenopides, is, quem plerique Pythagoreis accensent, si verum est quod Macrobius narrat eum Loxiae nomen ab obliquo per zodiacum cursu derivasse, recte in eorum censebitur numero, qui Solem et Apollinem quasi eundem esse putaverunt. Plura addere supervacaneum duco, quum praesertim Vossius, exactissimus harum rerum arbiter, illam deorum confusionem aliquanto prius extitisse statuat [p] quam ad nostram causam necesse est.

Cap. VIII.

De Zagrei morte.

§. 1.

Fabulae hujus nullum ante Onomacriti tempora vestigium inveniri, sicut olim affirmavi in

[p] Anti-Symbolik T. I. p. 65. sq.

Dissert. de Morte Bacchi, sic adhuc statuo, lectis expensisque omnibus, quae Muellerus in Prolegg. Mythol. p. 309. in contrariam partem disputavit, nullis ille aliis locis usus, quam quos egomet protuleram. Putat vir doctus Onomacritum, quem ego istius mythi architectum dixeram, eum a Delphis accepisse sacerdotibus; quod nego ullo testimonio comprobari posse. Plutarchus dicit de Is. XXXV. *Δελφοὶ τὰ τοῦ Διονύσου λείψανα παρ' αὐτοῖς παρὰ τὸ χρηστήριον ἀποκεῖσθαι νομίζουσιν.* Delphorum sacerdotes de morte Dionysi ante Onomacritum quidquam tradidisse non dicit. Nec dicit Hosios parentare Dionyso [a] sed hoc longe diversum: *θύουσιν οἱ Ὅσιοι θυσίαν ἀπόῤῥητον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅταν αἱ Θυιάδες ἐγείρωσι τὸν Λικνίτην.* Ex tempore igitur sacrificii et ex secreto conjecturam facit Dionyso fieri mortuo. Conjecturae veritatem nemo praestabit, qui tum veterum scriptorum in conjectandis sacrorum caussis levitatem, tum cetera argumenta perpenderit, quibus Plutarchus demonstrare conatur, diis hominibusque interjectos esse daemones mortali natura praeditos; quod quia a veterum Graecorum sensu plurimum abhorret, non nisi commenticiis exemplis confirmari potuit. Perfacilem ergo esse oportet, qui Muellero concedat choros tragicos, quibus Sicyonii *τὰ πάθεα τοῦ Ἀδρήστου ἐγέραιρον* Herodo. V. 67. antiquioribus temporibus Dionysi casum illum, quem carmina Orphica

[a] Schol. Plat. p. 897. *λέγεται καὶ τὸ Διονύσιον Ὅσιον* nihil huc pertinere videtur.

celebrant, festis cantibus esse prosequutos, quum praesertim ex Herodoti verbis *Κλεισθένης χορούς τῷ Διονύσῳ ἀπέδωκε*, ne hoc quidem liquido appareat choros illos antea Dionyso consecratos fuisse, nam verbum *ἀποδιδόναι* est reddere debita, non solum restituere ablata, et fieri potest, ut Sicyonii statim ab initio ludos musicos, quales ceteri Graeci Dionysiis, in honorem Adrasti instituerint; quos si Clisthenes ad deum transtulit, ei sane reddidit debitum honorem quamvis a Sicyoniis nunquam antea exhibitum. Sed si id quoque concesserimus choros illos Dionysiacos fuisse, tamen non necesse est, ut Dionysi *πάθη* decantaverint, nam ne Attici quidem chori hoc fecerunt sed potius *οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον*· et hoc quoque dato nondum eo perventum est, ut ex multis Liberi *πάθεσι* illud mysticum *πάθος* delectum fuisse intelligamus. Adeo multa assumenda sunt viro erudito, ut rem probet omnium minime probabilem, illud teterrimum spectaculum mortis Dionysiacae, illud *φρικῶδες* et *ἀπόῤῥητον* (Muell. 393.) in solemnibus Sicyoniorum publicis repraesentatum esse.

Veterem fuisse apud Delphos Liberi Patris religionem testis est Pythiae precatio in Aesch. Eum. 24.

Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον, οὐδ' ἀμνημονῶ,
ἐξ οὗτε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεός.

qualis fuerit, obscurius significat Euripides Ion. 552. *φανὰς Βακχίου* [aa] tanquam tempus oppor-

[aa] Siebelisius ad Paus. II. 7. 6. „Bacchus ipse Φανός appel-

tamen libidinibus designans, quo hospites Bacchis initiarentur; secretos dei ritus indicat Cassandrae vaticinatio Lyc. v. 206. Agamemnonem Delphis Baccho, ut veteres interpretes accipiunt, operaturum,

ᾧ ποτ' ἐν μυχοῖς
Δελφινίου παρ' ἄντρα κερδῴου θεοῦ
ταύρῳ κρυφαίας χέρνιβος κατάρξεται.

Hinc forte nata mysteriorum Delphicorum fama a Nicephoro renovata in Schol. in Synes. p. 401. B. *τελετὰς κυρίως φασὶ τὰ μυστικῶς παραδιδόμενα λόγοις καὶ ἔργοις ἔν τε Πυθίᾳ* (sic) *καὶ Ἐλευσῖνι καὶ τοῖς ἄλλοις μαντείοις·* et in Hist. Byz. L. X. 2. 319. C. *πῶς οὐκ ἂν εἴη τῶν ἀτοπωτάτων, πάλαι μὲν, ὁπότε τὰ Ἑλλήνων ἤκμαζε δόγματα, τάξιν ἐπιπολάζειν καὶ ἃ τοῖς Δελφῶν θεολόγοις ἐφεῖται μυστήρια μηδενὶ τῶν ἄλλων ἐξεῖναι μήτε λέγειν μήτε περινοεῖν, κἂν Σωκράτης ᾖ, κἂν Πλάτων·* quanquam pro cetera hominis perversitate et antiquitatis ignorantia ne hoc quidem satis tutum videri potest. Theologos tamen Delphicos, de quibus saepius loquitur[b], Plutarchus quoque nominat de Def. Orac. XIV. 323. eosque sanctissimas administrare cerimonias, sed stultis credere

„latus esse traditur v. Creuzeri Symb. II. 96." Si vir graeci sermonis peritissimus locum a Creuzero allegatum inspexisset, primo adspectu errorem deprehendisset. Grammaticus ille hoc dicit in Anecd. Bekk. p. 224. *Βάκχος — καὶ ὁ κλάδος, ὡς δὲ ἔνιοι, στεφάνους ὑπὸ Δωριέων· οἱ δὲ τὸν φανὸν βάκχον, καὶ ἰχθύς* sc. *οὕτω καλεῖται*, ut Athenaeus ait. Quis hinc colligat Bacchum vocatum esse *φανόν*? num etiam *ἰχθύς, στέφανος, κλάδος* dei nomina sunt? Quidam laterniam dixere *βάκχον*, nemo Bacchum L a t e r n a m; deus *λαμπτήρ* appellatur et *Φαυστήριος*, sacerdotes *φανηφόροι* s. *φανοφόροι* (Hes.)

[b] In Synes. p. 358. A. hunc praedicat non solum Graecarum literarum callentissimum *ἀλλὰ καὶ τῶν Χαλδαϊκῶν θιασώτην ὀργίων*,

fabulis dixit [c] idemque alterius sacri mystici memoriam servavit, cui *Ἡρωίς* nomen, quodque, ut ille ait, *τὰ πλεῖστα μυστικὸν ἔχει λόγον, ὃν ἴσασιν αἱ Θυιάδες, ἐκ δὲ τῶν δρωμένων φανερῶς Σεμέλης ἄν τις ἀναγωγὴν εἰκάσειεν* Quaest. Rom. XII. 383. T. VIII. cujus Anagogae per sacra trieterica celebratae indicium prodit Hymnus Orph. XLIV. in Semelen:

Τιμὰς τευξαμένη παρ' ἀγαυῆς Περσεφονείης
ἐν θνητοῖσι βροτοῖσιν ἀνὰ τριετηρίδας ὥρας
ἡνίκα σοῦ Βάκχου γονίμην ὠδῖνα τελοῦσιν
εὐίερόν τε τράπεζαν ἰδὲ μυστήρια ἁγνά.

His igitur omnibus efficitur fuisse quendam apud Delphos Semelae Liberique secretum cultum, qualis plurimis aliis locis, et conjunctam cum eo *ἀναγωγῆς* speciem atque dei in Orcum profecti *ἀνάκλησιν* [d], quae facile hominibus suspicionem praebere potuit, Dionysi ipsius obitum et in vi-

καὶ ὅσα δ' αὖ ἱερογραμματέων τῶν πάλαι παρ' Αἰγυπτίοις θαυμασθέντων βίβλοι καὶ μυστικαὶ τελεταὶ τοῖς ἔπειτα χρόνοις παρέδοσαν, καὶ ὅσα Δελφῶν θεολόγοι ἐδογμάτισαν, οὐδὲ τούτων ἀτέλεστος ἔμεινεν ὁ ἀνήρ.

[c] Quod Photius et Suidas tradunt: *τάδε ἐκ τοῦ τρίποδος· ἐπὶ τῶν πάνυ ἀληθῶν. Ἀριστοκλείᾳ γὰρ τῇ Πυθίᾳ λέγεται μιχθῆναι Πυθαγόραν τὸν ἀδελφὸν καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς μαντευμάτων παρασημειοῦσθαι ὅσα ἔχρα* etc. confictum est ex Aristoxeni narratione Diog. La. VIII. 8. Pythagoran a Themistoclea *τῇ Δελφῇ* (sic corrigunt vitiosum *ἀδελφῇ*, unde natus est Pythagoras *ἀδελφός*) ethicorum praeceptorum pleraque accepisse; quod ipsum commenticium, ut pleraque ab Aristoxeno narrata, et ex loci proprietate temere conjectum videtur; talibus enim sententiis selectis brevibusque referti erant templi Delphici parietes, quarum celeberrima Nosce te ipsum inter Pythagorae quoque praecepta fertur. v. Scheffer. de Constit. Phil. Ital. IX. 68. sq. Illam narrationem Porphyrius c. XLI. ita contraxit, ut, qui fontem ignoret, unde accepta est, facile sibi persuaderi patiatur Pythagoram gravissima doctrinae suae capita ab Aristoclea (sic enim vocat) Theologorum Delphorum alumna accepisse.

[d] Plutarchus de Is. l. c. Argivos tradit certo tempore Dionysum *ἀνακαλεῖσθαι ἐξ ὕδατος ἐμβάλλοντας εἰς τὴν ἄβυσσον ἄρνα τῷ*

tam restitutionem his sacris adumbrari. Si in mysteriis ipsis hoc Plutarcho traditum fuisset, homo religiosissimus nunquam id scriptis suis inserere animum induxisset; sed fuit potius illa ἡ κοινὴ καὶ περιηγητικὴ δόξα, quam Dinarchus quoque et Cephalio sequuti sunt, ceterique Pragmaticorum, qui Dionysum Delphis sepultum esse prodiderunt, inducti fortasse ab ipsis hujus urbis incolis, qui quum sacra Aegyptia studiose colerent [°] non mirum est, si, quo majorem deo municipali cum Osiri similitudinem redderent, ejus apud se sepulcrum extare affirmarunt. In carminum Orphicorum reliquiis de Delphis et de condito ibi Dionyso nullum verbum legitur, neque cura, qua Apollo fratrem et vivum et mortuum amplectitur, pro argumento Delphicae originis esse potest; sed si esset quoque illius loci in versibus Orphicis mentio facta, tamen hoc non satis foret ad probandum, Onomacritum ipsum a Delphis edoctum esse sacerdotibus. Sed jam reliqua hujus famae colligamus indicia.

§. 2.

De Terpandro jam prius dictum est Lydi

πυλαόχῳ. idque testari Socratem ἐν τῷ περὶ Ὁσίων. quos Hosios Dionyso in operto sacrificasse modo dictum. Abyssus illa Lernaea palus est, unde Semele ad superos emersit Schol. Lyc. 212. p. 484. cf. Siebelis ad Paus. II. 31. 2. sed similis quaedam sive ἀνάκλησις sive ἀνέγερσις Dionysi ipsius significari videtur a Plutarcho l. c. IX. ἀρχομένου χειμῶνος ἐπεγείραντες τὸν Διθύραμβον τρεῖς μῆνας τοῦτον ἀνακαλοῦνται τὸν θεόν. et ab Orpheo H. LIII. ἀμφιετῆ καλέω Βάκχον — ὃς παρὰ Περσεφόνης ἱεροῖσι δόμοισιν ἰαύων κοιμίζει τριετῆρα χρόνον· αὐτὸς δ' ἡνίκα τὸν τριετῆ πάλι κῶμον ἐγείρῃ etc. quamquam neuter horum sat clare loquutus est.

[°] Paus. X. 22. 9. cf. Wessel. ad Diod. I. 29. p. 851.

verba non ita accipi debere, quasi ille Sabazium Jovis et Proserpinae filium a Titanibus discerptum tradiderit. Nomen ipsum Sabazii sive Sabi ne in Theogonia quidem Orphei legitur, sed hic deum e Jovis incestu natum constanter Dionysum appellat. Proxime igitur et secundum Onomacritum Euripides collocandus videtur, qui primus Zagrei non nomen solum sed etiam cum Magna matre consortium et cruentas epulas commemoravit. Nam de Aeschylo quem Etym. Gud. p. 227. antestatur, res minus explorata est Plutonem an Plutonis filium intelligi voluerit: *Ζαγρεὺς ὁ μεγάλως ἀγρεύων ὡς Πότνια γῆ Ζαγρεῦ τε θεῶν πανυπέρτατε πάντων, ὁ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας ἔφη· τινὲς δὲ τὸν Ζαγρέα υἱὸν Ἅιδου φασιν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ*[f]. *Ζαγρεῖ τε νῦν με καὶ πολυξένῳ χαίρειν.* Welckerus de Trilog. Aesch. p. 556. Aeschylum de Plutone loqui autumat, quem haud dubie Alcmaeonidis scriptor significavit et hoc nomine a nonnullis denotari Etym. M. docet s. *Ζαγρεύς*. Ex versu ipso, qui varie explicari et corrigi potest, neutrum liquido apparet; sed verba Grammatici, nisi transposita sunt, Plutonis filium indicant sic vocatum esse. Is vero est, de quo Hesychius loquitur: *Ἰσοδαίτης ὑπ᾽ ἐνίων ὁ Πλούτων, ὑπὸ δὲ ἄλλων ὁ Πλούτωνος υἱός·* quem eundem Zagreum appellatum fuisse apparet e Plutarcho de *Ει* c. IX. 228. T. IX. *Διόνυσον δὲ καὶ Ζαγρέα καὶ Νυκτέλιον καὶ*

[f] Sic emendavit Fiorillo de Herod. Att. p. 90.

Ἰσοδαίτην [¶] *αὐτὸν ὀνομάζουσι*, qui ab Orphico deo, licet diverso patri inscriptus, non diversus videtur. Sed ambiguo Aeschyli testimonio subvenit clarissimum Euripidis. Is enim in fabula Cretensium nomine inscripta chorum Curetum inducit haec praefantem:

Ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπών
— — — — —
Ἁγνὸν δὲ βίον τείνομεν ἐξ οὗ
Διὸς Ἰδαίου μύστης γενόμην,
καὶ νυκτιπόλου Ζαγρέως σπονδάς
τάς τ' ὠμοφάγους δαῖτας τελέσας [†]
Μητρί τ' ὀρείᾳ χεῖρας ἀνασχών
καὶ Κουρήτων
βάκχος ἐκλήθην ὁσιωθείς.
πάλλευκα δ' ἔχων εἵματα φεύγω
γένεσίν τε βροτῶν καὶ νεκροθήκης
οὐ χριμπτόμενος, τῶν δ' ἐμψύχων
βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι [§].

Ea est luculenta vitae Orphicae descriptio, Cybelae Zagreique cultu dicatae et ad Pythagoricas

[¶] Alius, ut videtur, est *Ἰσοδαίτης ξενικός τις δαίμων ᾧ τὰ δημώδη γύναια καὶ μὴ πάνυ σπουδαῖα ἐτέλει* Harpocr. et Phot. quem Gesnerus huc refert ad Lucian. Epp. Saturn. 32. 349. T. IX. similiorque fortasse diis convivalibus *Δαίτῃ* et *Ἐλλαπιναστῇ*. Neque liquet mihi de Anecd. Bekk. p. 267. *Ἰσοδαίτης θεός, ὁ ἥλιος ὁ τὸν ἴσον ἑκάστῳ θάνατον διανέμων.*

[†] Hesychius: *Ὠμοφάγους δαῖτας, τους τὰ ὠμὰ κρέα μερίζοντας καὶ ἐσθίοντας.*

[§] De hoc toto loco Hermannus ante hos viginti annos consulenti sic respondit: „Verba ita ordinanda sunt: *οὓς στεγανοὺς παρέχει* „*αὐθιγενὴς κυπάρισσος, τμηθεῖσα δόκους* (in tignos fissa) *χαλύβῳ* „*πελέκει καὶ ταυροδέτῳ κόλλῃ κραθεῖσ' ἀτρεκεῖς ἁρμούς* (securium „acie et glutine firmiter compacta). Toupius coepta via aberravit, sed „Bentlejus obtinuit, *ταυροδέτῳ* non idem significare posse quod *ταυροκόλλη*, nisi ex duabus lectionibus *κολληθεῖσ'* et *κρηθεῖσ'* tertium quiddam efficiatur *κόλλῃ κρηθεῖσ'*. *Δόκους* genuinum censeo, „quamvis etiam codex Monacensis *δορός* exhibuit. In seqq. *καὶ νυκτιπόλου Ζαγρέως βιοτάς* idem liber *βροντάς* exhibet et recte quidem, „si modo *βροντῆς* scribatur, *μύστης Διὸς καὶ βροντῆς Ζαγρέως*, quod

castimonias adstrictae, quibus illae ὠμοφάγοι δαῖτες non repugnant; nam Pythagorei quoque, ut Plutarchus ait Symp. VIII. 8. et Porphyr. V. P. II. 28. licet per totam vitam carne abstinerent, tamen et victimas animales diis offerre et ipsi illatis prosiciis dapes instruere solebant, γευσάμενοι μόνον πρὸς ἀλήθειαν ἄθικτοι τῶν λοιπῶν ἔζων. E Porphyrii loco, qui hos nobis servavit versus, Hieronymus sua mutuatus videtur adv. Jovin. L. II. p. 206. T. IV. Martian. Euripides in Creta Jovis prophetas non solum carnibus sed et coctis cibis abstinuisse refert. Integrum si superesset carmen, clare fortasse intelligeremus, illum scenicum philosophum non Anaxagorae solum sententias sed mysticorum etiam, qui tum dominati sunt, decreta sublimia delibasse. Sed superest fabula, Bacchae, dithyrambi quam tragoediae similior, totaque ita comparata, ut contra illius temporis Rationalistas scripta videatur, qua et Bacchicarum religionum sanctimonia commendatur

Ὦ μάκαρ, ὅςτις εὐδαί-
μων, τελετὰς θεῶν εἰ-
δὼς βιοτὰν ἁγιστεύει
καὶ θιασεύεται ψυ-
χὰν ἐν ὄρεσσι βακχεύ-
ων ὁσίοις καθαρμοῖς

„quomodo dicatur, apparet ex Nonno Dion. VI. 165. X. 294. XXXI. „35. XXXVIII. 209. XXXIX. 71.“ De postremo non possum non a viro praestantissimo dissentire; nam quod Nonnus narrat Zagreum puerili manu fulmina paterna tractasse, vereor ne ornatus causa ab hoc poeta ad declarandam ejus potentiam inventum sit neque eos, qui Zagreo initiati sunt, idcirco μύστας Ζαγρέως βροντῆς dictos esse crediderim. Praestare videbatur σπονδάς, sacra.

τά τε ματρὸς μεγάλας ὄρ-
για Κυβέλας θεμιτεύων κ. τ. λ. [†]

et rerum divinarum disceptatio ab eruditorum judiciis ad populi transfertur suffragia

σοφὰν δ' ἄπεχε πραπίδα φρένα τε
περισσῶν παρὰ φωτῶν·
τὸ πλῆθος ὅ, τι τὸ φαυλότερον
ἐνόμισε χρῆταί τε, τόδε τοι λεγοίμαν.

aliaque multa in eandem sententiam, quae sive poeta pro se ipse probavit sive alienis largitus est auriculis, certe magnam vim, magnam auctoritatem apud homines illius aetatis habuerunt, quae ab impia Sophistarum levitate modo ad fanaticas defluxerat superstitiones. Ceterum Zagrei cultum mysticum et Orphicas religiones in Creta viguisse, quum nullo alio testimonio constet, ex Euripidis verbis colligi nequit. Neque enim intererat poetae varios sacrorum Phrygiorum ritus sollicite dignoscere omniaque minima observare momenta, dummodo generalis constaret similitudo, quae in Matris Idaeae atque Curetum Corybantumque cultu posita est. Hujus autem diversissimas fuisse species, neque Gallos Romanos eadem omnia numina coluisse, quae Phryges antiqui, neque horum cerimonias omnes suscepisse Orpheotelestas Graecienses, res ipsa docet et nomina Jovis Dionysique Sabazii, Attinis, Agdistis, Zagrei, Hyis, Curetum denique et Coryban-

[†] Cf. Helen. 1358. μέγα τοι δύνανται νεβρῶν — παμποίκιλοι στολίδες — κισσοῦ τε στεφθεῖσα χλόα — νάρθηκας εἰς ἱεροὺς — ῥόμβου τ' ἔνοσις καὶ παννυχίδες θεᾶς.

tum vocabula alia aliis locis frequentata insuetaque [h].

§. 3.

Mythologi nostri, quum pro fabulis et ritibus sacris, quos ab ultima antiquitate repetere cupiunt, nullos nisi novitios testes afferre possunt, plerumque eo confugere solent, ut veteres toto animo a mutandis religionibus abhorruisse dicant. Et est sane ita memoriae proditum, omnibus, qui de moderando deorum cultu aut Delphis aut a Dodona oraculum petivissent, divinitus mandatum esse, ut morem patrium servarent, *κατὰ τὰ πάτρια ποιεῖσθαι τὰς θυσίας* Aristot. Rhet. ad Alex. II. p. 30. T. II. Buhl. [*] idemque fuit veterum poetarum et philosophorum politicorum praeceptum, sacra ut fierent

ὥς κε πόλις ῥέζῃσι, νόμος δ' ἀρχαῖος ἄριστος

Hesiodus ait ap. Porphyr. de Abst. I. 18. cf. Zaleuci leges Stob. CXL. 458. et Musonium ib. I. 5. 21. Sed his praeceptis parum obtemperatum esse Josephus docet c. Apion. L. II. 35. Graecorum levitatem et inconstantiam in cultu sacrorum

[h] Bouterweckius De Eurip. Philos. in Comm. Goett. recent. T. IV. p. 8. miratur poetae audaciam, qui hoc et aliis locis (Heracl. 1817.) sanctissimorum mysteriorum secreta prodere sustinuerit. Verum enimvero nihil vulgatius fuit his fabulis nihilque minus sanctum.

[*] Porphyrius Ep. ad Marcell. c. 18. p. 298. Orell. *μέγιστος καρπὸς εὐσεβείας τιμᾶν τὸ θεῖον κατὰ τὰ πάτρια* leg. *κατὰ τὰ πάτρια.* In Gemini Element. Geometr. p. 32. Petav. duo oraculorum responsa confusa videntur, quorum unum juberet *θύειν κατὰ τὰ τρία, ἤγουν κατὰ μῆνας, ἡμέρας, ἐνιαυτούς*, perversa intercalatione turbatos, alterum *κατὰ τὰ πάτρια.*

culpans: *τὰ μὲν τῶν ἱερῶν ἐν ἐρημίᾳ παντελῶς εἰσι, τὰ δὲ ἐμπερισπούδαστα καθάρσεσι παντοδαπαῖς περικοσμούμενα. Εἶθ' οἱ μὲν πρότερον ἐν ταῖς τιμαῖς ἀκμάσαντες θεοὶ γεγηρακότες, οἱ δ' ἐπακμάσαντες τούτων ἐν δευτέρᾳ τάξει ὑποβέβληνται, ἄλλοι δὲ καινοί τινες εἰσαγόμενοι θρησκείας τυγχάνουσι.* Cujus inconstantiae plurima exempla reperiuntur apud eos scriptores, qui temporibus belli Peloponnesiaci vixerunt, neque dubitari potest, quin tot, tanti tamque praecipites casus, quibus tunc omnes fere Graeciae civitates concussae sunt, tum alias invexerint disciplinae publicae et privatae corruptelas [b] tum etiam nova superstitionum genera; quo homines rerum suarum trepidi imprimis propendere solent. Sic Romae, pestilentia urbem et agros urente, ut Dionysius scribit, *πολλὰ ἐνεωτερίσθη περὶ τὰς τιμὰς τῶν θεῶν ἐπιτηδεύματα οὐκ εὐπρεπῆ* L. X. 53. [c]. Capitolinus in V. Anton. Phil. c. 13. p. 28. A. Belli Marcomannici, inquit, tantus erat timor, ut undique sacerdotes Antoninus acciverit, peregrinos ritus impleverit, Romam omni genere lustraverit. Denique Propertius IV. Eleg. 1. antiquae urbis habitum describens hoc quoque inter priscae simplicitatis documenta refert v. 17. quod tum

> Nulli cura fuit externos quaerere divos,
> quum tremeret patrio pendula turba foro.

Sed prae ceteris Athenienses credibile est, inge-

[b] v. Thucyd. III. 82.

[c] Dio Excerpt. in Maji Anecd. p. 268. T. II. *οἱ Ῥωμαῖοι πολλὰ καὶ παθόντες καὶ δράσαντες τῶν μὲν πατρίων ἱερῶν ὠλιγώρησαν, πρὸς δὲ τὰ ξενικὰ ὡς καὶ ἐπαρκεσόμενά σφισιν ὥρμησαν.*

nita naturae mobilitate et novitatis studio alias aliasque appetivisse religiones; eoque transferre licebit quae de Romanis scripsit Livius, iisdem prope verbis: Quo longius trahebatur bellum et variabant secundae adversaeque res animos hominum, tanta religio et ea magna ex parte externa civitatem incessit — nec jam in secreto modo atque inter parietes abolebantur Romani ritus sed in publico etiam ac foro — Sacrificuli ac vates ceperant hominum mentes, quorum numerum auxit plebs in urbem compulsa L. XXV. 1. Quae omnia quantopere in Athenienses conveniant, ipsorum confessione patescit. Nam quum aliquando consuluissent Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent, accepissentque eas, quae essent in more majorum, negarunt se quidquam hoc responso juvari, nam morem majorum saepe mutatum esse Cic. Legg. II. 16. Idque declarant etiam Comicorum cavillationes, quibus deos peregrinos eorumque cultores fatuos incessunt. Apollophanem in Cretibus [cc] magnam turbam ignotorum deorum congregasse refert Hesychius s. *Θεοὶ ξενικοί.* quo in numero fuerunt sine dubio Sabazius, quem Aristophanes peregrinitatis damnavit [d], Attes,

[cc] Fortasse non fortuitum est quod haec fabula cum Euripidea titulo congruit.

[d] Cicero Legg. II. 18. quem locum ex Horis sumtum putant, unde hic est versus: *τὸν Φρύγα, τὸν αὐλητῆρα, τὸν Σαβάζιον* Fr. VI. quo nomine Sabazii cultor significari videtur, ut apud Orig. c. Cels. I. p. 8. *ἐξομοιοῖ τοὺς ἀλόγως πιστεύοντας μητραγύρταις καὶ τερατοσκόποις Μίθραις τε* (*Μιθριακοῖς* emendat Hemsterhusius ad

quem Theopompus irrisit Suid. s. Ἄττις et Anecd. Bekk. p. 461. quemque Plutarchus dicit una cum Adonide ex barbaricis superstitionibus per mulierculas et, quod momento est, androgynos h. e. Cybelistas introductum esse Amator. XIII. 22. T. XII. Hyes denique, quem Aristophanes ξενικοῖς θεοῖς adnumerat (Phot. et Suid. cf. Meinek. Quaest. Scen. II. 73.) et Thraciae deae, Bendis, quae a Strabone huc refertur [e] atque Cotytto [f]. Quanquam enim haec nomina vulgo ad Magnam matrem, Dianam, Hecaten Liberum atque Jovem referuntur propter quandam similitudinem, tamen inter sacra ipsa plurimum intererat. Quanta autem superstitiosorum multitudo fuerit et quanta impostorum impudentia, declarant comicarum fabularum elogia quibus illae mysticorum nugae exagitatae sunt, Antipatri Μύστις, Phrynichi (et Sopatri Parodi) Μύσται, Nicostrati Ἱεροφάντης, Anaxandridae Φαρμακόμαντις, Antiphanis Μηναγύρτης et Μύστις [g], Alexidis Θεοφόρητος, Menan-

Poll. VII. 188.) καὶ Σαββαδίοις. Dei nomen est in Theophili versu Athen. X. 417. B. Ἀπολλόδωρε καὶ Σαβάζιε, ubi Ἄπολλον, Ὧρε — scribendum esse monui in Diss. de M. B. paullo ante quam Valckenarium eandem conjecturam fecisse innotuit ex Epistolis a Tittmanno editis p. 50.

[e] Hanc denotare videtur Aristophanes Fragm. Lemn. XII. τὴν κρατίστην δαίμον' ἧς νῦν θερμὸς ἐσθ'· ὁ βωμός· quod deinde proverbii loco dicitur de iis, quae in honore sunt Eunap. V. Plotin. p. 12. Boiss. Peregrinam deam ab Atheniensibus receptam illo loco significari docet Suidas.

[f] v. Epimetr. XI.

[g] Athen. XI 494. D. ubi anus temulenta inducitur

καὶ γὰρ ἐπαγωγόν, ὦ θεοί, τὸ σχῆμά πως
τῆς κύλικός ἐστιν, ἄξιόν τε τοῦ κλέους
τοῦ τῆς ἑορτῆς, οὐ μὲν, οὐ μὲν, ἄρτι γὰρ
ἐξ ὀξυβαφίων κεραμέων ἐπίνομεν.

ubi pro οὐ μὲν οὐ μέν scribendum οὐ 'τελοῦμεν.

dri *Θεοφορουμένη* et *Μητραγύρτης*, ejusdemque *Ἱέρεια*, quam fabulam contra viles Metragyrtas scriptam esse docent verba *εἰ γὰρ ἕλκει τὸν θεὸν τοῖς κυμβάλοις ἄνθρωπος εἰς ὃ βούλεται* et cetera p. 87. Mein. Quibus ex fabulis expressae videntur L. Pomponii Aruspex, Naevii Hariolus, Afranii Augures multaeque sententiae graves et facetae, quibus passim Plautus, Ennius, Pacuvius id genus hominum insectati sunt. Hi autem Comicorum aculei partim compotationes, pervigilia et lascivias perstringunt, quibus mulieres rem divinam facientes indulgere credebantur, partim tetras superstitiones et infames Fratricellorum et Beguinarum libidines. Mulieres praecipuo studio hos mysticos circulos frequentasse, hinc discimus: Jamblichus de Myst. X. 71. *γυναῖκές εἰσιν αἱ προηγουμένως μητρῳάζουσαι, ἀῤῥένων δὲ ὀλίγιστοι καὶ ὅσοι ἂν ὦσιν ἁπαλώτεροι.* Et in universum Strabo VII. 723. *ἅπαντες δεισιδαιμονίας ἀρχηγοὺς οἴονται τὰς γυναῖκας· αὗται δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας παρακαλοῦνται πρὸς τὰς ἐπὶ πλέον θεραπείας τῶν θεῶν καὶ ἑορτὰς καὶ ποτνιασμούς·* et Plato Legg. X. 909. D. *ἔθος γυναιξὶ διαφερόντως πάσαις καὶ τοῖς ἀσθενοῦσι καὶ ἀποροῦσι θυσίας εὔχεσθαι καὶ ἱδρύσεις·* id quod centenis exemplis probat H. Feustkingii Gynaeceum haeretico-fanaticum Lips. 1704. et nova domesticaque exempla docent. Hinc Phintys Pythagorea hoc posuit in praeceptis, quae sexui suo scripsit, *μὴ χρέεσθαι τοῖς ὀργιασμοῖς καὶ ματρῳσμοῖς* Stob. Serm. LXXIV. 444. 22.[h] Ma-

[h] Et paulo post p. 445. 19. *ὀργιασμῶν καὶ ματρῳσμῶν τῶν*

quem interim Athenis devotarum numerum fuisse ostendit senis Attici querela Aristoph. Lys. v. 387.

> ἐξέλαμψε γὰρ
> χὠ τυμπανισμὸς [i] χοἰ πυκνοὶ Σαβάζιοι
> ὅ τ' Ἀδωνιασμός.

et Lysistratae ipsius in exordio fabulae:

> Ἀλλ' εἴ τις αὐτὰς εἰς Βακχεῖον ἐκάλεσεν,
> ἢ 'ς Πανὸς ἢ 'πὶ Κωλιάδ', ἢ 'ς Γενετυλλίδας,
> οὐδ' ἂν διελθεῖν ἦν ἂν ὑπὸ τῶν τυμπάνων.

quorum creberrimum usum testatur proprium artificum genus, tympanorum pictores Liban. Or. Dem. c. Aesch. T. III. p. 399. Demosth. de fals. leg. 415. 5. Priora illustrat Strabo IX. 376. περὶ Ἀνάφλυστόν ἐστι τὸ Πάνειον καὶ τὸ τῆς Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν, et Plutarchus Amat. XVI. 31. T. XII. τὰ Μητρῷα καὶ Πανικὰ κοινωνεῖ ταῖς Βακχικοῖς ὀργιασμοῖς. Genetyllidi, γυναικείᾳ θεῷ, ut Hesychius vocat [k] quaecunque demum est, Lucianus adjungit Pandemon et Cybeben tanquam ejusdem sexus praesides peculiares Pseudolog. p. 67. T. VIII. Ceterum eodem modo apud Alciphronem III. Ep. XI. homo rusticus et antiqui

κατ' οἶκον ἀπέχεσθαι· καὶ γὰρ ὁ κοινὸς νόμος ἀπείργει ταῦτα — καὶ μέθας καὶ ἐκστάσιας ψυχῆς ἐπάγοντι αἱ θρησκεύσεις αὗται. Plutarchus quoque in Praec. Conj. p. 416. T. VII. praecipit, ne quos mulier privatim colat deos, neu arcano, neu peregrinis ritibus.

[i] Χὠ τυμπανισμοί ex hoc loco affert Etym. M. et pariter χοἰ συμπόται, χὠ ξυγγενεῖς, quae repetit Const. Lascaris Gramm. B. iii iii.

[k] Idem et Photius Καλλιστὼ γυναικεία θεὸς ἐρωτική. et Κυραννὴ ὄνομα γυναικείας θεοῦ Κιλικίας Μένανδρος. Eodem pertinere videtur ἡ Κουροτρόφος, quae in Platonis Phaone Athen. X. 442. A. cum Lordone et Cybdaso aliisque geniis Veneriis componitur, quamque mulieres in Herod. V. Hom. c. 30. propriis sacrificiis placant. Jocose Fronto Ep. III. 416. γυναικεία δή τις αὕτη θεὸς παρὰ ταῖς πλείσταις τῶν γυναικῶν θεραπεύεται, ἡ ἀπάτη, et Dio Chr. Or. IV. 178. voluptatem (ἡδονὴν) ἀτεχνῶς γυναικείαν θεὸν vocat.

matris stomachatur uxorem urbanam καινοὺς ἐπεισάγειν θεούς — Κωλιάδας ἢ Γενετυλλίδας, quam utramque etiam Misogynes Lucianeus cum aliis quibusdam ejusdem notae deabus a mulieribus celebrari indignatur Amorr. c. 42. 304. T. V. εὐθὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔξοδοι, καὶ πᾶς θεὸς ἐπιτρίβων τοὺς γεγαμηκότας, ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας καὶ Γενετυλλίδας ἢ τὴν Φρυγίαν δαίμονα καὶ τὸν δυσέρωτα κῶμον ἐπὶ τῷ ποιμένι [I]. Quibus quum Lucianus longam Menandri ῥῆσιν subjungat, illa quoque ab hoc poeta sumsisse videtur, qui maritum quendam introduxit ἀχθόμενον ταῖς περὶ τὴν οἰκίαν δαπάναις [II]

ἐπιτρίβουσιν ἡμᾶς οἱ θεοὶ
μάλιστα τοὺς γήμαντας· ἀεὶ γάρ τινα
ἄγειν ἑορτήν ἐστ' ἀνάγκη [*].

Illae autem matutinae ἔξοδοι processionesque, quas Lucianus insequitur, et convotarum τελεταὶ ἀπόρρητοι καὶ χωρὶς ἀνδρῶν ὕποπτα μυστήρια cujus notae et formulae fuerint, apparet e Clementis probris in mulieres jactis Paedag. III. 269. περιφέρονται ἀνὰ τὰ ἱερὰ ἐκθυόμεναι καὶ μαντευό-

[I] Non Paris est aut Endymion, ut interpretes putant, sed Attis, quem bubulcum vocat Theocritus X. 40. ἀγροιώταν Philostratus I. Ep. 59. p. 930. pastorem Paullinus Nolanus (sive Antonius) Carm. IV. v. 79. in Anecd. Murator. Arnobius IV. 25. Saltatur Magna mater cum infulis — in bubulci amplexu. Tertullian. ad Nation. I. 149. T. V. Seml. Cybele pastorem suspirat fastidiosum. In veterum artificum monimentis pedum et fistula ei apponuntur.

[II] v. Epimetr. XI.

[*] p. 114. Meinek.

μεναι ἀγύρταις καὶ μητραγύρταις καὶ γραίαις βωμολόχοις συμπομπευόμεναι.

Sed longe graviorem censuram meruere agyrtae ipsi horum sacrorum antistites. Hi nostrorum Magorum similes omniumque occultarum artium periti aliis opes et divitias [m] aliis divum hominumque gratiam et tum corporis sanitatem, tum veniam peccatorum promittere, postremo philtra et charitesia, quibus opus esset, parare solebant, communi nomine *μάντεις φαρμακομάντεις, ἰατρομάντεις, ἀπομάκται* et *καθαρταί* dicti et ex altero sexu *ἐγχυλικίστριαι* [n], *περιμάκτριαι* [nn].

[m] *Θησαυρῶν ἀναπομπάς* pollicetur Pseudomantis Lucianeus. Contra Plato Legg. XI. 913. B. *θησαυρὸν μήθ' εὑρεῖν ποτε θεοῖς εὐξαίμην, μήθ' εὑρὼν κινήσαιμι, μηδ' αὖ τοῖς λεγομένοις μάντεσιν ἀνακοινώσαιμι*, scil. de placandis inferorum numinibus, quorum in potestate sunt thesauri in terram defossi. Apud Philostratum V. Apoll. VI. 39. 275. *ἔθυέ τις ὑπὲρ θησαυροῦ τῇ Γῇ*, et arcessivit Apollonium ipsum, qui *προςευξάμενος τῇ Πανδώρᾳ* thesauro potitur. Inscriptionem Ligorianam, in qua Terrae ob repertum thesaurum grates aguntur, rejicit Fabretti ad Col. Traj. p. 236.

[n] Hesychius: *Ἐγχυλικίστρια, περιαγνίστρια.* Schol. Arist. Vesp. 288. *ἐγχυτρίστριαι αἱ τὰς χοὰς τοῖς τετελευτηκόσιν ἐπιφέρουσαι· ἔλεγον δὲ καὶ τὸ βλάψαι καταχυτρίσαι· ἐγχυτριστρίας δὲ λέγεσθαι καὶ ὅσαι τοὺς ἐναγεῖς καθαίρουσιν αἷμα ἱερείου ἐπιχέουσαι.* quae eodem modo in Schol. Plat. p. 212. Ruhnk. p. 336. Bekk. et ap. Suid. leguntur; sed nescio an pro *βλάψαι* scribendum sit *θάψαι*, quod faciebant illae ossa cadaverum in ollis condentes; quarum usum docet Stephanus s. *Ἡραία — ὀρύξαντες τάφους χύτρας εὗρον καὶ ὀστᾶ.* v. quos Gesnerus citat in Thes. s. Olla. Ab alio ollae usu dictae sunt *ἐγχυτρίστριαι*, quas Romani, ni fallor, simpuviatrices sive simpulatrices dicebant, hoc est, mulieres divinis rebus deditae, ut Festus ait. Atque hoc testu, quo *αἷμα ἱερείου* atque alia piacula continebantur, Hesychius significare videtur: *Φαρμακή, ἡ χύτρα, ἣν ἡτοίμαζον τοῖς καθαίρουσι τὰς πόλεις*, et cognatum huic genus, quo suffimenta efferebant, Schol. Aesch. Choeph. 96. *Ἀθηναῖοι καθαίροντες οἰκίαν ὀστρακίνῳ θυμιατηρίῳ ῥίψαντες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὄστρακον ἀμεταστρεπτὶ ἀνεχώρουν.*

[nn] Harum munus describit Menander in Disidaem. p. 42.

Περιμαξάτωσάν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ
καὶ περιθειωσάτωσαν· ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
ὕδατι περιῤῥᾶναι βαλὼν ἅλας, φακούς.

καθάρτριαι, piatrices [o], quoniam munus earum potissimum ad eluenda piacula pertinebat. Notum est autem, quam facile Graeci piaculorum religione implicati fuerint, quarum varias causas enumerat una veterum Pythagorearum apud Plutarch. Superst. IX. 75. T. VIII. *αἴτε κα ἀπ' ἀγχόνας ἀΐξασα* [p] *αἴτε καὶ λεχόνα μαιεύσασα, αἴτε κα ἐκ νεκρῶ ἀναπειφυρμένα εἰσέλθῃς, αἴτε κα ἐκ τριόδων καθαρμάτεσσι, ἐπισπομένῳ τῷ παλαμναίῳ συμπλεχθήσῃ.* Qui igitur his aliisve causis suspicionem contracti piaculi haberent, praeterea qui se veneficiis et devotionibus impugnari sentirent, quique larva aut aliquo diro numine infestari sibi viderentur, his omnibus aeruscatores illi operam suam pollicebantur verbis hisce, ut Plutarchus ait l. c. III. 5. aut similibus usi:

vulgo *ὕδατι περίῤῥαν' ἐμβαλών. Βάλλειν* pro *ἐμβάλλειν* Plato usurpat Epigr. XV. Sophocl. Philoct. 67. aliique poetarum, tum Grammatici Tzetz. ad Lyc. v. 176. p. 435. Chil. IV. 192. et saepissime formularii medici. Cur Buttmannus in Schol. Ambros. *K.* p. 346. pro *βαλεῖς* reponeret *ἐμβαλεῖς*, nulla causa erat. Ad rem illustrandam pertinet Proculi locus in Cratyl. p. 106. *οἱ μάντεις διὰ τῶν περιῤῥάνσεων καὶ περιθειώσεων ἁγνοὺς ἑαυτοὺς καὶ τοὺς συνόντας ἀποτελοῦσι.* Salis et fabae lentisque proprius usus in sacris lustralibus.

[o] Festus: Piari eos velut proprio vocabulo ait Verrius, qui parum sint animati quum mentis suae non sint et per quaedam verba liberantur — Piatrix sacerdos dicitur, quae expiare erat solita, quam quidam simulatricem, alii sagam, alii expiatricem vocant, ubi commode simpulatricem reponunt.

[p] *Ἀγχόνη* vix intelligi potest, ne si solutio quidem suspendiosi intelligatur, quam nostri quoque majores piaculi instar abhorrebant; nescio an *ἀπ' ἀγχοᾶς* scribi possit, ab inferiis reversa. Triplex genus superstitionis complectitur Theophrastus in Superst. XVI. *οὐδέποτε μνήματι ἐπιβῆναι, οὔτε ἐπὶ νεκρὸν οὔτε λεχώ.* quartum quoddam indicant verba *αἴτε κα ἐκ τριόδων καθαρμάτεσσιν*, ubi *ἐγχριμφθεῖσα* addendum videtur. Petronius c. 134. quod purgamentum calcasti in trivio? *τὰ ἐν τοῖς τριόδοις καθάρματα* Poll. V. 136. quae et *Ἑκαταῖα* dicebantur Etym. M. p. 626. et *Ὀξυθύμια* Harpocr.

Ἀλλ' εἰς ἔνυπνον φάντασμα φοβῇ
χθονίας θ' Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω [q]

τὴν περιμάκτριαν κάλει γραῦν καὶ βάπτισον σεαυτὸν εἰς θάλασσαν καὶ καθίσας ἐν τῇ γῇ διημέρευσον [r].

Quum autem lustrationes et sacra piacularia potissimum ad animi aegritudine affecti sanationem spectarent, consentaneum erat, ut iidem, qui lustrandi munus profiterentur, periti essent divinare quae caussa mali, *τίνα δεῖ μακάρων ἐκθυσαμένους εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν*. Ad hoc inveniendum quae signa fuerint, prudentissimus morbi sacri aetiologus exponit p. 303. Foes. Si aeger, inquit, balantum more vociferatur, deorum Matrem ei infestam esse intelligunt, si spumas agit, Martis iram caussantur, ex aliis quibusdam indiciis Mercurii Vialis aut Hecatae arguunt [s]. Itaque etiam Plato in explicando Apollinis medici

s. v. Anecd. Bekk. p. 288. Eustath. 1935. 10. In ceteris *αἶτε κα* scripsi pro *αἶτε κἂν*, et *συμπλεχθήσῃ* pro *συμπλεχθεῖσα*. Wyttenbachius hunc totum locum ad numeros poeticos revocare laborat!

[q] Aeschyli esse putat Porsonus ad Eur. Or. v. 401. Euripidis Casaubonus ad Pers. Sat. V. 466.

[r] Addit deinde *σαββατισμοὺς* superstitiosorum et *πηλώσεις*, de quibus Reinesius Varr. Lectt. II. 10. 209.

[s] v. Comment. Dietzii p. 146. Qui sequitur locus ita interpungendus videtur *καθαίρουσι τοὺς ἐχομένους τῇ νούσῳ, αἵμασι καὶ τοῖσι ἄλλοισι τοιούτοισι μιάσμασι ἔχοντας ἀλάστορας, ἢ πεφαρμαγμένους* etc. Enumerat varios, quibus nebulones illi uti solent, lustrandi praetextus; aut enim eum, qui hoc morbo correptus est, inimici ab uno aliquo majorum seu vi seu veneno (*αἵματα καὶ τοιαῦτα μιάσματα*) peremti furiis agitari aut devotum esse aut propriorum scelerum conscientia laborare dicunt. Ac ne sagarum miracula a poetis ficta credas, addam superiora verba p. 302. *χειμῶνα καὶ εὐδίην ποιέειν καὶ ὄμβρους καὶ αὐχμοὺς καὶ θάλασσαν ἄφορον καὶ γῆν καὶ τἄλλα τὰ τοιουτότροπα πάντα ἐπιδέχονται ἐπίστασθαι*. ubi excidisse videtur *ἄπορον* et simile *ἄφορον* locum occupasse alienum: *καὶ θάλασσαν ἄπορον καὶ γῆν ἄφορον ποιέειν*.

ejusdemque auguris nomine utriusque artis commercia exsequitur: *αἱ καθάρσεις καὶ οἱ καθαρμοὶ καὶ κατὰ τὴν ἰατρικὴν καὶ κατὰ τὴν μαντικὴν, καὶ αἱ τοῖς ἰατρικοῖς φαρμάκοις καὶ αἱ τοῖς μαντικοῖς περιθειώσεις καὶ λουτρὰ καὶ περιῤῥάνσεις, πάντα ταῦτα δύναιτ' ἂν καθαρὸν παρέχειν τὸν ἄνθρωπον* Crat. p. 405. A. Verum praeter coelestium offensas superstitiosi nihil tam horrebant, quam deorum manium iratos animos horibilesque impetus, non ullam ob suam culpam sed ex majorum delictis, quorum poenas a liberis, a nepotibus, a posteris expeti scirent, innocentissimo cuique maxime timendas. Nam qui nihil sceleris ipse admiserit, ne suspicatur quidem — sed quanto satius est haec ab Aeschylo dici, Furiarum religionis luculentissimo interprete. Ergo inscius culpae

Οὐκ οἶδεν ὅθεν πληγαὶ βιότου.
τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀπλακήματά νιν
πρὸς τάςδ' ἀπάγει, σιγῶν ὄλεθρος.

labes, angores, cruciatus, orbitatem atque viduertatem [t] afferens; nec effugium datur ullum nec

[t] Aeschyl. Choeph. 283.
τὸ γὰρ σκοτεινὸν τῶν ἐνερτέρων βέλος
ἐκ προστροπαίων ἐν γένει πεπτωκότων
καὶ λύσσα καὶ μάταιος ἐκ νυκτῶν φόβος κ. τ. ἑ.
Plato *οἶστρον ἐκ παλαιῶν ἀδικημάτων* vocat Legg. IX. 854. B. quo in genere gravissime metuebantur parentum injuriae propria orbitate luendae. Herodo. IV. 149. *τοῖσι δὲ ἐν τῇ φυλῇ ταύτῃ οὐ γὰρ ὑπέμειναν τὰ τέκνα, ἱδρύσαντο ἐκ θεοπροπίου Ἐριννύων τῶν Λαΐου καὶ Οἰδιπόδεω ἱερόν·* similiterque patris Amyntoris dirae Il. IX. 454. Phoenici omnem spem propagandi generis ademerunt. Quapropter Athenienses quoque Furiis sacrificabant *πρὸ παίδων καὶ γαμηλίου τέλους* Aesch. Eum. 833. ipsaeque praedicant penes se esse arbitrium rerum omnium, quibus domestica salus continetur, sueque munere ac beneficio tum foetus agrorum tum partus hominum augeri sospitarique v.

malorum requies, quoniam causa latet. Sed quia nonnunquam fit, ubi morbus gravius exarserit, ut abstractus a corpore animus furoris afflatu occultas insidentis mali causas persentiscat, hinc Plato alterum genus divini furoris constituit ex praesagiis aegrotantium: *ἀλλὰ μὴν νόσων καὶ πόνων τῶν μεγίστων, ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν ἔν τισι τῶν γενῶν ἡ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύσασα, οἷς ἔδει ἀπαλλαγὴν εὕρετο καταφυγοῦσα πρὸς θεῶν εὐχάς τε καὶ λατρείας, ὅθεν δὴ καθαρμῶν τε καὶ τελετῶν τυχοῦσα ἐξάντη ἐποίησε τὸν ἑαυτῆς ἔχοντα* Phaedr. p. 244. E. cujus loci interpretes sequi non possum. Astius nomine *τῶν γενῶν* familias sacerdotales significari putat, quales Eumolpidae fuere aut Aresteridae. Sed hi numquam prophetandi et medicandi munere functi sunt, neque omnino *γένη* illa sunt eorum, qui aegrotantibus opitulantur sed aegroti ipsi piacularium hominum posteri, quos nullius proprii delicti conscientia sed vis tacita avitae noxae exagitat. Haec autem non omnes ejusdem generis homines aequaliter affectat, sed modo intermittit, modo recrudescit, ut v. c. *τῶν Ἐριννύων τοῦ*

926—942. quae magnifica professio profecta est a communi totius antiquitatis opinione, pietatem et obsequium in parentes omnis domesticae prosperitatis maximum esse fundamentum, eorumque propitiam voluntatem posteris patrimonia fortunare, agros fecundare, liberumque proventus augere; illis vero, qui debitum parentibus honorem violassent, tum in reliquo vitae cursu nihil satis ex voto fluere, tum educandae prolis spem suppetere nullam. Plato Legg. XI. 931. B. *ἀραῖος γονεὺς ἐκγόνοις ὡς οὐδεὶς ἕτερος ἄλλοις — μηδέ τις ἀτιμαζομένῳ μὲν θεὸν ἐπήκοον ἐν εὐχαῖς ἡγείσθω γίγνεσθαι, τιμωμένῳ δὲ καὶ ἐν εὐχαῖς ἐς ἀγαθὰ τοῖς παισὶ παρακαλοῦντος οὐκ ἀκούειν.* Hinc idem L. V. 729. D. eum, qui consanguineos officiose coluerit, *τοὺς γενεθλίους θεοὺς* propitios habere dicit *εἰς παίδων σποράν.*

Λαΐου καὶ Οἰδίποδος Τισαμενῷ μὲν οὐκ ἐγένετο μήνιμα, Αὐτεσίωνι δὲ τῷ Τισαμενοῦ Paus. IX. 5. Ita vis illa hereditarii mali *ἔν τισι τῶν γενῶν* [v] erumpit in apertum furorem, quo, ceu spiritu divino, tactus aliquis hujus funestae familiae et causas domesticae labis et remedia praesagit, adhibitisque piacularibus noxam a parentibus acceptam in omne tempus abolet. Illa *παλαιὰ μηνίματα* sunt dirae ultrices sive parentum sive aliorum nefarie occisorum furiae temeratam domum caeca tabe urgentes, *ἡ μῆνις τῶν τετελευτηκότων* [w], quorum tanta erat religio, ut ex quovis vehementiore animi corporisve affectu statim suspicio incesseret, ne deorum manium numina irata haberent. Ita ad Anthiam ex amore insanientem arcessuntur *μάντεις καὶ ἱερεῖς — οἱ δὲ ἐθύοντο καὶ ἐπέσπενδον καὶ ἐπέλεγον φωνὰς βαρβαρικάς, ἐξιλάσκεσθαι λέγοντες δαίμονας καὶ προσεποίουν ὡς εἴη τὸ δεινὸν ἐκ τῶν ὑποχθονίων* Xe-

[v] Aristot. Rhet. II. 15. 237. *φορά τίς ἐστιν ἐν τοῖς γένεσιν ἀνδρῶν ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὰς χώρας γιγνομένοις, καὶ ἐνίοτε, ἂν ᾖ ἀγαθὸν τὸ γένος, ἐγγίγνονται διά τινος χρόνου ἄνδρες περιττοί, κἄπειτα πάλιν ἀναδίδωσι·* similiter *ἔν τισι τῶν γενῶν ἡ μανία ἐγγίνεται καὶ προφητεύει*, nam ii qui valetudinis vitio furunt, habere aliquid in animis praesagiens atque divinum putantur Cic. Div. I. 31. Perperam igitur Canterus ap. Aristid. Or. Plat. I. p. 14. ubi Platonis locus affertur, pro *γενῶν* correxit *γενομένων*. Sed recte Scholiastes ad h. l. *παλαιὰ μηνίματα* interpretatur *τὰ προγονικά*, nec aliter Proculus Dubitt. de Provid. T. I. p. 168. Cous. in vetere versione: Quod autem peccatorum progenitorum *δίκας* sustinere dicuntur quidam, revelationes et teletae manifestant, et etiam *λύσιοι* quidam dii purgare ab iis affirmantur.

[w] Plato Hipp. Maj. p. 125. Est fere fixum in hac re vocabulum *τὸ ἐπὶ φόνῳ μήνιμα* Paus. VI. 20. V. 1. Androgei *τὸ μήνιμα* Plutarch. V. Thes. c. XV. *τὸ Λευκτρικὸν μήνιμα* filiarum Seedasi Id. V. Pelop. c. XX. Paus. IX. 13. Hesychius: *Μασχαλίσματα ὑπὲρ τοῦ τὴν μῆνιν* (occisi) *ἐκκλῖναι*.

soph. Ephes. I. 5. cf. Wernsdorf. ad Him. XXIII. p. 789. Hinc etiam intelligitur cur ii, qui crebro ad aliena sepulcra commearent, *ἀνάνδροις καὶ γυναικώδεσι περὶ τὰ γένη πάθεσι καὶ ἁμαρτήμασιν* [x] adstricti putarentur Plutarch. V. Solon. c. XXI. Nam quum melancholici circum busta et sepulcra errare soleant [y], animi autem angores et perturbationes a coeco Larvarum impetu proficisci credantur, promta erat suspicio, eos, qui mortuorum monumenta frequentarent, Manibus supplicatum ire, aut suam aut majorum aliquam culpam deprecaturos. Verum non solum de domesticis delictis satagebant homines miserrimi sed etiam clandestinas Magorum formidabant insidias et devotiones quibus creditum animas infernis numinibus sacrari, devotisque Hecaten ejusque satellites, manias intemperiasque, immitti. Sed de hoc genere superstitionis, quod Plato una cum ceteris debellare conatus est [z], in priore disputatione plura diximus; ex quibus illud quoque perspicuum fit, quare omnes *καθαρμοὶ* cum suppli-

[x] Nomen hoc dicitur de delictis domesticis in universum, quibus familiarium jura violantur. Musonius ap. Stob. Anthol. T. LXXV. (73.) p. 450. *ὥςπερ ὁ περὶ ξένους ἄδικος εἰς τὸν Ξένιον ἁμαρτάνει Δία, καὶ ὁ περὶ φίλους εἰς τὸν Φίλιον, οὕτως ὅςτις εἰς τὸ ἑαυτοῦ γένος ἄδικος, εἰς τοὺς πατρῴους ἁμαρτάνει θεοὺς καὶ εἰς τὸν Ὁμόγνιον Δία τὸν ἐπόπτην τῶν ἁμαρτημάτων τῶν περὶ τὰ γένη.*

[y] Daemoniacos in Novo Testamento memoratos unusquisque memoria tenet. De Lycanthropis idem tradit Eustathius p. 1222. 42. *Λυκαονία πάθος μανιῶδες νυκτιπλάνον ἀσχολοῦν περὶ τὰ μνήματα.* De Maniacis Aetius L. VI. 9. 103. a. *οἱ πλείους ἐν σκοτεινοῖς τόποις χαίρουσι διατρίβειν καὶ ἐν μνημείοις.* Democritus *ἐνδιατρίβων τοῖς τάφοις* (Hesych. Miles. in Democr.) civibus suis insanire visus est.

[z] Legg. XI. 933. A. *κήρινα ἀγάλματα πεπλασμένα ἐπὶ θύραις εἴτ' ἐπὶ τριόδοις εἴτ' ἐπὶ μνήμασι* etc. unde Eudocia p. 81. *γοητείαν* definit *ἐπίκλησιν δαιμόνων κακοποιῶν περὶ τοὺς τάφους εἱλουμένων.*

catione deorum inferorum conjuncti, et vicissim sacra magica καθαρμοί vocati fuerint[zz].

§. 4.

His expositis demonstrare conabimur illos καθαρμοὺς καὶ τελετάς, quibus Plato in Phaedro inveteratas maculas elui affirmat, ad sacra Phrygia ac Metragyrtarum negotia pertinuisse. De horum artibus medicis extant Antiphanis versus ex Metragyrta ap. Athen. XII. 553. C. in quibus Magnae deae camilla inducitur seni paralytico (quod genus hodieque Theurgorum infulatorum tabernas clarificat) nervos restituens non sine miraculo chrismatis:

> τήν τε παῖδ' ἀλείμματα
> παρὰ τῆς θεοῦ λαβοῦσαν εἶτα τοὺς πόδας
> ἐκέλευ' ἀλεῖψαι πρῶτον, εἶτα τὰ γόνατα.
> ὡς θᾶττον ἡ παῖς δ' ἥψατ' αὐτοῦ τῶν ποδῶν
> ἔτριψέ τ', ἀνεπήδησεν.

ubi Papisticam quandam Legendam narrari credas, qualem de aegrota virgine benedicto oleo peruncta narrat Auctor Vitae Theod. Studitae MS. ap. Allat. de Graecc. Opinn. p. 124. ἡ δέ γε παῖς ἅμα τῇ ἀλοιφῇ ῥάων γίνεται καὶ τοῦ πυρετοῦ ἀπαλλάττεται. Vetula illa Elidensis, quicum Dio exul aliquamdiu conversatus, profitebatur ἔχειν μαντικὴν ἐκ Μητρὸς θεῶν δεδομένην, χρῆσθαι δὲ

[zz] Ψυχαγωγοί τινες γόητες ἐν Θεσσαλίᾳ καθαρμοῖς τισι καὶ γοητείαις τὰ εἴδωλα ἐπάγουσί τε καὶ ἐξάγουσι Plutarch. Homer. Exercitt. Fr. I. 806. De Hecate ipsa Schol. Theocr. II. 36. ἐπὶ τῶν καθαρμάτων καὶ μιασμάτων ἡ θεός.

αὐτῇ τούς τε νομέας πάντας καὶ τοὺς γεωργοὺς ὑπὲρ καρπῶν καὶ βοσκημάτων γενέσεως καὶ σωτηρίας Orat. I. p. 61. cujus gregalem producit Philostratus V. Apoll. III. 43. 131. *γραῦν ἀγύρτριαν μαντευομένην ὑπὲρ προβάτων καὶ τῶν τοιούτων* [a] sequentem in hoc praeclarum deae praesidis ac patronae exemplum ab hac salutari cura nomen Montanae Matris adeptae [b]. Sed multo gravioris momenti est quod ejusdem Rheae sacrificuli morbos sacros, ut dici solent, et divinos curare professi sunt, totum hoc genus medicinae, quod nostri medici, graeco scilicet vocabulo, Psychiatriam dicunt, ab his vulgaribus remediis, gyrgathis et phlebotomis, ad artis auguralis arcana revocantes. Nam omnes insolentiores animi perturbationes dii, quorum illi sacra administrabant, et incutere et sedare crediti sunt. Sic enim Phaedram furentem compellat chorus:

> *Σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα,*
> *εἴτ' ἐκ Πανὸς εἴθ' Ἑκάτας*
> *ἢ σεμνῶν Κορυβάντων*
> *ἢ ματρὸς οὐρείας φοιταλέου.*

[a] Idem VI. 11. 248. instrumentum hujus artis nominat cribrum: *γρᾶες ἀνημμέναι κόσκινα φοιτῶσιν ἐπὶ ποιμένας καὶ βουκόλους ἰώμεναι τὰ νοσοῦντα τῶν θρεμμάτων, μαντικῇ, ὥς φασιν.* Id quanti usus fuerit in rebus sacris Lucianus ostendit in Alex. IX. 13. T. IX. ubi ad infatuandos superstitiosos satis esse dicit *εἴ τις αὐλητὴν ἢ τυμπανιστὴν ἢ κυμβάλοις κροτοῦντα ἐπαγόμενος, κοσκίνῳ, τὸ τοῦ λόγου, μαντευόμενον.* Aelian. H. An. VIII. 5. *ἀλφίτοις μαντεύονταί τινες καὶ κοσκίνοις καὶ τυρίσκοις.*

[b] Diod. III. 57. qui eam, quum adhuc versaretur inter homines, *καθαρμοὺς τῶν νόσων τῶν κτηνῶν τε καὶ νηπίων παίδων εἰσηγήσασθαι ἐπῳδαῖς σωζομένων.* Xanthi Lydi, quem Creuzerus Symb. II. 46. a Diodoro expressum putat, nullus pilus inest in hac putida disputatione pragmatici cujusdam fabularum interpretis. Ceterum veterinariam artem non indignam habitam esse divinis ingeniis docent Chiron et Melampus augur. v. Columella Praef. L. I. 32. 427.

cujus comites sunt Pan et Corybantes omnium formidinum visionumque insolitarum auctores; quam ob causam, quum insueta species animum horrore perstringeret, hos tanquam averruncos et prodigiales invocare solebant, velut ille apud Aristoph. Eccles. 1089. ὦ Ἡράκλεις, ὦ Πᾶνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω et Timo Lucian. 41. p. 109. T. I. ὦ Ζεῦ τεράστιε καὶ φίλοι Κορύβαντες· Synes. de Provid. 136. B. ὁ στρατηγὸς νύκτωρ ἐδειματοῦτο, Κορυβάντων, οἶμαι, προςβαλλόντων αὐτῷ, καὶ Πανικοὶ θόρυβοι μεθ' ἡμέραν τὸ στράτευμα κατελάμβανον· Hermias in Phaedr. p. 105. εἰσὶ καὶ Πανόληπτοι καὶ Μητρόληπτοι καὶ Κορυβαντισμοί· quorum nominum primum improbare videtur Pollux I. 18. Φοιβόληπτος, θεόληπτος, νυμφόληπτος, ἐκ Πανὸς κάτοχος. Corybantum sacra piacularia insaniae curandae adhiberi docet Aristoph. Vesp. 115. εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου κἀκάθηρε καὶ μάλα μετὰ ταῦτ' ἐκορυβάντιζ'· ὁ δ' αὐτῷ τυμπάνῳ ἄξας ἐδίκαζεν. Etenim horror, quem vasti montes sylvaeque impenetrabiles et solitudo ipsa errantibus offundere solent, in causa fuit, cur agrestia numina occursu suo obviam factos lymphare crederentur. v. Mezir. ad Ovid. T. I. 335. Ab his igitur motuum et perturbationum animi et causam et curationem repetebant, et maxime ab eorum ducibus et dominis, Rhea Bacchoque; καθάρτρια τῆς μανίας ἡ θεὸς, καὶ τὸν Διόνυσον δὲ καθαρτικὸν μανίας φασί Schol. Pind. P. III. 139. Liberi Patris sacra ad purgationem animae pertinebant Serv. ad Georg. I. 166. quod

confirmat Plato repudians ὅση βακχεία ἐστὶ καὶ τῶν ταύτης ἑπομένων, ἃς Νύμφας τε καὶ Πᾶνας καὶ Σατύρους ἐπονομάζοντες, ὥς φασι, μιμοῦνται κατοινωμένους, περὶ καθαρμοὺς καὶ τελετάς τινας ἀποτελούντων Legg. VII. 815. A. cujus loci meminisse velim lectores, ubi de Onomacriti teletis nobis sermo erit. Denique Sabazium quoque in hoc numero referendum esse persuadet Jamblichus de Myst. III. 10. p. 71. τῶν Κορυβάντων φρουρητική πως ἡ δύναμις καὶ ἐπιτελεστική, τοῦ Σαβαζίου δὲ εἰς Βακχείας καὶ ἀποκαθάρσεις ψυχῶν καὶ λύσεις παλαιῶν μηνιμάτων οἰκειότατα παρεσκεύασται· quae quum ex illo Phaedri loco ad verbum translata sint, apparet Jamblichum καθαρμοὺς καὶ τελετάς, de quibus Plato loquitur, Sabaziis adnumerare sacris. In Porphyr. Ep. ad Aneb. p. 3. componuntur οἱ κορυβαντιζόμενοι καὶ οἱ τῷ Σαβαζίῳ κάτοχοι καὶ οἱ μητρίζοντες. et in Josephi Hypomn. in Fabric. Pseudepigr. CXLIII. 327. ubi varia enthusiasmi et vaticinationum genera enumerantur: ἡ δι' αὐλῶν, τυμπάνου καὶ ὀργάνου παντὸς μουσικοῦ, οἱ διὰ Σαβαζίου μητρίζοντες· cf. Galland. Bibl. Patr. T. XIV. p. 72. Sed ab his Sabazii et Magnae matris cultoribus proximus est ad Orpheotelestas transgressus, quos iisdem sacris et artificiis adstrictos producit Plato.

§. 5.

Is in Polit. II. 364. B. ubi calumnias religionis et pias fraudes totis oppugnat viribus,

ἀγύρται, inquit, καὶ μάντεις ἐπὶ πλουσίων θύρας ἰόντες [c] πείθουσιν, ὡς ἔστι παρά σφισι δύναμις ἐκ θεῶν ποριζομένη θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς εἴτε τι ἀδίκημα γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι μεθ' ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν, καὶ ἐάν τιν' ἐχθρὸν πημῆναι ἐθέλῃ, μετὰ σμικρῶν δαπανῶν ὁμοίως δίκαιον ἀδίκῳ βλάψει ἐπαγωγαῖς τισι καὶ καταδεσμοῖς τοὺς θεούς, ὥς φασι, πείθοντές σφισιν ὑπηρετεῖν —— βίβλων δὲ ὅμαδον [d] παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, καθ' ἃς θυηπολοῦσι πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν [e] εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς [f] καλοῦσιν, αἳ τῶν

[c] Hinc sumsit Eustathius c. Origen. de Engastr. §. 12. p. 558. T. IV. Gall. *ὥσπερ ἀγύρται καὶ μάντεις ἐπὶ πλουσίων ἰέναι θύρας ἐπειγόμενοι.*

[d] Theophr. Char. VI. 52. *ὁρμαθοὺς γραμματιδίων*, eoque propendere videtur in loco Plat. codex *ὁμαδὸν* oxytonum exhibens supra scripta litera theta; neque id displicet; *ὁ τῶν ἀρετῶν ὁρμαθός* Nicet. Ann. III. 3. 53. *ὁρμαθὸς κακῶν* Joh. Antioch. p. 802. *τὸν τῶν οὐκ ὄντων θεῶν ἐξήλασεν ὁρμαθόν* Theodoret. Therap. II. 738. *ὁρμαθὸν λόγων καὶ ὀνομάτων* Themist. Or. XXIII. 288. *ὁρμ. μαρτυριῶν* Niceph. Greg. L. V. 2. 78. B. cf. Fischer. Anacr. XXXII. 11. Sed vulgatam lectionem idem tuetur Themistius Or. II. 32. B. *βιβλίων ὅμαδος ὅλος*, et Isidorus Phot. CCXLII. 550. *Λόγων σωρός* dixit Liban. Decl. T. I. p. 139. Apud Ignatium Ep. ad Trall. p. 15. ed. Vedel. *φεύγετε Σίμωνα καὶ Μένανδρον καὶ Βασιλείδην καὶ ὅλον αὐτοῦ ὀρυγμαδὸν τῆς κακίας*, scribendum videtur *ὁρμαθόν*. Apud Libanium T. IV. 615. pro *ἔμετον ῥημάτων*, quod nimis grave, substituas *ὅμαδον*, sicut Lucian. Lexiph. §. 17. p. 194. *ἑσμὸν ὀνομάτων* dixit: *ἑσμοὶ βιβλίων* Julian. Or. VI. 191. B. ubi cave *δεσμοὶ* corrigas, ut *δέσμαι δικανικῶν λόγων* Dionys. de Isocr. c. 18. 576. T. V. nam eodem modo *ἑσμὸς ἀκολασίας καὶ ἡδονῶν* Zachar. Mityl. Disp. p. 366. C. Bibl. Patr. T. XI. *ἑσμός φροντίδων* Chrysostomus ad Stagir. II, 208. C. T. I. Montf. Adverbium *ὁμαδόν*, quod Schneiderus suspectis adnumerat, tritum est Byzantiis, *ὁμαδὸν διανήξασθαι τὸν πορθμόν* Anna X. 285. *πᾶσιν ὁμαδὸν τὴν εἰσέλευσιν συνεχώρει* XI. 316. B. XV. 479. C.

[e] *Παιδιῶν καὶ ἡδονῶν* emendat Lennepius ad Phalar. p. 181. *Μετὰ παιδιᾶς τε καὶ ἡδονῆς* Plato Legg. VII. 819. A.

[f] Hesychius *Λύσιοι τελεταί — ἐπεὶ καὶ Λύσιος ἐλέγετο Διό-*

ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς, μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει[f], quod prorsus convenit cum vanitate illius Orpheotelestae qui omnibus, quos initiaret, summos in altera vita honores et praemia spondebat Plutarch. Apophth. Lacc. p. 215. T. VIII.[h] Hos vero Orpheotelestas sacra lustralia et absolutoria administrasse, ostendit superstitiosus Theophrasteus, qui *τελεσθησόμενος πρὸς τοὺς Ὀρφεο-*

νυσος. sic Aristid. T. I. 586. et alii eum vocant. v. Wyttenbach. ad Plut. Quom. Adul. p. 520. et Liberi quoque nomen nonnulli a verbo luere derivant (ut a suo super, a creo creber) quod graeco *Λυαῖος* respondeat. Quemadmodum *καταδεδέσθαι* idem est quod *πεφαρμακεῦσθαι*, sic *λύειν* et *ἀναλύειν* est veneficia solvere. Lucian. Vit. Auct. 25. p. 110. *ἀνάλυσόν με καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ποίησον ἄνθρωπον.* Hesychius: *Περικαθαίρων, ἀναλύων τὸν πεφαρμακευμένον ἢ τὸν γεγοητευμένον.* cf. Verheyk. ad Anton. Lib. XXII. 98. Menandri versus p. 73. et 566. Mein. sine dubio sic legendus *Πεφαρμάκευσ' ὦ γλυκύτατ' ἀναλυθεὶς μόλις*, non *ἐπιφαρμάκευσον.* Ad constit. Apost. VIII. 32. 226. *μάγος, ἐπαοιδὸς λώταξ, περιάμματα ποιῶν, περικαθαίρων, συμβολοδείκτης*, Scholiastes verbum *περικαθαίρων* interpretatur *διὰ θυσιῶν δοκῶν κωλύειν νόσους ἢ ἁμαρτίας*, ubi pro *κωλύειν* legendum *λύειν*. *Ἀναλύται* Poll. VII. 88. qui veneficia solvunt.

[g] Falso Meinersius et Tennemannus Lehren der Sokratiker über die Unsterblichkeit p. 93 — 102. haec de Eleusiniis dicta putant. Ceterum hos Platonicos agyrtas Langius in Symposio Medico (ann. 1589.) non inficete cum Scholasticis vagantibus componit, qui seculo XV. medio grassari coeperunt et a nonnullis Druidarum posteri crediti sunt. Verba ejus affert Jac. Thomasius in Diss. de Vagantibus Scholasticis a. 1675. sanctorum auxilia se conciliaturos promittunt (Scholastici) ante divitum portas stipem petentes et per pagos oberrantes morbos hominum pecudumque liturgiis, quas missas vocant, expiare se posse affirmant, denique deum, ut sit inimicorum nostrorum vindex et ultor, certo Davidis psalmo se cogere posse pollicentur. Id genus Scholastici et Scholasticae nuper Germaniam nostram pervagabantur, cortinae mysticae pseudapostoli.

[h] Eadem res mutato nomine narratur a Diogene VI. 4. 319. *Ἀντισθένης μυούμενός ποτε τὰ Ὀρφικὰ τοῦ ἱερέως εἰπόντος ὅτι οἱ ταῦτα μυούμενοι πολλῶν ἀγαθῶν μετίσχουσιν* etc. In pompa Dionysiaca Athen. V. 198. E. procedunt *ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι καὶ πέρσεις τελεταί.* Casaubonus *Ὀρφεοτελεσταί* emendat; quod ab illo loco prorsus alienum, licet probaverint Taylor. ad Demosth. p. 306. Valcken. de Aristob. p. 95. et alii. Nobis nihil succurrebat praeter *ἱεροτελεσταί* vel *ἱερῶν τελεσταί*, qui ab *ἱερεῦσιν* aliquantum differunt ut ap. Plutarch.

τελεστὰς κατὰ μῆνα [1] *πορεύεται μετὰ τῆς γυναικὸς, ἐὰν δὲ μὴ σχολάζῃ ἡ γυνὴ, μετὰ τῆς τίτθης καὶ τῶν παιδίων.* Quales hic piandis cerimoniae fuerint subeundae, e Platonis loco supra allegato apparet, ubi bacchationes memorantur cum Nympharum, Panum Satyrorum imitatione conjunctae *τῶν περὶ καθαρμοὺς καὶ τελετὰς ἀποτελούντων.* Quae si quis cum Maximi Tyrii verbis contulerit Diss. III. 39. *αἱ Διονύσου ἡδοναὶ καὶ τελετῆς χώραν ἔχουσι, κῶμοι ἐκεῖνοι καὶ θίασοι καὶ αὐλοὶ καὶ ᾄσματα, πάντα ταῦτα Διονύσου ἡδονῶν σχήματα ἐν μυστηρίοις ὀργιαζόμενα·* et cum illis, quae de Orphei histrionibus Plato dicit: *πείθοντες ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσιν,* is prorsus nobis assentietur Orpheotelestarum sacra piacularia a Bacchanalibus non disjuncta fuisse. Quo probato proficiscar ad illustrissimum Demosthenis testimonium p. Cor. p. 313. cujus singula verba singula argumenta sunt.

V. Coriol. XXXII. 98. *ἱερεῖς θεῶν καὶ μυστηρίων ὀργιασταί.* Hermanno hoc non displicet, sed praefert tamen *ἱερεῖα εἰς τὰς τελετάς.*

[1] Hinc *μηναγύρται* dicuntur, hoc est, *κατὰ μῆνα λαβόντες τέλη* Schol. Soph. Oed. T. 387. et Suid. s. v. quos sumtus significare videtur Schol Arist. Nubb. 17. *μετὰ εἰκάδα αἱ μυστικαὶ δαπάναι ὑπῆρχον.* Non recte Coraius ad Aesop. p. 428. et Meinekius ad Menandr. p. 111. *μηναγύρτην* interpretantur *τὸν τῇ Μήνῃ ἀγείροντα,* quod multo minus auctoritatis habet quam vulgaris originatio, cujus analogia cernitur in *ἡμεροδανειστής.* In Nicandr. Alex. 217. *ζάκορος βωμίστρια Ῥείης εἰνάδι λαοφόροισιν ἐνιχρίμπτουσα κελεύθοις μακρὸν ἐπεμβοάα* etc. nonnulli *εἰκάδι* legerunt, ut patet e Schol. *τῇ ἐννάτῃ τοῦ μηνὸς τὰ μυστήρια αὐτῆς ἐπιτελοῦσιν ἢ εἰκάδι.* De die septimo Synesii locus a Schneidero appositus: *μέλλει* (sponsa) *εἰς τὴν ἑβδόμην ταινιώσεσθαι καὶ πυργοφόρος, καθάπερ ἡ Κυβέλη, περιελεύσεσθαι,* nihil probat; nam comparatio ista non ad diem spectat sed ad ornatum capitis matronalem, quem sponsa die nuptiali sumtura erat. Lucanus II. 370. t u r r i t a q u e p r e m e n s f r o n t e m m a t r o n a c o r o n a m — v e t a t c o n t i n g e r e l i m e n.

§. 6.

Hic adversario ineuntis adolescentiae dedecora objectans, *τῇ μητρὶ*, **inquit**, *τελούσῃ τὰς βίβλους ἀνεγίγνωσκες*[a] *καὶ τἆλλα συνεσκευωροῦ, τὴν μὲν νύκτα νεβρίζων καὶ κρατηρίζων*[b] *καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις καὶ ἀνιστὰς*[c] *ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ καὶ κελεύων λέγειν Ἔφυγον κακὸν εὗρον ἄμεινον· ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις τοὺς καλοὺς θιάσους ἄγων διὰ τῶν ὁδῶν τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθῳ καὶ τῇ λεύκῃ, τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας*[d] *θλίβων καὶ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρῶν καὶ βοῶν εὐοῖ σαβοῖ, καὶ ἐπορχούμενος Ὕης Ἄττης, Ἄττης Ὕης*[e] *ἔξαρχος*[f] *καὶ προηγεμὼν καὶ κιστο-*

[a] Similiter Epicurum quidam criminati sunt in juventute *σὺν τῇ μητρὶ περιιόντα εἰς τὰ οἰκίδια καθαρμοὺς ἀναγιγνώσκειν* Diog. La. X. 8. 604.

[b] Photius ex hoc loco: *Κρατηρίζων οἶνον ἀπὸ κρατήρων ἐν τοῖς μυστηρίοις σπένδων.* Athenaeus XI. 479. C. *κοτυλίσκος καλεῖται ὁ ἱερὸς τοῦ Διονύσου κρατηρίσκος καὶ οἷς χρῶνται οἱ μύσται*, in inferiis fortasse. Glossae Gr. Lat. Obba *ἄμβιξ, ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσι·* (v. Burmann. ad Anth. L. III. p. 711.) cui convenit *πλημοχόη σκεῦος βεμβικῶδες, χρῶνται δὲ αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων* Athen. XI. 496. A.

[c] *Ἀνιστάς* codd. pro *ἀναστάς*. Sedebant haud dubie humi, qui se expiandos praebebant, sicut poenitentes et lugentes; *ὁ δεισιδαίμων κάθηται σακκίον ἔχων γυμνὸς ἐν πηλῷ καλινδούμενος* Plutarch. de Superst. VII. 69. *Καθέδραι ἡμέραι πένθους ἐπὶ τετελευτηκόσι* Hesych. Phot. et Anecd. Bekk. p. 268. *Καθιγνῦσαι* (i. e. *καθιγνύναι*) *νεκροῖς θῦσαι* Phot. cf. Taubmann. ad Plaut. Capt. III. 1. 8. *Ἀναστάς* si servandum, significat in medium progressus; *αἱ Μοῦσαι ἀναστᾶσαι ᾖδον* Lucian. Icarom. c. XXVII. *ἐς τὸ μέσον ἀναστᾶσα ὠρχήσατο* Id. Dial. Meretr. III. 206. T. 8. *ὁ μὲν ἀναστὰς ὕμνον ᾄδει, πάντων ἀκροωμένων, πλὴν ὁπότε τὰ ἐφύμνια ᾄδειν δέοι, τότε ἐξηχοῦσι πάντες* Philo de Vit. Contempl. p. 901. E. Surgendi significatio, quam nimis premit Boeckhius ad Pind. Fr. p. 560. saepe evanescit, quod idem de participio *καταστάς* valet. v. Wyttenb. ad Plut. Conv. Sept. p. 923. T. II.

[d] Photius: *Ὄφεις παρείας — δοκοῦσιν εἶναι τῶν μυστηρίων ἱεροί.* eorum videlicet mysteriorum, de quibus Demosthenes loquitur.

[e] v. Epimetr. XIH.

[f] *Ἐξάρχειν* quasi solemne est de iis, qui sacra carmina prae-

φόρος[g] ὑπὸ τῶν γραδίων προσαγορευόμενος, μισθὸν λαμβάνων τούτων ἔνθρυπτα καὶ στρεπτοὺς καὶ νεήλατα[h], sicut Galli mendicantes Babriae Tzetz. Chil. XIII. 474. edulia corrogant:

Τίς οὐκ ἀπαρχὰς ὀσπρίων τε καὶ σίτων
ἁγνῷ φέρων δίδωσι κυμβάλῳ Ῥείης;

Phrygia haec sacra esse eademque Bacchica tum Strabo testatur, qui Demosthenis locum afferens ταῦτα, inquit, Σαβάζια καὶ Μητρῷα, tum Harpocratio ad eundem locum: οἱ τὰ Βακχικὰ τελούμενοι τῇ λεύκῃ στέφονται, διὰ τὸ χθόνιον εἶναι τὸ φυτὸν, χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς Περσεφόνης Διόνυσον, tum epiphthegmata mystica et bacchica ut veteres vocant [i] εὐοῖ σαβοῖ. et Ὕης Ἄττης. Namque nomina Attes, Hyes, Sabus, quae Graeci modo Jovi modo Libero Patri[k] tribuunt, earum religionum propria fuere, quae Phrygiam, Lydiam totumque illum terrarum tractum pervagata et in Deae Magnae ac Paredrorum cultu versata sunt. Quam vilia illa quamque contemta fuerint, Demo-

cantant et praefantur. v. Marini gli Atti d. Frat. Arval. T. I. 110. et qui mesochori munere funguntur: τῶν μὲν ἐξαρχόντων, τῶν δὲ συνεπηχούντων Dio Cass. XXXIX. 19. (unde ἐπηχοῦσι Philoni restituendum l. c.) generalius autem de sacrorum antistitibus dicitur: οἱ Εὐμολπίδαι ἐξάρχουσι τῶν τελετῶν Schol. Oed. Col. 1059. τῶν Περσικῶν τελετῶν ἐξάρχειν Suid. s. Ἐπιφάνιος. Ὁ τῆς ἑορτῆς ἔξαρχος Gregor. Naz. Or. XXXIX. 682. A. τῶν ἱερῶν ἔξαρχος καὶ προφήτης Plutarch.

[g] Vitiosam scripturam, quae in Aristid. Rhetor. II. 12. 525. et Liban. Progymn. p. 975. T. IV. transmigravit, male defendit Toupius Addend. ad Theocr. p. 405. contendens tantummodo feminas Cistophorôn munere functas esse, quod falsum est. Κιστοφόρος recte tuentur Alb. Rubenius de Numm. Aug. p. 269. et Xav. Panclius de Cistoph. p. 9.

[h] v. Epimetr. XIV.

[i] Anecd. Bekk. p. 257. Zonar. s. Εὐοῖ. v. Epimetr. XIII.

[k] v. Epimetr. XIII.

sthenis invectio ostendit Aeschini hunc tanquam infandum quaestum exprobrantis; de argumento nihil nos certiores reddit, praeter quod e formula illa Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον, conjicere licet. Haec enim verba in sacris nuptialibus pronunciare solebat puer patrimus matrimus (idem fortasse, qui Λουτροφόρου officium gerebat) quod non solum Suidas testatur, cui Taylorus fidem habere recusat, sed etiam Plutarchus Prov. Alex. XVI. 1255. νόμος ἦν Ἀθήνησιν ἐν τοῖς γάμοις[1] ἀμφιθαλῆ παῖδα λίκνον βαστάζοντα ἄρτων πλέων εἶτα ἐπιλέγειν Ἔφυγον κακὸν εὗρον ἄμεινον. Eaque formula absolutoria fuisse videtur, qua sacris perfuncti probeque defaecati recuperatam deorum gratiam sibi gratularentur, praeeunte verba sacrificulo. Is certe exitus alius mimi sacrificalis a simili exordio luctus et afflictationis ad hilaritatem traducti, de quo Firmicus de Err. Pr. Relig. p. 45. Nocte quadam simulacrum in lectica ponitur et per numerum digestis fletibus plangitur; deinde quum se ficta lamentatione satiaverint, lumen infertur. Tunc a sacerdote omnium, qui flebant, fauces unguntur, quibus perunctis sacerdos hoc lento murmure susurrat: Θαῤῥεῖτε μύσται τοῦ θεοῦ σεσωσμένου, ἔσται γὰρ ὑμῖν ἐκ πόνων σωτηρία· quod ab illo Aeschinis ephymnio non multum discrepat. Neque verba solum sed etiam ritus nuptiales sacris mysticis intercurrisse

[1] Haec tria verba omittunt Hesychius et Apostolius, male quidem.

indicio est solemnis gratulatio, qua mystae recens initiatos sponsorum nomine consalutabant: *χαῖρε νυμφίε, χαῖρε νέον φῶς*[*] Firmic. l. c. p. 38. C. (442. Gronov.) et thalami sponsalis mentio in sacris Phrygiis v. L. I. §. 4. atque flagitia illa in Carpocratianarum et Marcosiorum conventibus commissa, de quibus Clemens Strom. III. 523. *εἰσὶν οἳ τὴν πάνδημον Ἀφροδίτην κοινωνίαν μυστικὴν ἀναγορεύουσι* — sive aliis verbis p. 524. *τὴν σαρκικὴν κοινωνίαν ἱεροφαντοῦσιν*. Epiphanius L. I. T. III. p. 255. Iren. I. 18. p. 89. *οἱ μὲν νυμφῶνα κατασκευάζουσι καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ' ἐπιῤῥήσεών τινων τοῖς τελουμένοις καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ' αὐτῶν γιγνόμενον*, additque receptos et inauguratos *νυμφίους καὶ νύμφας* appellari. Apud Graecos veteres multitudo fuit solemnium, quibus deorum nuptiae instaurarentur lubrico ad imitandum argumento; de quo genere quum alibi plura dixerim (v. P. II. C. VII.), hic me in iis continebo exemplis, quae ad numinum mysticorum, Cereris et Proserpinae, cultum pertinent. In Graecia nihil celebrius est Theogamiis illis, quorum memoriam servarunt numi Nysaensium aliarumque urbium; nec ignotae Cereris nuptiae, quae Orci nuptiae dicebantur, quas praesentia sua Pontifices ingenti solemnitate celebrabant Serv. ad Georg. I. 343.[*] sed de ritu hu-

[*] *Χαῖρε καλὸν φῶς* blanda erat amasiorum appellatio v. Anacreon. Fr. CXLII. 464. Plutarch. Symp. VII. Quaest. V. 3. sed istud acclamatum est initiatis tanquam novam vitam auspicatis.

[*] Memorabile est, quod idem tradit ad Georg. IV. 58. Romae

jus abstemii sacri nihil amplius traditum legimus. Pausanias auctor est II. 11. aediculam quandam agri Corinthii, ubi mulieres die festo Cereris et Liberae conveniebant, *Νυμφῶνα* dici, unde conjicere possumus, eas Proserpinae thalamum et pompam nuptialem matronali sollertia instruxisse. Sed de sponsis illis, qui per occasionem Sabaziorum renuntiati sunt, talis existit suspicio qualis de sacro ipso fama fuit. Diodorus IV. 15. *φασὶν ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης Διόνυσον γενέσθαι τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον, οὗ τήν τε γένεσιν καὶ τὰς θυσίας νυκτερινὰς καὶ κρυφίους παρεισάγουσι διὰ τὴν αἰσχύνην ἐκ τῆς συνουσίας ἐπακολουθοῦσαν.* Valerius Max. I. 3. 2. Cornelius Hispallus praetor peregrinus, qui

quum Cereris sacra fiunt, observatur ne quis patrem aut filiam nominet, quod fructus matrimonii per liberos constet — Alii dicunt favere nuptiis Cererem, quod prima nupserit Jovi et condendis urbibus praesit, ut Calvus dicit:

> Et leges sanctas docuit et cara jugavit
> corpora connubiis et magnas condidit urbes.

quos versus ex Epithalamio sumtos putat Osannus ad Apulej. p. 17. et Wyttenbachius dextere adhibet illustrando Plutarchi loco Praecept. Conj. p. 138. B. (T. VII. p. 410.) *τὸν πάτριον θεσμὸν, ὃν ἡμῖν ἡ τῆς Δήμητρος ἱέρεια συνειργνυμένοις ἐφήρμοσε*, quibus uti potuisset Wellauerus de Thesmoph. p. 14. ad solvendam quaestionem, cur dea Legifera praecipue a muliebri secu culta sit. Matrimonia magna quadam religione praedita et saepe jurejurando apud aras et delubra deorum confirmata esse, nemo nescit; *Ἥρας καὶ Διὸς πιστώματα* vocat Aeschylus Eum. 207. et apud Achillem Tat. V. 14. 115. sponsis propositum est templum Isidis adire *πιστωσομένοις ἐπὶ μάρτυρι τῇ θεῷ*, quod Lucanus dicit II. 358. sacris (nuptiarum) deos admittere testes. v. Lutat. ad Stat. Theb. II. 299. De Alexandrinis affirmat Auctor Vitae Isidori Phot. CCXLII. 551. *οὐκ ἦν γνήσιος ὁ γάμος εἰ μὴ ὁ ἱερεὺς τῆς θεοῦ ἐν τοῖς γαμικοῖς συμβολαίοις ὑπεσημήνατο.* Sed de sacerdotum interventu in Graecorum nuptiis nullum mihi suppetit testimonium praeter illud Plutarchi et hoc Zonarae in Lex. p. 77. *ἡ ἱέρεια Ἀθήνησι τὴν ἱερὰν αἰγίδα φοροῦσα πρὸς τοὺς νεογάμους εἰσέρχεται.*

Sabasii Jovis cultu simulato mores Romanos inficere conati sunt, domos suas repetere coegit. Servius Aen. IV. 302. sacra Nyctelia, quae populus Romanus exclusit turpitudinis causa [o]. Nec tamen dubitem, quin homines vafri his spiritualibus nuptiis speciosas quasdam rationes subjecerint, quales fere Cantici Canticorum interpretes mystici comminisci solent et fortasse Porphyrius in oratione *Ἱερὸς γάμος* inscripta exposuit, non sine multo auditorum intelligentium risu sed plaudente insaniae magistro Plotino. Graeci autem, quibus familiare erat sacra mystica et nuptialia eodem vocabulo *τέλος* denotare [oo] nominaque augustissima ad res Venereas transferre [p], facile adduci potuerunt, ut secreti licentiam nacti rerum quoque

[o] Magnopere errat Boettigerus in Ideen zur Archaeol. d. Malerei p. 205. quum Dionysii testimonio abusus nulla Romae pervigilia celebrata esse statuit, quorum permulta fuerunt. v. Gabbema ad Petron. c. XXI. Taffin. de Anno Secul. c. XIV. 543. T. VIII. Thes. Graev. Locella ad Xenoph. Eph. p. 214. Wernsdorf. Poet. Min. T. III. p. 426. sq.

[oo] v. Ruhnken. ad Tim. p. 225.

[p] *Τὰ τῆς ἀφροδισίας σπουδῆς ὄργια* Aelian. H. An. IX. c. 66. *τὰ μυστήρια τῆς φύσεως* Clemens Paed. II. 227. *μειράκιον ἄρτι τῶν Ἀφροδίτης μυούμενον* Heliod. I. 17. ubi nollem genitivum a Corayio p. 34. reprehensum esse, quo utitur etiam Zacharias Mityl. *μυεῖσθαι τῶν τῆς φιλοσοφίας ὀργίων* p. 332. A. Bibl. Bign. T. XI. *κατοργιασθῆναι τοῖς τοῦ Ἔρωτος ἀποῤῥήτοις* Plutarch. de Garrul. VIII. 106. T. X. mysteria prima Epithalam. Auspic. et Ael. v. 87. Poet. Min. T. IV. P. I. et alia multa hujusmodi, quae collegerunt Interpr. ad Alciphr. I. Ep. 4. Dorvill. ad Charit. p. 444. Jacobs ad Anthol. T. II. p. 98. idem ad Achill. Tat. p. 431. et 689. *Νὺξ ἱερά* dicebatur Colophone ea, qua deus consulentibus respondebat Aristid. Serm. Sacr. III. 312. *νύκτες Ἐλευσίνιαι* Charito V. 4. 113. Sub Erechtheo frumenti satio apud Eleusinem a Triptolemo reperta, in cujus muneris honorem noctes initiorum sacratae. Justin. II. 6. Apulej. Met. XI. 384. potens ut me sacratae noctis arcanis initiaret. Plutarchus Anim. an Corp. IV. 96. T. X. *οὐκ Ἀσκραίῳ Διὶ Λυδίων* (fort. *ἐτείων*) *ἀπαρχὰς φέροντες*,

quandam similitudinem inducerent, irritis prudentiorum consiliis: ἐπειδὰν ἀκοῦσαί σοι γένοιτο περὶ κοινωνίας νυμφίου καὶ νύμφης, μηδὲν ὑλικὸν ἐννοήσῃς· καὶ γὰρ εἰς ὑπόδειγμα μόνον ὑποβατικῶς παραλαμβάνεται Macar. de Charit. XIII. 154. Hinc ad Aeschinem revertor.

Glaucotheam horum sacrorum antistitam Suidas s. *Αἰσχίνης* haud injuria *τελέστριαν* vocat, Demosthenes et Lucianus C. XII. significantius *τυμπανίστριαν* [pp], Aeschines ipse, matris administer *μητραγύρτης* [q] appellatur, cujus generis virtutes et merita si quis adhuc ignorat aut inter Symbolicorum cantilenas oblitus est, hunc docebit Antiphanes: *πολύ τοι γὰρ αὖ γένος μιαρώτατον τοῦτ' ἐστίν* Athen. VI. 226. [qq] unde de Orphicis religionibus quid existimandum sit, haud ambigi posse videtur. Nam haec Sabazia sive Phrygia sacra, quibus Aeschinis mater praefuit, eadem Orphica fuisse ostendit cerimoniarum, quas Demosthenes expingit, summa cum fabulis Orphicis congruentia. Primum Etymologici M. glossa

οὐδὲ Διονύσῳ βεβακχευμένον θύσθλον ἱεραῖς νυξὶν ὀργιάζοντες. Sed et hoc nomen ad nequitias transferre non verentur; quo modo νὺξ ἱερή dicitur Meleagr. LXXI. νὺξ μυστική Charit. IV. 4. 95. ἱερὰ παννυχίς Epigr. Ἀδεσπ. CXI. 140.

[pp] Tympanistria Magnae Matris Idaeae Murator. Inscr. T. I. Class. III. 174. Marini gli Atti d. Fr. T. I. p. 34. Apulej. de Gen. p. 49. Aegyptia numina gaudent plangoribus, Graeca choreis, barbara strepitu cymbalistarum et tympanistarum et ceraularum.

[q] Olympiod. in Alcib. p. 159. οὐ τὴν γοητείαν φησὶ τὴν παρὰ Δημοσθένει λεγομένην περὶ τῆς μητρὸς Αἰσχίνου· ἦν γὰρ οὗτος μητραγύρτης.

[qq] Ad Julianum regno potitum μάγοι καὶ γόητες καὶ μάντεις καὶ οἰωνοσκόποι καὶ μητραγύρται καὶ πάσης μαγγανείας ἐργαστήρια συνέδραμον Chrysost. de S. Babyl. p. 659. D.

ex illo loco repetita: *Ἄτης ὁ Διόνυσος, ἀπὸ τῆς γενομένης ἐκ τῶν Τιτάνων εἰς αὐτὸν ἄτης*, quod qui scripsit, vitiosam lectionem *Ἄτης* pro *Ἄττης* a Valesio Emm. IV. 6. 108. frustra propugnatam, non incallide interpretatus est. Ad eundem Demosthenis locum pertinet Photii nota: *Νεβρίζειν ἢ νεβροῦ δέρμα φορεῖν ἢ διασπᾶν νεβροὺς* [r] *κατὰ μίμησιν τοῦ περὶ Διόνυσον πάθους — νεβρίζων Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος· οἱ μὲν ὡς τοῦ τελοῦντος νεβρίδα ἐνημμένου ἢ καὶ τοὺς τελουμένους διαζωννύντος. Νεβρίζειν νεβροὺς διασπᾷν κατὰ ἄῤῥητον λόγον.* unde derivatum nomen *νεβρισμός* ex Arignotae libro *περὶ τῶν τελετῶν* producit Harpocratio. Idem ad ea quae sequuntur haec adnotavit a Tayloro parum intellecta: *Ἀπομάττων· οἱ μὲν ἁπλοϊκώτερον ἀκούουσιν ἀντὶ τοῦ ἀποψῶν καὶ (ἀπο)λυμαινόμενος, ἄλλοι δὲ περιεργότερον οἷον περιπλάττων τὸν πηλὸν καὶ τὰ πίτυρα τοῖς τελουμένοις, ὡς λέγομεν ἀπομάττεσθαι τὸν ἀνδριάντα τῷ πηλῷ [Ἤλειφον γὰρ τῷ πηλῷ] καὶ τῷ πιτύρῳ τοὺς μυουμένους ἐκμιμούμενοι τὰ μυθολογούμενα παρ᾽ ἐνίοις, ὡς ἄρα οἱ Τιτᾶνες τὸν Διόνυσον ἐλυμήναντο γύψῳ καταπλασάμενοι ἐπὶ τῷ μὴ γνώριμοι γενέσθαι· τοῦτο μὲν οὖν τὸ ἔθος ἐκλιπεῖν, πηλῷ δὲ ὕστερον καταπλάττεσθαι*

[r] Hesych. *Αἰγίζειν· διασπᾶν Αἰσχύλος· ὁ δ᾽ αὐτὸς ἐν Ἠδωνοῖς καὶ τὰς νεβρίδας οὕτω λέγει.* scil. *αἰγίδας.* Poll. IV. 14. *ἡ σατυρικὴ ἐσθὴς νεβρὶς αἰγῆ καὶ τραγῆ.* Hesych. *Τραγηφόροι αἱ κόραι Διονύσῳ ὀργιάζουσαι τραγῆν ἐνήπτοντο.* Quam diu hic mos duraverit apparet e Theodoreti Hist. Eccles. V. 21. 226. sub Valente rursus idolorum cultum renovatum narrantis: *τὸ ἐπιβώμιον ἥπτετο πῦρ καὶ θυσίας τοῖς εἰδώλοις προσέφερον — καὶ οἱ τοῦ Διονύσου τὰ ὄργια τετελεσμένοι μετὰ τῶν αἰγίδων ἔτρεχον τοὺς κύνας διασπῶντες καὶ μεμηνότες καὶ βακχεύοντες.* cf. supr. c. III. §. 8.

νομίμου χάριν. Haec omnia cum iis quae Orpheus de morte Dionysi tradidit, ita accurate congruunt, ut dubitari omnino non possit, quin ritus mystici, quibus Glaucothea perfuncta est, fabulis Orphicis de industria accommodati et ex iis tanquam e fonte repetiti fuerint. Nam quod Nonnus narrat (v. C. V. §. 29.) Titanes, quum Zagreum aggressuri essent, faciem gypso illevisse, id eodem modo ab Orpheo expositum esse, summus utriusque poetae in tota causa consensus prepemodum manifestum facit; estque hoc quoque exemplo, quam facile ex re fortuita et obiter ornatus causa assumta artificiosae *ἱερολογίαι* natae et interpretandis ritibus sacris adhibitae sint. Vulgo bacchantes illita gypso faciem deformasse Nonnus docet locis pluribus L. XVII. 204. *κύκλα προσώπου λευκαίνεσε μύστιδι γύψῳ*, et v. 229. *ἐλευκαίνοντο δὲ γύψῳ μυστιπόλῳ*, aliisque XXX. 122. XLVII. 732. Causa vero hujus moris non ex historiae fabularis caligine repetenda, sed in promtu posita est, quum omnes comissatores faciem aut personis tegere aut fuligine aut minio aut faecibus aut alio quodam colore inducere consueverint, partim ut ridiculi essent, partim ne agnoscerentur ab omnibus [*], idque hodie etiam in Bacchanalibus Quadragesimarum et Momeriis fieri solet. Saturnalium tempore videres homines ludicros *πίνειν καὶ μεθύειν καὶ βοᾶν καὶ γυμνοὺς*

[*] Lachares quum Athenis clam se educere vellet, faciem atramento infuscavit Polyaen. III. 7. 5. Damon et conjurati caedem facturi *χρίονται αἰθάλῳ τὰ πρόσωπα* Plut. V. Cim. c. I.

ᾄδειν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐς ὕδωρ ψυχρὸν ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι, ἀσβόλῳ κεχρισμένον τὸ πρόσωπον· Lucian. Sat. §. 2. Phallophoros pro persona fuligine faciem tinxisse apud Athenaeum legimus XIV. 622. E. Hunc igitur morem ora quoquo modo deformandi Bacchanalia Orphica cum ceteris communem habuisse videntur. Cujus instituti quum auctor quaereretur probabilis, nata est illa fabula, quam Harpocratio et Nonnus referunt, Zagrei occisores corpus gypso fucasse vel ne manifesti fierent vel ad terrorem [*]. Aeschines vero, ut Demosthenes testatur, luto illinebat sacrificantium faciem, more fortasse Aegyptiaco, in luctibus publicis privatisque recepto. v. Valckenar. ad Herodo. II. 85. nec alieno a cerimoniarum lustralium tristitia et horrore. Alios creta aut gypso usos esse, ex Harpocrationis adnotamento intelligitur, hisque pigmentis Galli quoque, Magnae matris sacerdotes, quo similiores viderentur feminis, uti solebant [†]. Itaque omnia eodem nos deducunt vestigia, sacra Orphica a Phrygiis nihil diversa fuisse. Neque his tot et tantis rationibus praeverti debet, quod Theologi nonnulli hunc Orphicum, ut ita dicam, Dionysum tum a Sabazio tum a Jovis et Proserpinae filio discernunt, ut

[*] Sic Phocii aliquando fecere ad consternandos hostes Herodo. VIII. 27.

[†] Faciem dealbatam sacerdotis Cybelae Augustinus deridet Civ. II. 26. gypsatam Petronius, coenoso pigmento oblitam Apulejus; Pantomimum διὰ πηλίνης ὄψεως δαιμονῶντα Tatian. c. Graec. XXII. 263. mulierum γύψου χρίσματα Rufin. Epigr. XIV, cretatam faciem Anthol. Lat. III. Ep. 225. Utriusque loci interpretes plura contulerunt.

Cicero ait N. D. III. 23. Dionysos multos habemus, primum a Jove et Proserpina natum, secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse; tertium Cabiro patre, eumque regem Asiae praefuisse dicunt, cui Sabazia sunt instituta; quartum Jove et Luna; cui sacra Orphica putantur confici; quintum Niso natum et Thyone, a quo Trieterides institutae dicuntur. Primum enim haec aliter traduntur a Lydo, qui antiquissimum Dionysum Jovis et Lysitheae filium dicit, secundum Nili, tertium Cabiri, quartum Jovis et Semelae ᾧ τὰ Ὀρφέως μυστήρια ἐτελεῖτο, de quinto demum cum Cicerone congruens; neque eodem modo ab Ampelio c. IX. p. 119. Tzsch. plane ut appareat Theologos istos in hac tota disputatione suum quemque sequutos esse judicium et ex qualibet levi aut fabularum aut cerimoniarum discrepantia diversos extricasse deos. Deinde fieri potest, ut sententiae illius auctor, quo plures nancisceretur Dionysos, Proserpinam, de qua Orpheus loquitur in Theogonia, modo Lunam, ut multi, interpretatus sit, modo ab ea discreverit. Neque, si quis propter illa Ciceronis et Lydi testimonia plures Orphicorum quasi sectas fuisse statuat, per me mora ulla erit, dummodo ne rem in conjectura positam ultra modum exaggeret.

Sed ad sacra ipsa quod attinet, quibus Demosthenes insultat, Comicorum opprobria eodem directa testatum faciunt, non paucos eorum fuisse

cultores neque de faece popelli. Sunt enim ita crebri in hoc genere itaque vehementes, ut jam ingravescenti malo et, ni curetur, praevalituro obluctari videantur. Imo tempus illud fuit, quum purpurati tympanotribae et *μητραγύρται βασιλεῖς* (Plutarch. V. Cleom. c. 27.) cinaedorum ritu baccharentur. Etym. M. *Γάλλος ὁ Φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος διὰ τὸ φύλλα κισσοῦ κατεστίχθαι ὥς οἱ Γάλλοι· ἀεὶ γὰρ ταῖς Διονυσιακαῖς τελεταῖς κισσῷ ἐστεφανοῦντο.* Quo in loco Tollius in Itiner. Ital. p. 20. aut *κατεστέφθαι* pro *κατεστῖχθαι* [*] legendum putat aut *ἐστίζοντο* pro *ἐστεφανοῦντο*, quorum neutrum necessarium est; nam quia vulgo bacchantes caput hedera redimibant, Ptolemaeus ille exsuperantia quadam pietatis hederae signum sibi inuri jussit. In eodem rege Plutarchus de Am. et Adul. Discr. XIX. 182. taxat *τὴν θηλύτητα καὶ θεοληψίαν καὶ ὀλολυγμοὺς καὶ κρίνων καὶ τυμπάνων ἐγχαράξεις.* Sed et hunc locum impugnavit Wyttenbachius *κρίκων καὶ τυμπάνων ἐναράξεις* emendans, hoc est annulorum et tympanorum concussiones; *κρίκους* esse annulos catenarum, quibus quatiendis sacerdotes illi se invicem laedant, easque etiam a Lucretio significari L. II. 639. Galli inter se catenas ludunt, ubi potius lidunt scribendum esse [†]. Horum nihil credere possum. Lucretius catenas

[*] Sic enim scribi debet et *στῖγμα*, unde stimulus et brevius stilus, sicut a premo prelum, a simulus silus.

[†] Idem in Dioscoridae Epigr. pro *βάλλεθ' ὑπὲρ τύμβον πολιὰ κρίνα*, in quo nemo unquam haesit, mire emendat *βαίνεθ' — σκολιὰ κρίνα*, sinuosas saltationes.

ludere pro *κύκλια χορεύειν* in orbem saltare[vv] potuisse videtur neque Gallorum flagra catellis nexa erant sed *ἀστραγαλωτά*, ut saepe dictum est[x]. Plutarchus autem sive *κρίνων* scripsit sive, quod malim, *κέρνων*, certe eundem quem Etymol. M. notavit morem sacri stigmatis, quod rex fanaticus in memoriam consecrationis sibi inscribi jussit expressa hederae et instrumentorum bacchicorum similitudine. Isque mos tum in Aegypto vigebat tum in sacris Phrygiis observabatur, quorum illud testatur Herodotus II. 113. hoc Prudentius Steph. X. 1076.

> Quid quum sacrandas accipit sphragitidas,
> acus minutis ingerunt fornacibus etc.

eandemque necessitatem sacri stigmatis Judaeis imposuit Antiochus Epiphanes III. Macc. II. 29. *χαράσσεσθαι διὰ τοῦ πυρὸς εἰς τὸ σῶμα παρασήμῳ Διονύσου κισσοῦ φύλλῳ·* et eosdem jussit *κισσοῖς ἐστεφανωμένους πομπεύειν τῷ Διονύσῳ* Hippol. de Antichr. c. 49. quem producit Wessel. ad Diod. L. 34. 336. T. X. unde apparet in Etymologi adnotatione adstrictius perscripta secum consistere posse *κατεστῖχθαι* et *ἐστεφανοῦντο*. Sed de or-

[vv] Doctus Italus in Expl. Pict. Hercul. T. II. 311. catenarum nomine crotali genus catenatum declarari putat, quale saltatrix in Tab. IX. gestare videtur. Viscontius in Museo Pio-Clem. T. IV. 13. idem quod Lucretii interpretes saltationis genus intelligi vult restim ductantium, sicut Turnebus V. 26. choreas catenatim consertas. Sed hoc non convenit saltatoribus armatis, de quibus Lucretius loquitur, quoniam hi manus non expeditas habent; alterum abhorret ab usu dicendi.

[x] v. Menag. ad Diog. IV. 84. Dom. Georgii Diss. ad Mon. Archig. p. 214. in Murator. Thes. T. I. Jacobs. ad Anthol. Vol. IX. 358. etc.

giorum Phrygiorum ritu et cum Orphicis convenientia satis dictum; nunc qua aetate recepta fuerint, quaerere experiamur.

§. 6.

Musgravius ad Eur. Hel. v. 1321. „Rheae „sacra circa hoc tempus (Euripidis) Athenas „translata tradit Julianus Or. V. (p. 195.) effigiem „autem Rheae, quae in Metroo erat, Phidias Eu„ripidis contemporaneus elaboravit teste Pausa„nia.“ Postremum, ut inutile ad probandum, praetermitto. Juliani testimonio plura accumulavit Zoega in Bassirel. T. I. p. 68. sed aliis rebus districtus quaestionem vix inchoatam destituit, nobisque causae denuo informandae necessitatem imposuit. Julianus igitur dicit Phrygum antiquissima sacra, quum primum a Gallo Atticae inferrentur, contemtim repudiata esse; postea autem Athenienses deae iram expertos Pythiae admonitu [†] templum Matris deorum exstruxisse, quam eandem esse Cererem. Eadem corruptius Schol. Plut. 431. narrat Phrygem, qui Cereris filiam quaerentis adventum nunciasset, in barathrum conjectum esse; Suidas addit statuae honorem Metragyrtae tributum, nec incredibile videtur, talem statuam prope Metroon collocatam fuisse. Quo tempore haec gesta sint, nemo illorum tradit, sed patet eos rem perantiquam afferre sibi videri, quanquam ipsum Galli nomen Graecis antiquioribus ignotum [a] no-

[†] v. Epimetr. XV.

[a] In Cratini versibus Hephaest. p. 88. ubi Pan vocatur *βαβάκτα*

vitatem fabulae arguit. Sed succedant alii testes. Scholiasta Aristoph. Acharn. 242. omissa Cybelae et Phrygum mentione Pegasum quendam Eleutherensem refert cum Liberi simulacris Athenas venisse; quo ejecto deum injuria commotum Atheniensibus morbum incussisse verenda populantem [aa], donec oraculi jussu phallos publice privatimque subrexissent *ὑπόμνημα τοῦ πάθους ποιούμενοι*, quibus quae Eudocia addit p. 124. *ἄλλοι δέ φασιν ὅτι ἀσύρης* (scr. *ἀγύρτης*) *τις ἦν αἰδοῖον ἔχων αἰσχρὸν καὶ οὐχ ὁ Πήγασος*, ex superiori narratione derivata sunt. De Pegasi adventu consentit Pausanias I. 21. nisi quod morbum obscoenum et phallos omittit, Pythiamque dicit Atheniensibus, quominus a Pegasi sacris abhorrerent, vetus dei hospitium ad Icarium deversi in memoriam redegisse. Sed Schol. Lucian. Deor. Conc. V. 182. T. IX. ob ipsius

Γάλλων, Vossius ad Catull. p. 163. substituit *κήλων*, probante Wesselingio ad Itiner. p. 146. et Gesnero ad Claudian. L. I. in Eutrop. 277. qui illi consentit, fabulam de Cybele et Attine sive Atye et Gallis recentiorem esse et a Gallograecis demum ortam. Eamque ob causam Reiskius Simonidis Epigramma de Gallo et leone veteri Ceo abjudicat. cf. Goens. de Simon. p. 35. et Jacobs ad Anthol. T. I. 271. Hoc epigramma qui ante oculos habuit Photius, nomen *Γάλλος* in usu recens esse significat: *Κύβηβον Κρατῖνος Θρᾴτταις τὸν θεοφόρητον· Ἴωνες δὲ τὸν μητραγύρτην καὶ Γάλλον νῦν καλούμενον· οὕτως Σιμωνίδης.* Phrynichus p. 272. Bithynis et Asianis adscribit, quo auctore Casaubonus ad Lamprid. Heliog. c. VII. 806. haec adnotat: Perperam vulgo per majusculam literam nomen Gallorum scribitur, quum Matris deorum sacerdotes significat; asiatica enim vox est, quae *τὸν ἀπόκοπον* significat, neque a Galliae populis ea notio manavit. Meminerat, puto, Polybii interpres optimus, Gallos Pessinuntios Romanis in Asiam transeuntibus supplices occurrisse et victoriam belli Galatici apprecatos esse.

[aa] Facetus est Kircherus Oed. Aeg. T. I. p. 229. hanc fabulam ex historia sacra de Philistaeorum aureis anis derivans.

Icarii caedem Athenienses deo poenas dedisse refert, infando pruritu correptos, donec *τοιαῦτα κατὰ χρησμὸν πεποιηκότες πήλινα σχήματα καὶ ἀνθ' ἑαυτῶν ἀναθέντες ἐπαύσαντο τῆς μανίας* [b]. Manifestum est has narrationes omnes eodem tendere, ad explicandam pomparum phallicarum originem, quae tum communiter Cybelae et Baccho, tum huic deo seorsum instituebantur, unde factum est ut alii hunc morem ex Phrygia repeterent, alii, ut Herodotus, ex Aegypto, ubi nulla Deorum mater culta est, quidam in memoriam Prosymni institutum dicerent (Clemens Protr. p. 30.) pars Eleutheris ortum putarent, cui urbi Dionysi cultum domesticum fuisse docent Diodor. III. 65. Hygin. F. 225. et Plutarchus Qaest. Rom. CIV. qui nomen ipsum *ἀπὸ τοῦ περὶ Ἐλευθέρας Ἐλευθερέως Διονύσου* derivari tradit. Eleutheris signum dei Athenas traductum et in templo Limnaeo repositum esse semelque quotannis solemni pompa in Academiam deduci auctor est Pausanias. v. Siebel. ad L. I. 20. 2. Quo tempore id primum institutum fuerit tacet, neque a viris doctis, qui hunc locum in praetereundo attigerunt, patefactum est [c], sed illa pacis bellique societas, quam sacrorum communicatio sequuta est, tum demum

[b] Veteres docti disceptasse videntur, utrum phalli *πήλινοι* in templo dedicati an *ξύλινοι* in pompa gestati fuerint. Dionyso partes genitales consecratas fuisse ostendit Heracliti locus notissimus *εἰ μὴ γὰρ Διονύσῳ πομπὴν ἐποιοῦντο, αἰδοίοισιν ἀναιδέστατα εἴργασται·* et etymologia quamlibet inepta Augustin. Civ. VII. 2. L i b e r u m v o c a r i q u o d m a r e s i n c o e u n d o m i s s i s s e m i n i b u s l i b e r e t.

[c] Boeckh. Comment. Acad. Berol. Ann. XVI. p. 119. Thiersch. de Epoch. Art. fictr. Comm. I. p. 64. not. 141.

inita videtur, quum Athenienses Thebarum potentiam adaequassent. Pompam, de qua Pausanias loquitur, phallicam fuisse, colligi potest e poenae genere, quo Athenienses propter Pegasi injuriam affecti dicuntur; an alia accesserit caerimoniarum Phrygiarum similitudo in quaestione est. Quod Schol. Hesiod. Theog. 52. affirmat Eleutheras dictas esse, quod ibi ab insania liberatus sit Dionysus, potest solius etymologiae causa fictum videri eoque minus ponderis habet, quod alii deum Dodone resipuisse narrant. Apertius fanatici ritus indicium praebet Suidae narratio s. *Ἐλευθέρος*, Eleutheris filias a Baccho in furorem actas, patrem autem jussum esse *ἐπὶ παύσει τῆς μανίας τιμῆσαι Μελάναιγιδα Διόνυσον* fabulae enim hujusmodi de solemnium institutione ipsam eorum formam et speciem exprimere solent. Similiterque Plutarchus turbulentum quoddam et horridum sacri genus significare videtur, quum *μειλιχίῳ καὶ ἡμερίδῃ* contra ponit *τὸν νυκτερινὸν (νυκτέλιον) καὶ μελάναιγιδα* Symp. VI. Quaest. VII. 2. sicut idem V. Anton. XXIV. 90. *τὸν χαριδότην καὶ μειλίχιον* opponit *τῷ ὠμηστῇ καὶ ἀγριωνίῳ*, et alio loco De cohib. Ira XIII. 446. T. IX. *ὠμηστὴν καὶ μαινόλην ἀντὶ Λυαίου καὶ χορείου*. Sed in neutro testimonio adminiculi satis, quoniam fieri potest ut et haec oppositio solo nominis veriloquio nitatur et Eleutherenses aliter deum eponymum, aliter Melanaegidem coluerint. Athenis quidem eum, qui hoc nomine dictus est, non Eleutheris deductum sed a Mes-

seniis acceptum esse, e conjunctis Nonni et Pausaniae testimoniis perspicitur. Apud illum Jupiter Minervam ad auxilium Baccho ferendum his verbis instigat XXVII. 305.

Αἰγίδα σεῖο τίνασσε προασπίζουσα Λυαίου,
σεῖο κασιγνήτου μελαναίγιδος, ὅς σεο πάτρην
ῥύσεται ἐξελάσας Βοιώτιον ἡγεμονῆα.
καὶ μέλος ἀείσει ζωάγριον ἀστὸς Ἐλευθοῦς
πιστὸν ἀνευάζων ἀπατούριον υἷα Θυώνης.
οὗ μετὰ δὴν Φρύγα ῥυθμὸν ἀνακρούσουσιν Ἀθῆναι
Λιμναῖον μετὰ Βάκχον, Ἐλευσινίῳ Διονύσῳ.

Is vero qui Dionysi Melanaegidis ope Atticam liberavit, Melanthus Messenius, capta a Doriensibus patria profugus Paus. II. 18. Eleusine consederat Athen. III. 96. E. eodemque se recepere finito primo bello Messeniaco *οἱ τοῦ γένους τῶν ἱερέων καὶ θεαῖς ταῖς μεγάλαις τελοῦντες τὰ ὄργια* Paus. IV. 14. [d] unde intelligitur, quid caussae habuerit Nonnus cur Melanthi opitulatorem Dionysum vocaret Eleusinium. Verum si haec omnia, quae de deo Eleutherensi dicta sunt, computamus et porro ancipitem Kanngiesseri conjecturam assumimus, qui ei Dionysia majuscula celebrata esse putat [dd], tamen ad explicandam quaestionem, quae a Musgravio proposita est, nihil nos promovisse sentimus. Sed videndum est, ne alibi plus sit

[d] Hoc et alio Pausaniae testimonio, quo sacra dearum magnarum a Caucone Eleusinio in Messeniam translata dicit, motus videtur Palmerius Exercit. p. 690. ut in Marm. Par. lin. 28. ubi mysteriorum institutio traditur sed auctoris nomen evanuit, Cauconem substitueret pro Eumolpo; nec dubito, quin viro pereruditoo minimeque temerario plures fuerint rationes cur vulgarem famam sperneret.

[dd] Die komische Bühne in Athen p. 212.

auxilii. Strabo X. 471. ubi sacra memorat, quae Athenienses ab exteris ascita et arcessita coluerunt, de Sabaziis unum testem facit Demosthenem. Et hujus interpretes graeci ad Fals. Leg. p. 431. ubi orator Aeschinem exagitat *τὸν Ἀτρομήτου τοῦ γραμματιστοῦ καὶ Γλαυκοθέας, τῆς τοὺς θιάσους συναγούσης, ἐφ' οἷς ἑτέρα τέθνηκεν ἱέρεια*, haec adnotarunt: *οἱ Ἀθηναῖοι ἐξ ἀρχῆς γέλωτα εἶναι καὶ ὕβριν κατὰ τῶν ὄντως μυστηρίων τὰ τελούμενα ταῦτα νομίζοντες τὴν ἱέρειαν ἀπέκτειναν — μετὰ δὲ τοῦτο τοῦ θεοῦ χρήσαντος ἐᾶσαι γενέσθαι, τὴν Αἰσχίνου μητέρα μυεῖν ἐπέτρεψαν* p. 115. Ulpian. Sacerdotem illam capitali poena affectam Ninum fuisse docet Schol. Aug. p. 167. accusatorem Meneclem, quem ante archontem Thessalum vel Apollodorum hoc est ante secundum vel tertium annum Ol. CVII. mortuum esse ex Dionysio de Dinarch. p. 695. T. V. elucet, quo tempore Demosthenes annum aetatis trigesimum quartum quintumve agebat. Idem vero Demosthenes, quum in Or. p. Cor. 313. a Glaucothea se admodum adolescentulum initiatum scribit, indicium praebet, haec tum sacra permissa legemque, ex qua Menecles contra Ninum egit, abrogatam fuisse. Quae si retenta est usque ad Demosthenis pueritiam, Sabaziorum usus publicus antea nullus fuit, privatus non nisi in obscuro occultoque. Sed dubitari potest an Scholiographus, ut haec sacra prius severis legibus coercita, post Apollinis auctoritate admissa esse scriberet, unam hanc habuerit rationem, quod ea

Nino capitalia fuisse legisset, Glaucotheae impunita ac libera; quae ratio ad persuadendum parum firma videtur. Quid enim? Si Ninus non propter eam causam punita est, quod aliquos Sabazio initiasset, sed ob alia quaedam maleficia, quorum suspicio in peregrinorum sacrorum cultores commoveri solet[e], plagii, veneficii, corruptelae, sodaliciorum et contra rempublicam conspirationis? Quorum si nihil Aeschinis mater admisit, nihil erat, cur in jus vocaretur. Legimus quidem Theodoridem, Glaucotheae simillimam, quam Plutarchus in V. Dem. c. XIV. *ἱέρειαν* vocat, Harpocratio s. *Θεωρίς μάντιν*, impietatis (*ἀσεβείας*) peractam esse Schol. Dem. Bav. p. 106, sed idem Plutarchus refert, id ei tum propter alia accidisse maleficia, tum quia servitia sollicitasset[f]. Et ejusmodi potius suspicionibus, quam propter contemtas religiones Aspasiae, Phrynae, Lacedaemonii sorori Dem. c. Eubul. p. 1301. et fortasse etiam illi Brauroniae Dianae sacerdoti Dinarch. c. Aristog. p. 82. *ἀσεβείας* crimen, quod perlate patet[g], conflatum esse crediderim. Quid Ninus deliquerit, Demosthenes in suspicione re-

[e] Dio Cassius LII. 36. docet e peregrinorum sacrorum cultu nasci deorum contemtum, *συνωμοσίας*, *συστάσεις*, *ἑταιρείας τε*.

[f] *τοὺς δούλους ἐξαπατᾷν διδάσκουσα.* Hoc fuerit specimen caussae ab Aristotele sub nomine *δουλαπατίας* memoratae, cujus exemplum desiderat Ed. Otto de Athen. Action. p. 21. Columella R. R. I. 8. 6. villicis praecipit: sacrificia nisi ex praecepto domini ne faciant; aruspices sagasque, quae utraque genera vana superstitione rudes animos ad impensas ac deinde ad flagitia compellunt, ne admiserint.

[g] Artes magicas hoc nomine comprehendi documento est Aesop. Fab. LXXX. p. 46. *γυνὴ μάγος, θείων μηνιμάτων ἀποτροπιασμοὺς ἐπαγγελλομένη, ἣν γραψάμενοί τινες ἀσεβείας εἷλον καὶ καταδικα-*

linquit, Glaucotheam urgens, τὴν τοὺς θιάσους συνάγουσαν, ἐφ' οἷς ἑτέρα τέθνηκεν ἱέρεια. Nam ἐφ' οἷς tum proxime ad θιάσοις referri, tum etiam pro indefinito δι' ἃ accipi poterit, quod quo minus definitum, hoc invidiosius est. Priorem rationem secutus est graecus interpres, cujus notam transcripsimus, ut Libanius in Repr. Aesch. T. IV. p. 973. oratoris sententiam his verbis enarrans: Αἰσχίνης ἐμιμεῖτο τὴν ἑαυτοῦ μητέρα — κοινωνῶν τελετῶν, ἐφ' αἷς ἤδη δίκην εἰλήφεσαν παρὰ τῶν τελούντων, quas idem οὐ νενομισμένας τελετάς nominat in Συγκρ. p. 1000. Alteram vero Scholiastes Augustanus l. c. ἐφ' οἷς φαρμάκοις καὶ ἄλλη ἱέρεια τέθνηκε — λέγει δὲ τὴν Νῖνον λεγομένην· κατηγόρησε δὲ ταύτης Μενεκλῆς, ὡς φίλτρα ποιούσης τοῖς νέοις. Is igitur ἐφ' οἷς accepit pro δι' ἃ, ut autem nominatim φάρμακα suppleret, adduxit eum consimilis causa in Or. c. Aristog. I. 793. ἐφ' οἷς ὑμεῖς τὴν μιαρὰν Θεωρίδα [h] τὴν φαρμακίδα ἀπεκτείνατε, ταῦτα λαβὼν τὰ φάρμακα καὶ τὰς ἐπῳδὰς μαγγανεύει καὶ φενακίζει καὶ τοὺς ἐπιλήπτους φησὶν ἰᾶσθαι. Sed

σθεῖσαν ἀπῆγον εἰς θάνατον. Crimen γυναικὸς φαρμακίδος ab Areopago damnatae Aelian. H. An. V. 18. non simplicis veneficii fuit, ut cetera exempla profanatae religionis et sacrilegii ostendunt. His quae olim disserui in Comm. de M. B. et Myst. priv. adde nunc Meier und Schömann *Attisch. Process* p. 312. Platner *Der Process und die Klagen* T. II. 141.

[h] Codd. Θεοδωρίδα exhibent ut et Θεωρίδας et Θεοδωρίδας confunduntur. v. Reisk. Notit. Poett. Anthol. p. 215. Meinek. ad Euphor. p. 28. Theoris Sicyonia Sophoclis poetae amica nominatur Athen. XIII. 592. B. Suid. s. Ἰοφῶν, et Auct. Vit. Soph. p. XI. Brunck. Hesychius: Θεωρίς κύριον ὄνομα καὶ ἡ Σικυωνία τὸ γένος ἐρωμένη· adde Σοφοκλέους. Nomen Θεωριάς est in Murator. Thes. Inscr. MXXXVII. 6.

sacrorum Phrygiorum antistites veniens coquere atque alias artes magicas[1] exercere solitos esse, Philo testatur L. III. Legg. Spec. p. 792. ubi magiae theoreticae, rerum divinarum speculatricis, παράκομμα quoddam repertum esse dicit, μαγγανείαν illam, ἣν μητραγύρται καὶ βωμολόχοι μετίασι καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδραπόδων τὰ φαυλότατα, περιμάττειν καὶ καθαίρειν ἐπαγγελλόμενοι, καὶ στέργοντας μὲν εἰς ἀνήκεστον ἔχθραν, μισοῦντας δὲ εἰς εὔνοιαν ἄξειν διομολογούμενοι φίλτροις καὶ ἐπῳδαῖς: quae eadem erat Orpheotelestarum professio.

Si vero e Demosthene non apparet, Ninum propter externorum sacrorum cultum morte multatam esse, non licet hinc concludere, qua aetate Sabazia occulte, qua palam et promiscue coli coepta sint. Quinimo an ullum sacrorum genus publicis Atheniensium legibus prohibitum fuerit, vehementer dubito, et quidem, quo diutius considero, quae in eam rem afferri solent, tanto magis. Hemsterhusius ad Hesych. s. Θεοὶ ξενικοί, quum docuisset Genetyllidem, Chrythalliam, Pheraeam, Isodaetam, Hyem, a Grammaticis peregrinos nominari deos, hos, addit, non nisi publico consilio consciscì licuit; si quis secus fecisset, capitalis erat poenae reus v. Joseph. c. Ap. II. 37. 493. receptis ἐπίθετοι ἑορταί celebratae sunt Isocr. Areop. c. XI. Primum contra haec monendum

[1] Conjungit haec etiam Plutarchus de Superst. VI. 79. γοητεῖαι καὶ μαγεῖαι καὶ περιδρομαὶ καὶ τυμπανισμοὶ καὶ καθαρμοί.

est, appositicias ferias non eas dici, quae diis peregrinis institutae, sed quae numero veterum solemnium adjectae essent; quae a priscis et inveteratis plerumque nihil differebant, nisi quod apparatu majore, visceratiionibus, congiariis celebrabantur, quod ut Isocrates suis civibus exprobrat, ita Julianus in Misop. p. 362. Antiochenses objurgat; quod patria sacra parce sordideque apparent, Majumas autem et phyletica epula effusissimo sumtu adornent. Deinde Hemsterhusius et Petitus decepti sunt falsa, quae Josephi locum occupavit, lectione: *νῦν μὲν γὰρ (Ἀθηναῖοι) τινὰ ἱέρειαν ἀπέκτειναν, ἐπεί τις αὐτῆς κατηγόρησεν, ὅτι ξένους ἐμύει θεούς· νόμῳ δ' ἦν τοῦτο κεκωλυμένον καὶ τιμωρία κατὰ τῶν ξένον εἰσαγόντων θεὸν ὥριστο θάνατος*· ubi primum mirabile est ad verba *νῦν μὲν* neminem adhaesisse, quae prorsus ineptam reddunt sententiam; quid enim illud sibi vult Nunc quidem occiderunt? Sed totum locum adulteravit Havercampius. Vetus lectio est *νῦν μὲν γὰρ τὴν ἱέρειαν*, quod quum nemo intelligeret, mutatum est in *νῦν μὲν γάρ τινα* —. Sed nimirum ille scripsit *Νῖνον γὰρ τὴν ἱέρειαν*, et est haec illa ipsa causa, quam Menecles egit, et paene verba eadem, unde veteres Demosthenis enarratores, argumentum ex circumstantia ducentes, legem concinnarunt sacra peregrina coercentem, quam legem nunquam latam esse contendo. Primum quis dubitat, quin Cicero in Legg. II. 15. quo loco novos deos ejiciendos et saepe ejectos esse monet, si ejusmodi

legem cognitam habuisset, hanc potius quam Aristophanis de Sabazio edictum ludicrum commemoraturus fuerit? Deinde, qua demum nota Graeci, quum ea essent opinione imbuti, ut omnes deos sibi cum omnibus communes esse crederent, advectos ab indigenis, barbaros a Graecanicis distinguere quiverint? Illa sive *ξένα* sive *καινὰ δαιμόνια*, quae Socrates induxisse credebatur, etsi neuter Apologeta satis explicate definit, tamen ad illud genus deorum alienigenarum adscribi nullo modo possunt. Neque unquam Athenienses diis peregrinis solemnia publica, ut Fungerus et Creuzerus narrant, hinc scilicet *Θεοξένια* dicta, instituerunt; quem errorem Boeckhius correxit ad Pind. p. 194. dudum ante a Biagio castigatum De Decret. Ath. p. 313.[k]. Sed quos Hemsterhusius producit deos peregrinos, quosque passim mariti ringentes sibi ab uxoribus in domum inferri queruntur, partim erant daemones geniique obscuri, majorum numinum adseculae et janitores, quos nomine tenus in sacris citari invidia nulla erat, concesso praesertim satyricorum deorum cultu, Ilaonis, Tychonis, Orthanae, partim dis vernaculis ita pares et similes, ut peregrinitatis damnari non possent. Coliadem et Genetyllidem veteres docti Veneris Dianaeque aut paredrorum cognomenta esse volunt, falso fortasse sed nihil ad rem; nam ad hanc quaestionem per-

[k] Neque Thebis, ut Corsinius putabat, sed Delphis *Θεοξένια* celebrata esse, docuit Larcherus Sur les fêtes p. 318. T. 48. Mem. cf. Wyttenbach. ad Plut. S. N. V. p. 68. qui de diis *ξενικοῖς* errat.

solvendam vix antiquariorum docta competebat subtilitas, nedum crassa causidicorum Minerva. Neque magis capitale esse potuit Corythalliam colere, quo nomine Graeci potissimum Dorienses Dianam indigitarunt, non illam castam et pudicam, sed qualem alio loco descripsimus, bacchationibus gaudentem et obscenis saltatricularum cantiunculis et Sicinnistarum impudicis motibus[1]. Si igitur Graeci ne hos quidem deos, quos Grammatici nominatim peregrinorum numero adscribunt, colere venerarique dedignati sunt, profecto non credibile est iis, qui Cybeles sacra trivialia administrarent, mortis poenam propositam fuisse. Unde sequitur ex Nini condemnatione et Glaucotheae impunitate nullum temporis indicium sumi posse, quando Sabazia Athenis seu clam et in angulo seu publica auctoritate celebrari coepta sint. Comicorum quidem, quos antea nominavimus, graves et quasi publicae querelae certos nos faciunt, hanc religionum patriarum corruptelam Euripidis aetate jam adultam ac late propagatam fuisse. Neque argumentum, quo Musgravius in contrariam ductus est sententiam, amplius obstare potest, quoniam primam horum sacrorum originem ab Onomacrito repetamus.

§. 7.

Initio ac fundamento disputationis hoc utor: Pausanias (v. P. I. c. VI. n. 32.) παρὰ Ὁμήρου,

[1] v. Epimetr. XVI.

inquit, Ὀνομάκριτος παραλαβὼν τῶν Τιτάνων τὸ ὄνομα, Διονύσῳ τε συνέθηκεν ὄργια καὶ εἶναι αὐτοὺς τῷ Διονύσῳ τῶν παθημάτων ἐποίησεν αὐτουργούς. Nomine τῶν παθημάτων significat Dionysi necem, tanquam rem lectoribus notam quam ab Onomacrito fictam esse nec dicit ille, nec credere potuit is, qui de Dionyso sine dubio idem statuebat, quod ceteri eruditi, eundem esse Osirin Typhonis scelere peremtum et anniversariis Aegyptiorum planctibus deploratum. Quorsum igitur pertinet illud testimonium? Nimirum ut intelligamus, Onomacritum primum fuisse, qui facinoris auctores ederet Titanes, remoto Typhone, ut a Graecorum religionibus alieno. Quid praeterea de suo addiderit, Pausanias dicere supersedit, sed ex Orphicorum carminum reliquiis apparet, quidquid a domesticis opinionibus discreparet, segregatum, deosque vernaculos, Junonem, Apollinem, Minervam, tanquam Dionysi hostes, propugnatores, ultores in scenam inductos esse, quae una fuit ratio fabulae exoticae popularium auribus adaptandae. Hanc igitur qui primus iniit, idem primus mythi in Graeciam transferendi auctor haberi debet, quum praesertim nulla neque in sacris Graecorum neque in literarum monimentis antiquior occurrat hujus rei memoria et fabularum Aegyptiacarum notitia ab Onomacrito non aliena, orgiorum autem, quae ille aemulatus est, ea species fuerit, ut, quamvis per se nihil ad Osirin pertinerent, tamen lenocinio quodam adhibito perfacile ad eum accommodari possent. Ete-

nim Bacchica sacra, uno fortasse et altero post Homerum seculo in Graeciam transfusa, ea certe aetate, qua Onomacritus vixit, omnibus nota fuere; quae quum barbaro ritu, hoc est, cum insana omnium membrorum jactatione, thyrsorum intentatione, cumque clamore ingenti ac vago discursu celebrarentur, imaginem hostilis impetus [a] cladisque atrocis praebebant et pro irritamentis eorum, quae deo ipsi, horum solemnium praesidi, facta essent, haberi poterant. Ad ejusmodi autem conjecturas quam proclivia fuerint veterum ingenia, et sacra ipsa Graecorum quantam cum rebus gestis similitudinem habuerint, nunc mihi dicere propositum est. Sed, quo melius explicetur quaestio, rem paullo altius et ab ipsis fontibus arcessam.

§. 8.

Dies festos veterum cantibus tripudiisque celebres fuisse, principio rudibus et ex tempore fusis; post vero meditatis apteque compositis, inter omnes constat. Cujus rei progressionem aestimare licet ex artis scenicae incrementis, quae quemadmodum ab inconditis turbae feriatae ludi-

[a] Aristid. Or. in Smyrn. T. I. 230. *Χῖοί ποτε πλεύσαντες ἐπὶ τὴν πόλιν* (Smyrnaeorum) *ὡς ἐρήμην αἱρήσοντες τῶν ἀνδρῶν ἀπόντων* (orgiorum causa) *ἐν τῷ ὄρει, ἀπέτυχον τῆς πείρας, ἐνύπλιον δὴ τοτε ὀρχησαμένων τῷ Διονύσῳ καὶ τὰ βακχεῖα ἐν τοῖς ἐκείνων σώμασι τελεσαμένων.* Galenus Gloss. p. 546. *πλήστιγγας νάρθηκας παρὰ τὸ πλήσσειν.* Ovid. Trist. IV. El. I. 41. Utque suum Bacchis non sentit saucia vulnus. Seneca Troad. 675. qualis deo percussa Maenas enthea silvas gradu armata thyrso tentat atque expers sui vulnus dedit.

oris orta primo, post eo progressa est, ut infinitam morum, affectuum, casuumque humanorum varietatem imitando consequeretur, ita pro illis jubilis et discursibus et exsultationibus, quibus agrestes et incomti comisatores indulsere, sensim successerunt fidium aut tibiarum modulamina, cantus argumentosi et quod de uno genere dictum valet de omnibus:

Hic juvenum chorus, ille senum, qui carmine laudes
Herculeas et facta ferunt, ut prima novercae
monstra manu geminosque eliserit angues;
— — — ut duros mille labores
pertulerit;

nec aberant consoni motus gestusque eorum, qui cantica desultantes universam rem ita exprimebant, ut qui haec spectacula capesserent, deos ipsos cum inimicis suis conflictantes et modo vincentes modo victos et fugatos sibi videre viderentur. Sed ad hanc artis consummationem gradatim perventum esse et ratio vincit et literae docent; nam certe homines multis ante seculis canere et saltare coeperunt, quam argumenta serere eaque describere actibus et voce ac gestu repraesentare didicissent. Et quum huc progressi essent, non est dubium, quin prius vitae quotidianae eventa moresque et facta eorum quibuscum agerent, quam deorum heroumque res gestas imitati fuerint. Revocemus nobis in memoriam pueritiae nostrae oblectamenta [b], pro-

[b] *Παῖδες ἔπαιζον αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς — τὸ δὲ παιζόμενον ἦν δίκαι καὶ κατηγορίαι καὶ ἀπαγωγαὶ τῶν ἁλισκομένων* Plutarch. V. Cat. Min. c. II. id dicitur ludum ad judices exercere. v. P. Faber Semestr. L. I. p. 29. nullique periculosius fuit quam Cyro.

ponamus animo veterum Dicelistarum ludicra, quaeque peregrinatores de gentium barbararum spectaculis narrare solent; tum denique intelligemus, quae diebus profestis serio agi tractarique solent, eadem feriatis per ludum jocumque effingi, scholas, judicia, furta, pugnas funerumque pompas et nuptiarum. Verum id optime perspici potest ex luculenta Xenophontis narratione Anab. VI. 1. 5. cf. Max. Tyr. XXVIII. 4. 58. qua Thracum et Aenianum saltationes convivales describit: Primum procedunt aliquot armati in medium, quasi diversarum partium milites; signo dato concurritur; unus cadit vulnere mimico et effertur pro mortuo; hic fabulae exitus. Ecce ingreditur alius aratorem agens sed item armis instructus adversus praedonum impetus, quorum unus mox supervenit et posteaquam utrinque pugnatum quantum satis, abducit victum cum jumentis agricolam. Num dubitari potest, quin haec et similia argumenta etiam diebus festis explicata fuerint? Athenienses quidem quum Dipolia celebrarent, hunc morem tenuisse feruntur: posteaquam ex pluribus bubus aram adactis is, qui primus hordeum delibasset, securi ictus cecidit, percussor hostiae, velut ingenti scelere commisso, in fugam se conjiciebat, unde retractus cum reliquis sacri administris ad judicium deducebatur; tunc unus alteri culpam tribuere, hydrophoroe fabro qui secespitam acuisset, hic cultrario, cultrarius secespitae, quae quum crimen diluere non posset, judicum sententiis damnata et in mare abjecta est.

En ludicrum festivum non longe ab historia ductum sed ex proximo arcessitum, quod vel a tumultuariis ludionibus explicari posset. Ejusmodi sine dubio multa fuere spectacula veterum Atellanarum similia et revera *διπολιώδη*, quorum rudem simplicitatem aspernata eruditior aetas mille condituras invenit, quibus nativum antiqui ludi colorem interpolaret. Nam posteaquam poetae et fabulatores deorum natales, amores, pugnas, adulteria, vincula tradere, traditasque ab his fabulas chori festi canendo saltandoque imitari coeperunt, tum fere prisci usus memoria evanuit atque illa frivola et extemporalia impexorum lusorum embolia sensim eo deducta sunt, ut non humanae vitae actus sed deorum varios casus adumbrare viderentur. Quae ratio ab uno genere sacrorum ad aliud translata opinionem attulit, cujusque dei solemnia aliquam cum ejus factis et eventis seu laetis seu adversis similitudinem habere et ad conservandam rei memoriam et nunc servari et a principio instituta esse. Sic Lactantius V. 19. 15. ipsos ritus ex rebus gestis (deorum) vel ex casibus vel etiam ex mortibus natos dicit. Et Augustinus Civ. VII. 18. ex cujusque dei ingenio, moribus, actibus casibus sacra et solemnia instituta sunt. Quae Graeci scriptores singulis fere exemplis confirmant. Diodorus III. 56. enarratis divae Basileae erroribus et obitu homines eam in deorum numero reposuisse *καὶ ταῖς διὰ τῶν τυμπάνων καὶ κυμβάλων ἐνεργείαις καὶ τοῖς ἄλλοις*

ἅπασιν ἀπομιμουμένους τὰ περὶ αὐτὴν συμβάντα θυσίας καὶ τὰς ἄλλας τιμὰς ἀπονεῖμαι, **prisci-que imitamina facti aera deae comites raucaque terga movent** Ovid. Fast. IV. 211. Stephanus s. *Ἄγρα — τὰ μικρὰ μυστήρια μίμημα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον.* Inter ap. Suid. et Etym. M. p. 787. *τὰ τοῖς Θαργηλίοις ἀγόμενα τούτων* (sacrilegii a Pharmaco commissi, ab Achille puniti) *ἀπομιμήματά ἐστι.* Lactantius I. 21. 38. **Ipsius Jovis Cretici sacra quid aliud quam quomodo sit aut subtractus patri aut nutritus ostendunt?** Hoc igitur qui praesumtum habuere, non admirandum est si quaelibet ritus ab uno aliquo definito facto repetere conati sunt, his quae fierent simili et consentaneo. Qui fons est tum illius de Diomo fabulae [c] Buphoniorum causa inventae, tum aliarum innumerabilium, quarum una alteram redarguit. Diomum narrant, quod bovem colonum suum, occidisset, in exilium actum, mox autem oraculi jussu revocatum et judicio liberatum esse; inde coepisse mimum illum judicialem. Sed quae tandem causa fuit, cur Tenedii, quum Libero rem divinam facerent, eum, qui votivum vitulum prostravisset, impetu facto abigerent et fugientem lapidibus insectarentur? Aelian. H. An. XII. 34. Cur apud Aegyptios ex numero pollinctorum is, qui dissecandi cadaveris initium fecisset, illico se in fugam conjecit *διωκόντων τῶν συμπαρόντων καὶ λίθοις βαλλόντων ἔτι δὲ καταρωμένων* Diod. I.

[c] v. Epimetr. XVII.

91. Cur Lindii Herculi bove rem divinam facientes victimarium detestati sunt? Non certe propter Thiodamantis execrationes, quas illi commenti sunt Philostr. Iconn. II. 24. 850. cf. Adr. Junii Animadv. p. 214. sed ne bovem aratorem cupide libidinoseque interficere viderentur. Apparet enim, veteres, quum rem licitam quidem sed necessariam magis quam sibi jucundam facerent, varias ambages nexuisse simul ludendi causa et ad tempus traducendum, simul ut factum excusarent[d]. Atque haud scio an quod Romae d. VI. Cal. Jun. observatum est, ut rex sacrorum peracto sacrificio protinus e comitio aufugeret, ad eandem pecudum immolandarum religionem sive potius religionis simulationem referri debeat; quae si quis interroget, cur non omnibus adhibita fuerit, aut plus quaerit quam sciri potest, aut minus quam responsione dignum.

Alia species ludicri eademque pluribus solemnibus communis fuit indagatio fugitivorum vel raptorum. Festus s. Oscillum p. 315. Causa ejus jactationis proditur Latinus rex, quod proelio adversus Mecentium nunquam apparuerit, judicatusque sit Jupiter Latiaris factus. Itaque per sex dies

[d] Plutarch. Symp. VIII. 8. πάρεστιν ἔκ τε λόγων καὶ τῶν ἱερῶν τοὺς παλαιοὺς εἰκάζειν, ὡς οὐ μόνον ἐδωδὴν ἀλλὰ καὶ φόνον ζώου μὴ βλάπτοντος ἔργον ἐναγὲς ἐποιοῦντο. Schol. Arat. v. 132. ἀσεβὲς εἶναι ἐδόκει τὸν ἀρότην σφάξαι, πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι ἐγεύσαντο, uterque animum ad Buphonia referens. Reliqua testimonia de religione boum collegerunt Jacobsius ad Anthol. T. IX. 232. et Matthiae Miscell. T. I. 153. praeter Varron. R. R. II. 5. Plin. VIII. 70. Heraclid. Alleg. c. 59. et Dion. Chr. Or. LXIV. 328. qui Demonassae legem affert.

feriatos liberos servosque requirere eum. Strabo XII. 564. *καὶ νῦν ἔτι ἑορτή τις ἄγεται παρὰ τοῖς Προυσιεῦσι καὶ ὀρειβασία θιασευόντων καὶ καλούντων ὡς ἂν κατὰ ζήτησιν τὴν ἐκείνου.* Sic Mariandyni Bormum quaerunt Athen. XIV. 620. A. sic sacra sunt Cereris, ubi a Plutone rapta Proserpina quaeritur Augustin. Civ. VI. c. 7.[e] ejusque deae raptum quoque scenica quadam imitatione in sacris repraesentatum esse apparet ex Tertulliani verbis ad Nation. II. p. 30. cur Proserpinae sacerdos rapitur etc. Plutarchus in Symp. L. VIII. Prooem. p. 340. *παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς Ἀγριωνίοις τὸν Διόνυσον αἱ γυναῖκες ὡς ἀποδεδρακότα ζητοῦσιν, εἶτα παύονται καὶ λέγουσιν ὅτι πρὸς τὰς Μούσας καταπέφευγε καὶ κέκρυπται.* Harmoniam Ephorus tradit a Cadmo Samothracen praeternavigante raptam esse *καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ ζητοῦσιν αὐτὴν ἐν ταῖς ἑορταῖς* Schol. Eur. Phoen. v. 7. Nec mihi improbabile videtur, similem quendam lusum occasionem dedisse fabulae, quam Schol. Lyc. 825. narrat, Venerem propter quandam deorum offensam coelo excessisse diuque delituisse in insula Cypro, magno studio a diis sed incassum requisitam, donec vetula quaedam indicium faceret. Junonis solemnibus Samii statuam deae vetustissimam abscondebant sub virgultis, absconditam quaerebant et inventa laeta-

[e] Pausan. I. 43. *Ἀνάκληθρα τὴν πέτραν ὀνομάζουσιν, ὡς Δημήτηρ τὴν παῖδα ζητοῦσα ἐνταῦθα ἐκάλεσεν αὐτήν· εἰκότα δὲ τῷ λόγῳ δρῶσιν ἐς ἡμᾶς ἔτι αἱ Μεγαρέων γυναῖκες.*

bantur Athen. XV. 672. Quid hoc aliud est, quam puerorum more agere *δραπετίνδα* ludentium? Scio id a plerisque multo aliter existimari, qui tum illud populus quod clamat Osiri invento, tum mulierum clamores Calligeniam citantium, ceterasque deorum *κρύψεις, ἀφανίσεις* et *εὑρέσεις* magna quaedam mysteria et philosophemata continere allegoriarum institoribus credunt. Rursus aliis certamina lusoria adjuncta fuere. Romae, ut Plutarchus narrat, Nonis Caprotinis *αἱ θεραπαινίδες ἀγείρουσι περιιοῦσαι καὶ παίζουσιν, εἶτα πληγαῖς καὶ βολαῖς λίθων χρῶνται πρὸς ἀλλήλας ὡς καὶ τότε τοῖς Ῥωμαίοις συναγωνισάμεναι μαχομένοις* V. Rom. c. XXIX. et de iisdem in V. Cam. c. XXXIII. *περιίασι παίζουσαι διὰ σκωμμάτων εἰς τοὺς ἀπαντῶντας· γίνεται δὲ καὶ μάχη τις αὐταῖς πρὸς ἀλλήλας,* in honorem Tutulae scilicet, ut ajunt. Similem Spartanorum usum idem in V. Arist. c. XVII. hinc ortum tradit, quod quum paullo ante pugnam Plataeensem caterva Lydorum Pausaniam regem extra castra sacrificantem adorta esset, Spartani eos tumultuariis armis, fustibus et scuticis, in fugam vertissent: *διὸ καὶ νῦν ἐκείνης τῆς ἐπιδρομῆς μιμήματα τὰς περὶ τὸν βωμὸν ἐν Σπάρτῃ πληγὰς τῶν ἐφήβων καὶ τὴν μετὰ ταῦτα τῶν Λυδῶν πομπὴν συντελεῖσθαι.* Sed idem aliis quoque locis et temporibus factum esse constat. Hesychius: *Δαυλὶς ἑορτὴ ἐν Ἄργει, μίμησις τῆς Προίτου πρὸς Ἀκρίσιον μάχης.* Idem: *Μόροττον ἐκ φλοιοῦ πλέγμα τι, ᾧ ἔτυπτον ἀλλήλους τοῖς Δημητρίοις,* cujus certaminis nomen af-

fert alio loco: *Δίωγμα θυσία τις Ἀθήνησιν ἐν ἀποῤῥήτῳ τελουμένη ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἐν Θεσμοφορίοις· τὸ αὐτὸ καὶ ἀποδίωγμα*, et caussam fictam, ut videtur, ex ἱερῷ λόγῳ, his verbis: *Χαλκιδικὸν δίωγμα, διότι εἰς Χαλκίδα ἐγένετο ἡ ἐκδίωξις* [f]. Nec dissimilem rationem Varro et Macrobius Populifugiis subjectam esse putant. In insula Delo qui Apollini sacrificabant, quum frequentes convenissent, aram saltando et se invicem flagellando circuire solebant Callim. H. Del. 321. quod etiam Amyclis fieri apud aram Apollinis nonnulli crediderunt, sed negat Hesychius s. *Γυμνοπαιδία, ἔνιοι τοὺς ἐφήβους κύκλῳ περιθεῖν τὸν βωμὸν τύπτοντας ἀλλήλων τὰ νῶτα· ταῦτα δὲ ψευδῆ.* Sed his blanditiis non caruisse videtur Troezeniorum solemne *Λιθοβολία*, quod Pausanias II. 32. a Damiae et Auxesiae caede repetit, neque illud cujus Hesychius meminit: *Τυπαί, ἑορτή τις*, neque Arcadum *Μώλεια* Schol. Apoll. I. 170. Servius ad Aen. I. 317. Harpalyce fugit in silvas, latrociniis vixit et occisa est, unde contentio orta cum multorum mortibus; postea consuetudo servata est, ut ad ejus tumulum populi convenirent et *propter expiationem* per imaginem pugnae concurrerent. Quo minus mirandum, si ludificatio veri nonnunquam in verum vertit apud barbaros praesertim animo moderari nescios

[f] Pausan. VIII. 53. *ἐν τοῦ Ἀγυιέως τῇ ἑορτῇ ἡ τῆς Ἀρτέμιδος ἱέρεια διώκει τινά, ἅτε αὐτὴ τὸν Λειμῶνα ἡ Ἄρτεμις.* In praecedd. *ἀπιδόντα* excidisse videtur: *Σκέφρον προσελθόντα τῷ Ἀπόλλωνι διαλέγεσθαι (ἀπιδόντα) πρὸς τὸν Λειμῶνα.*

donec jam saevus apertam
in rabiem verti coepit jocus.

quod Papremitis accidit, ut Martis pompam ducentes per speciem ludicri fustibus se invicem graviter mulcarent, rem sacram et salubrem sibi facere rati Herod. II. 63. [s]. Similiter Lupercorum quoque verbera vim quandam purificandi et foecundandi habere creditum; neque id illis succenseam, quibus mos et consuetudo et natura quodammodo ipsa sic praescripserat, ut quidquid tempore et loco sacro fieret, id ex aliqua probabili ratione et justa de causa fieri crederent. Quanquam, si animum a consuetudine avocare, si ceteram hujus agrestis et pastoritii instituti licentiam ante oculos ponere, si denique secum considerare voluissent, quid homines a quotidianis negotiis feriati sibi indulgere soleant, non latuisset eos, totam rem a lusu et lascivia profectam esse. Compertum est apud majores nostros nullam facile pompam joculatorum et bucconum emboliis caruisse, hos autem qui scurrandi munus in se susciperent inter alias facetias priscis avis complacitas etiam verberibus, in quos vellent et liceret,

[s] Idem IV. 180. virginum Ausensium pugnas sacras enarrat. Nec levius olim Venetiis die Sancti anniversario Nicolaitae et Castellani, hoc est, homines nautici et urbani, de ponte quodam decertare solebant, quem alteri retinere, alteri expugnare connitebantur tanta cum pertinacia ut perpauci integros dentes oculosque auferrent. v. Anton. de Ville Pyctomachia Veneta p. 6. in Thes. Ital. T. V. P. IV. et Spectac. Venet. T. V. P. II. 369. cui non dissimile certamen ephehorum Spartanorum Pausanias refert II. 14. Summa etiam Sacraviensium et Suburanensium de equi Octobris capite fuit contentio. v. Fest. s. October equus; nec minore fervore Athenis, quum novitii Scholastici ad balneum ducerentur, partium duces inter se decertarunt v. Conring. Antiqq. Acad. p. 123. — Nomen ipsum Lupercorum a luendo sive lustrando ductum videtur.

grassatos esse. Et viget adhuc in plerisque linguis, usu omisso, instrumenti nomen, quod Galli Marottam, nostri majores Stultorum clavam dicere consueverunt, scurrarum publicorum proprium insigne, a quo non multum distant illa Lupercorum crepitacula[h], unde ipsi Crepi dicti, a crepitu pellicularum, ut Festus ait, unde adjectivum crepax, sicut a sagus sagax, a pervicus pervicax. Erat autem haec pellis longiuscula instar earum, uti reor, quibus hodie utuntur, qui apud circumforaneos medicos mimos exercent[i]. Quemadmodum vero Luperci, ut Lactantius scribit Institt. I. 22. p. 148. nudi, uncti[k], coronati, personati per plateas discurrere et proximum quemque catomis caedere[l] solebant, sic Graeci comissatores, pomparum adseculae, pellicula ejusmodi instructi[m] personisque induti[n] multa proterve

[h] *Λάσια σκύτη* Plutarch. V. Caes. LXVI. 434. et V. Anton. XII. 79. ubi pro *σκύτεσι λευκοῖς* Wyttenbachius ad Plutarch. Discr. Adul. ab Am. p. 473. *λυκείοις* emendat, oblitus caprina fuisse. Silius XIII. 330. Pan lascivit caesa Tegeatide capra verbera laeta movens festa per compita cauda. Propertius IV. 1. 25. verbera setosa, Prudentius in Symm. L. II. 861. lupercales ferulas vocat, sicut *νάρθηξ καὶ σκύτος* in puerorum castigatione junguntur Plut. V. Pomp. c. 18.

[i] Sunt verba G. Cuperi Observ. L. IV. c. 2. 380. Hodie, inquit utuntur: hoc hodie jam diu praeteriit, quanquam ipse puer adhuc vidi istos medicos circumforaneos de catasta vociferantes, quos hodie nemo videt. Ita quotidie magis a similitudine antiquitatis deflectimus, morumque priscorum intellectum amittimus.

[k] *Γυμνοὶ ἀληλιμμένοι* Appian. v. Fabric. ad Dion. XLVI. 5.

[l] Schol. Juven. II. 142.

[m] Demosth. c. Mid. p. 572. *σκύτος ἔχων ἐπόμπευε καὶ τούτῳ μεθύων ἐπάταξέ τινα ἐχθρὸν — τὴν ἐπὶ τῆς πομπῆς καὶ τοῦ μεθύειν πρόφασιν λαβών.* quod illi capitale fuit in hostem et malo animo fecisse, impune faciebant alii.

[n] *Αἰσχρὸν ἄνευ προσώπου κωμάζειν* Demosth. p. 483. cf. Ulpian. ad Fals. Leg. p. 116.

scurriliterque et dicebant et faciebant, non ut aliquem ἱερὸν λόγον adumbrarent, sed scurrandi gratia. Etenim tralaticium est, per occasionem publicae laetitiae plebem vitulantem gestientemque eadem fere ubique et olim assumsisse et etiamnunc assumere festi otii oblectamenta, cantus, tripudia, cavillas;

> Indoctus quid enim saperet liberque laborum
> rusticus urbano confusus, turpis honesto?

Num philosopharentur de causis sacrorum? num symbola olfacerent et mysteria? Imo conviciis lacessere praetereuntes [o], verbera ferre in obvios, pronos et cernuos ruere, postremo os habitumque ridicule deformare hoc opus, hic labor erat et artificii summa.

Equidem non contendo nullum fuisse sacrorum genus cum memoria rerum antiquitus gestarum conjunctum, sed eos errare puto, qui nihil ludicre nihil ridiculi causa et ex tempore in sacris dictum factumve esse volunt. Neque repugno, quominus domestici quorundam populorum ritus suas et proprias causas habere videantur, sed mihi persuadere non possum veteres illos, si pugnis certaverint, Martis quandam cum matre rixam adumbrare voluisse, si discucurrerint, diluvii Deucalionii memoriam renovasse [p], si saltaverint, aut siderum motus aut labyrinthi mea-

[o] Nota sunt τὰ ἐξ ἁμαξῶν σκώμματα, γεφυρισμοί et cetera Lenaeorum, Choorum, Steniorum condimenta.

[p] Lupercorum per sacram viam ascensum et descensum sic interpretantur ut ab iis dicant significari homines, qui propter inundationem terrae summa montium petiverunt et rursus eadem residante ad ima redierunt August. Civ. XVIII. 12.

tus imitatos esse. Cur enim, quos ubique locorum fiunt, quum homines ad remissionem animi ludumque descendunt, quae omnes suapte natura sine cujusquam imitatione feruntur, ea Graecos non fecisse putemus? illamne gentem comoedam tempore festo et geniali, quo adeo nefas erat quidquam rei seriae agere [q], abstinuisse ludis jocisque? aut jocatos quidem esse sed dicis causa et ad refricandam vel veteris fabulae vel philosophematis nescio cujus memoriam? Attamen scriptores veteres his ludicris graves seriasque rationes subesse nos docent. Ineptas sane et quas pateat non a natura profectas sed docte operoseque elucubratas esse. Choorum rituum explicatori Orestem narrant occisa matre Athenas venisse quo tempore solemne illud conviviis publicis poculisque discursim volitantibus celebraretur, quibus quum Demophontidae neque excludere hospitem vellent neque etiam pati possent, ut sceleris sui contagionem affricaret convivis, institutum esse, ut hoc die non omnibus communia sed singulis singula apponerentur pocula, idque in posterum etiam obtinuisse Plut. Symp. II. 10. Athen. X.

[q] v. Gronov. ad Liv. XXIII. 7. 11. Seneca de Tranquill. XV. 12. 875. „Legum, inquit, conditores festos instituerunt dies ut ad „hilaritatem homines publice cogerentur, tanquam necessarium labo-„ribus interponentes temperamentum.“ Plato Legg. II. 654. *θεοὶ οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος ἀναπαύλας αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβάς.* Nec ineleganter Proculus Archiepiscopus Or. III. 624. T. IX. Galland. *ἑορτή ἐστι λύπης λήθη, φροντίδων ὕπνος, χαρᾶς γεωργὸς* (fort. *χορηγός*), *φαιδρότητος πρόξενος·* cujusmodi plura ex aliis collegit P. Colvius ad Apulej. de Mund. p. 281. Et hac tenus non inepte veteres *μεθύειν* dictum putant *ὅτι μετὰ τὸ θύειν ἔθος ἦν τοῖς προτέροις οἰνοῦσθαι.* Philo de Plant. Noe. p. 237. D.

437. Siebelis ad Phanod. p. 10. Adeo magnum illis flagitium visum videre quod ante pedes est. Quis enim eorum nesciebat eodem modo priscos Graecos convivatos esse. v. II. IV. 261. Athen. I. 13. D. Pari antiqui moris seu ignoratione seu dissimulatione Dieuchidas Schol. Apoll. I. 515. linguas hostiarum ideo porrici tradit, quod Alcathus aliquando porrigenda lingua leonis, quem alii a se occisum mentirentur, victorem se probaverit, quasi non idem mos apud alios obtinuerit, ad quos nulla illius Megarensis fama pervenit. v. Schweighaeuser. ad Athen. XIV. 78. p. 661. T. VII. Schol. Ambros. ad Od. III. 332. et 341. Delicias quoque facit Suetonius in Octav. c. I. Velitris Octavius quum Marti rem divinam faceret, nuntiata incursione, semicruda exta rapta foco prosecuit — et victor rediit; decretum etiam publicum extabat, ut in posterum quoque exta simili modo Marti redderentur. Quod refellitur Arnobii testimonio II. 68. p. 99. Quum Romulo Pompilioque regnantibus percocta plane et madida concremarentur diis exta, rege sub Tullo semicruda coepistis et leviter animata porricere prisca observatione contemta. Nec minus delicate Philostratus V. Soph. II. 1. 550. ephebos Atticos propterea chlamydes pullas in pompis gestasse, ut hoc publici luctus testimonio Copreo Eurysthei praeconi ab Atheniensibus ante mille annos interfecto satis darent; cui similem rationem pullae

Iapygum vestes et accolarum Padi habere creduntur Athen. XII. 523. B. et Polyb. II. 16. 13. Paria machinatur Callimachus Fragm. Ibis p. 216. Blomf. „in Creta Menedemo sacra fieri si„ne ferro, quia in bello Trojano vulneri„bus cultrorum interiit" et Diodorus V. 83. Tenedios narrans Tennae rem divinam facientes neque tibicines admittere neque Achillis nomen pronunciare, quod ille Molpi tibicinis calumniis in discrimen vitae adductus, ab Achille vita privatus sit; cui geminum est Pausaniae acumen I. 36. 7. cur Pergameni hymnologi in solemnibus Aesculapii Eurypylum praetereant, Machaonis interfectorem. Quanto credibilius videtur Tenedios antiquos non religionis causa ab Achillis mentione abstinuisse sed quia fabulam ipsam ignorarent, tibicines autem non tam exclusos esse quam non advocatos, propterea quod veteres omnino non adhibebant ad sacra tibias? Unde quum pluribus in locis essent θυσίαι ἄναυλοι, ut Plutarchus ait de Aud. poet. p. 62. T. VII. alii alias causas commenti sunt perinde futiles; Apollodorus verbi gratia III. 15. 8. memorat Parios adhuc Gratiis sine coronis et tibiis supplicare Minois causa, quem allata inter sacrificandum filii morte coronam deposuisse tibicinique silentium indixisse; cujus historiae intempestive meminit Suetonius Tiberium narrans quo primum die post Augusti excessum curiam intrasset, thure quidem ac vino verum sine tibicine supplicasse Minois exemplo, Tiber. c. LXX. quod prudenter omittit

Dio Cass. LVI. 31. et non inepte explicat Plutarchus de Sanit. tuend. p. 397. T. VII. Posset aliquis facetus esse traducendis veterum opinatorum argutiis et referret fortasse eorum causa, qui tam lubrico et instabili solo magnifica opera inaedificant. Neque solum error istorum sed etiam errandi causa patet; quae duplex fuit, una libido cujusque instituti auctorem domesticum prodendi, altera poetarum auctoritas, quam historiarum scriptores, uno fortasse excepto Thucydide, superstitiose sequuti sunt. Poetas autem constat sacrorum *αἴτια* partim ex destinato rimatos esse, ut Callimachus, Butes, Dionysius Corinthius, Ovidius [r], partim in transitu, unde fieri non potuit, quin multa in periegetarum et sacerdotum aures influerent et hinc rursus, quasi ab ultimis tradita temporibus, spargerentur in vulgus.

§. 9.

Haec mihi necessario praemonenda fuerunt, ne si quis concesserit illos joculares mimos, Fugalia et ferias vapulatorias, hominum otiosorum esse et lascivientium inventa, non idem statuendum putet de tragicis actibus, quibus Cereris, Adonidis, Leucotheae, Medeae et aliorum miseros horribilesque casus subjecti sunt. De hoc universo genere dicere licet id quod res habet, homines naturae quodam instinctu ut laetandi ita

[r] v. Epimetr. XVIII.

lugendi causas sibi fingere; unde est, quod aliena funera sequuntur, quod ignotis sepulcris adsident, quod praeteritorum malorum memoriam refricant, hisque velut praesentibus gestiunt, anguntur, nec quiescere possunt, donec animum fletu lacrimisque exsaturaverint.

Inde ingens lacrimis honor et miseranda voluptas.

Hinc tragoedia fluxit, ἐκ μικρῶν μύθων nata, ut Aristoteles ait Poet. IV. 17. hinc illa, quibus tragoediae prolusum est, lamenta et plangores solemnes et accommodatae his fabulae de deorum raptibus, fugis, servitiis, mortibus. Neque solum

Pharios ficta pietate dolores
Mygdoniosque colunt et non sua funera plorant[*]

sed etiam aliorum deorum πάθη ex humanae vitae similitudine traducta voce, vultu, gestu exprimunt. Athenagoras Legat. c. 32. p. 32. τὰ πάθη τῶν θεῶν, inquit, δεικνύουσι μυστήρια· et significantius Clemens Coh. p. 12. Δηὼ καὶ Κόρη δρᾶμα ἐγενέσθην μυστικὸν καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἁρπαγὴν καὶ τὸ πένθος ἡ Ἐλευσὶς δᾳδουχεῖ· quod etsi oratorie dictum est, tamen probat quandam dramatum mysticorum, et scenicorum similitudinem. Neque ea veteres scriptores praeteriit, qui quae Aristoteles de causis tragicae poesis disputat[**] nihil immutantes ad spectacula sacrificalia transferunt. Primum Quintilianus de Mus. L. III. p. 158. τὰς Βακχικὰς τελετὰς καὶ ὅσαι ταύ-

[*] Statius Silv. V. 3. 245.

[**] Hunc sequutus Proculus in Polit. p. 360. et 362. comoediam et tragoediam ad ἀφοσίωσιν τῶν παθῶν refert. cf. Plutarch. Symp. L. III. Qu. VIII. 2. 145.

ταις παραπλήσιαι, λόγου τινὸς ἔχεσθαί φασιν, ὅπως ἂν ἡ τῶν ἀμαθεστέρων ποίησις ὑπὸ τῶν ἐν ταύταις μελῳδιῶν καὶ ὀρχήσεων ἅμα παιδιαῖς ἐκκαθαίρηται. Secundo Jamblichus: *δυνάμεις τῶν ἀνθρωπίνων παθημάτων ἐν ἡμῖν πάντη μὲν εἰργόμεναι καθίστανται σφοδρότεραι, εἰς ἐνεργείας δὲ προαγόμεναι ἀποπληροῦνται καὶ ἐντεῦθεν ἀποκαθαιρόμεναι ἀποπαύονται· διὰ τοῦτο ἔν τε κωμῳδίᾳ καὶ τραγῳδίᾳ ἀλλότρια πάθη θεωροῦντες ἵσταμεν τὰ οἰκεῖα πάθη καὶ ἀποκαθαιρόμεθα, ἔν τε τοῖς ἱεροῖς θεάμασι καὶ ἀκούσμασι τῶν αἰσχρῶν ἀπολυόμεθα τῆς ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν συμπιπτούσης βλάβης* de Myst. I. 11. p. 22. Is quidem loquitur de illis *αἰσχρολογίαις πρὸς ἱεροῖς* [b] quibus non Cerealia solum et Dionysia sed etiam aliorum deorum sacra perstrepebant [c] nec omnino festi coetus carere posse videbantur. Neque enim soli Hypatenses gratissimo deo, Risui, per annua deverticula solemniter ludum celebrabant [d] sed fere omnes dies festi ludum et lasciviam ostentabant [e] eratque illa communis opinio, quam Mar-

[b] v. Wesseling. ad Diod. V. 4. p. 557. T. III.

[c] Apollini Aegletae in insula Anaphe *σὺν τωθασμῷ θύουσιν* Conon. c. XLIX. In Panis solemnibus Atticis *γέλως καὶ παιδιά* Lucian. Bis accus. c. XI. 61. T. VII. Hesychius: *Στήνια ἑορτή, ἐν ᾗ διασκώπτουσι καὶ λοιδοροῦσιν ἀλλήλους.* Annae Perennae die festo c o e u n t c e r t a q u e p r o b r a c a n u n t Ovid. Fast. III. 675. qui ad explicandam moris sacri causam fabulam affert similem Graecorum *ἱεροῖς λόγοις*, i n d e j o c i v e t e r e s o b s c e n a q u e d i c t a c a n u n t u r. Eandem jocandi licentiam Nonae Caprotinae, triumphi, vota publica (Lyd. de Mens. V. p. 62.) aliaque solemnia Romanis praebuere.

[d] Apulej. Met. III. c. 50.

[e] Sallust. Jug. c. LXVI. Demetrius Phal. de Eloc. §. 171. p. 96. *χρήσονται καὶ οἱ φρόνιμοι γελοίοις ἐν ἑορταῖς καὶ ἐν συμποσίοις.* Lucian. Amorr. §. 53. 317. T. V. *πᾶς γέλως, κἂν περίεργος ᾖ, πα-*

tialis profitetur L. VIII. 48. *exhilarant ipsos gaudia nostra deos.* Verum iidem illi nonnunquam etiam habitus et voces dolentium induebant [f], primum animi explendi causa, tum ea arte et moderatione ut deorum heroumve, quorum solemnia agerentur, casus luctusque fictis adumbrarent affectibus, simillime ut Fescenninis istis quaedam Baubus, Jambae, Martis, Priapive facta et dicta ridicula inserta sunt. Quae si apparet ex similitudine eorum, quae in sacris fierent, ficta esse, idem de fabulis existimandum, quibus caelestium irae, fugae, vincula, interitus enarrantur. Neque vereor ne quis haec veterum Allegoricorum auctoritate refellere studeat, qui Proserpinae raptu, Attinis pudendo vulnere, Adonidis et Osiridis morte modo temporis illius, quo omnia deflorescunt, ingressum modo Solis ad signum brumale recessum naturaeque totius torporem indicari putant; quod ad exemplum non deerunt fortasse, qui Zagrei quoque interitum interpretentur auctore potissimum Plutarcho de Is. LXIX. 197. *Φρύγες τὸν θεὸν οἰόμενοι χειμῶνος νηγυρίζειν δοκεῖ*, et paullo post turpissimas paederastiae laudes vocat *λόγους, ὧν ἐν ἑορτῇ μόνον εἰκός ἐστιν ἀκούειν.* Clemens Recogn. V. c. 31. quum feriarum gentilium effrenatam licentiam traduxisset, potus, convivia et post ebrietatem lymphaticos motus, excusationem illorum affert: *Sed quidam dicunt, haec laetitiae gratia et ad relevandos animos instituta sunt et ut humana mens aliquantulum curis et moeroribus relaxetur.* Quid hos veteres ecclesiae magistros dicturos censes, si theologos nostros audirent non solum illa temulentorum ludibria sed etiam fanaticorum flagitia turpissima tanquam augusta rerum sacrarum symbola venerari?

[f] *Κἂν τοῖς μυστηρίοις κατὰ χρόνους τεταγμένους ἀμφότερα ταῦτα δρᾷν* (i. e. lugere et ridere) *οἱ τῶν ἱερῶν θεσμῶν ἡγεμόνες παρακελεύονται* Procl. in Polit. p. 385.

μὲν καθεύδειν, θέρους δ' ἐγρηγορέναι, τότε μὲν κατευνασμοὺς, τότε δ' ἀνεγέρσεις βακχεύοντες αὐτῷ τελοῦσι. Παφλαγόνες δὲ καταδεῖσθαι καὶ καθείργνυσθαι χειμῶνος, ἦρος δὲ ἀναλύεσθαί φασιν· quae sane a moriendi et reviviscendi similitudine proxime absunt. Non vereor, inquam, ne quis his adversus me utatur argumentis. Primum enim non intelligi potest, cur eae gentes, quibus coelum mitissimum, hyems brevissima fuit, statas naturae vicissitudines tam graviter luxerint, ut deos ipsos aut raptos aut interemtos fingerent. Deinde si haec fuisset lugendi causa, luctum et gaudium aequabiliter anni temporibus dividere neque iisdem solemnibus et mortem deorum et in vitam reditum celebrare debuissent. Postremo quid obstat, quominus priscos mortalium credidisse putemus, quod fabulae istae prae se ferunt, raptam esse Liberam, occisum Zagreum? An quia fieri non potest, ut deus rapiatur aut occidatur? Nae omnium rerum ignarum esse oportet, qui nesciat communem fuisse totius antiquitatis opinionem, ut deos hominibus quam simillimos crederet. Neque hoc, opinor, negant viri docti, qui ex infinita fabularum multitudine unam aut alteram symbolice interpretari dignantur, sed ita perhibent, hanc, quam dicimus, mythologiam rem esse veris falsis, jocis seriis mirabiliter permixtam et *Τυφῶνος πολυπλοκωτέραν*. Hactenus tamen exorari non potuerunt, ut nobis aliquam notam aut regulam traderent, qua phantasmata, ut Heynius appellat, a philosophematis, fabulose tradita

a non fabulosis discerni possint, seu quia nullam habeant, seu quia Ruhnkenianum illud teneant, haec a peritis sentiuntur, imperitis demonstrari non possunt, quo nomine non mediocres homines sed Wolfios Vossiosque a mysteriis suis spernunt et segregant. Eoque impunius feremus, si ad illa symbolicae interpretationis praecipitia, quo Dissenius nos vocat[s], eniti recusaverimus. Legimus complures deos, Venerem, Junonem, Minervam, Orcum, Martem, graviter vulneratos esse, Marsque ipse apud Homerum sese propemodum necatum dicit non symbolice sed vere. Quantillo dehinc opere hominibus superstitiosis persuaderi poterat, ut deorum aliquem mortuum crederent et solemniter deflerent atque conclamarent, mox scilicet revicturum? Hinc ad disputationis nostrae summam proficiscimur.

§. 10.

Onomacritum Dionyso orgia condidisse et casuum ejus auctores perhibuisse Titanes Pausanias testatur. Bacchi autem orgia ante Onomacritum nulla fuisse, huic credulo antiquitatis fautori nunquam in mentem venit. Itaque hoc tantummodo

[s] Ad Pind. Nem. X. 55. p. 471. Doctrina de morte deorum orta observatis vicissitudinibus rerum naturae siderumque fuit symbolica; ubi autem aliquis deus temporum processu ad heroum genus esset revocatus, inventae fabulae, quibus mortis causa explicaretur paullo aliter. Scio ab hominibus indoctis et vaniloquis talia multa dici et imperitis facillime persuaderi. Sed Dissenius, hoc est vir doctus et veri studiosus, quibus rationibus opinionem inopinabilem confirmaturus sit, non dispicio.

dicere voluit, illum Pisistratidarum parasitum sacris Bacchicis novum quendam colorem et speciem induxisse, fabulamque de Dionysi caede addidisse. Quae fabula, mea quidem sententia, ex ritibus ipsis nata et ad eam rem introducta est, ut quae fierent in sacris cum ratione fieri viderentur. Hujusmodi enim interpretamenta quantopere veteribus placita et quam multae deorum heroumque historiae in hoc fecundissimo solo procreatae fuerint, haud paucis exemplis demonstravimus. Sacra autem Bacchica, quo luctuosiora erant ceteris et turbulentiora, hoc credibilius videri poterat, ea ad repraesentanda dei ipsius *παθήματα* qualiacunque instituta esse. Onomacritus igitur cognito Osiridis casu [a] facile adductus est, ut huic similem Bacchi sive Zagrei cladem fingeret, cujus imaginem furentes et violenti Bacchantium impetus [b] referre viderentur. Sic enim Pausanias ejus *ὄργια* et *ἔπη* connectit, ut pateat unum alteri conjunctissimum fuisse. Quanquam vero, ut jam dixi, nullo ille verbo significat, hoc Onomacriti carmen sub Orphei nomine èditum esse, tamen, quia illam fabulam, quam ab Onomacrito inventam dicit, in Theogonia Orphica neque usquam alibi enarratam scimus, hoc satis nobis vi-

[a] Fieri potest ut theologia Thracia aut Phrygia ei exemplum praebuerit, sed quis abditos fontes conjectura quaerat?

[b] Appianus Pun. VIII. 92. 480. *ἦν οἶστρος ἄλογός τε καὶ μανιώδης, οἷον ἐν τοῖς βακχικοῖς πάθεσί φασι τὰς μαινάδας ἀλλόκοτα καινουργεῖν.* Plutarch. V. Brut. c. XV. 240. *πρὸς πάντα θόρυβον καὶ βοὴν, ὥςπερ αἱ κατάσχετοι τοῖς βακχικοῖς πάθεσιν, ἐξάττουσα.* Plaut. Amph. II. 2. 71. B a c c h a e b a c c h a n t i s i v e l i s a d v e r s a r i e r, e x i n s a n a i n s a n i o r e m f a c i e s.

debatur ad suspicandum, ista ἔπη, de quibus Periegeta loquitur, nomine Theogoniae Orphicae inscripta aut certe huic poemati sic inserta fuisse, ut carminibus Homericis certae rhapsodiae et Hesiodeis Eoeae, Scutum Herculis aliaque plurima. Porro, quum multa fuerint variaque Bacchi orgia, non dubito, quin illud genus Bacchicorum, quod Herodotus Orphicum vocari, Aegyptiacum et Pythagoricum esse perhibet (v. P. I. c. II.) unum apertum habeat auctorem Onomacritum. Hunc orgia sua Baccho dicasse, Pausanias testis est; ea quam arcte Orphicis fabulis connexa fuerint, nos demonstravimus; has autem fabulas doctrinae Pythagoricae et Aegyptiacae, quae est de animarum migratione, accommodatas fuisse, mox (c. X.) indubiis probabitur argumentis. Itaque notae illae, quibus Herodoti orgia insignita sunt, in Onomacriti institutum conveniunt omnes, non autem conveniunt in ullum aliud sacrorum genus nobis cognitum. Neque tamen unquam dixi, omnium praeceptorum, dogmatum, cerimoniarum, quibus Orphica disciplina constat, unum solum fuisse conditorem Onomacritum; imo multa ante eum in usu fuisse, multa post eum introducta esse existimo tum ab ignotis orgiorum rectoribus tum ab iis, qui carmina sacrificalia et mythica Orpheo supposuisse dicuntur (v. P. I. C. IV.). Sed si certus quaeritur auctor, si fabulae istius Dionysiacae originem non vaga opinatione sed ipsis veterum scriptorum indiciis persequimur, praeter Onomacritum occurret nullus. Postremo contendo

sacra Phrygia, quae Demosthenes describit, ad idem exemplum esse composita Orphicisque et Bacchicis jure adnumerari posse. Idque tribus argumentis confirmo ex summa eorum similitudine ductis. Primum sacra Orphica lustralia fuisse, inter omnes convenit; idem de Sabaziis constat ex iis quae antea dicta sunt. Postea dii averrunci et lustrales, inferni, magici eodem ritu placabantur, sacraque ipsa commune nomen habebant *τελεταί*. Orpheus Argon. 907. numina inferna propitiaturus *τελετὰς καὶ θύσθλα καθαρμῶν* apparat. Lemnii insulam suam lustrantes *θεοὺς χθονίους καὶ ἀποῤῥήτους καλοῦσι*. Apud Statium Achill. I. 139. Thetidem de filii salute sollicitam Carpathius vates jubet h o s a b o l e r e m e t u s p u e r u m q u e s e c r e t i s l u s t r a r e f r e t i s, u b i i g n o t i s h o r r e n d a p i a c u l a d i v i s. Ovidius autem Met. VI. 569. inferias ipsas p i a c u l a vocat[†] et J. Lydus Mens. p. 68. refert Februum Tusce dici *τὸν καταχθόνιον καὶ θεραπεύεσθαι πρὸς τῶν Λουπερκῶν ὑπὲρ ἐπιδόσεως τῶν καρπῶν*, sicut Hesiodus jubet Opp. 463.

Εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ Δημήτερί θ' ἁγνῇ
ἐκτελέα βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν.

Sagis, ut Propertius ait I. El. I. 20. labor est in m a g i c i s s a c r a p i a r e f o c i s; *ψυχαγωγοὶ καθαρμοῖς τισι καὶ γοητείαις τὰ εἴδωλα ἐπάγουσί τε καὶ ἐξάγουσι* Schol. Eur. Alcest. 1138. Magos operari *τοῖς χθονίοις θεοῖς*, Philostratus dicit V.

[†] Palaemonis et liberorum Medeae sacra lugubria teletas nominari vulgaris notitia est.

Apoll. VIII. 7. 341. Hisque supplicatura Sparsis Medea capillis Bacchantum ritu flagrantes circuit aras Ovid. Met. VII. 257. Quae omnia eo conferunt, ut fabulam tetricam, quam Onomacritus commentus est, sacris Cybelae Sabaziique piacularibus imprimis convenire credamus. Tertium argumentum a Plutarcho repeto, qui religiones Phrygias, Aegyptiacas et Orphicas ita componit, ut eas luctu, strepitu, horrore sibi simillimas esse ostendat. Nam in disputatione illa, quam de natura daemonum instituit, sic argumentatur, quoscunque deos poetae inducant altercantes, moerentes, delinquentes, non deos esse sed daemones cupiditatibus et affectibus obnoxios nec fati necessitate exemtos, hosque solos jejuniis placari et planctibus et sanguine victimarum. Quam sententiam a Xenocrate propositam esse non nescit [e] sed unde ortam dicat, dubitat: *εἴτε Μάγων τῶν περὶ Ζωροάστρην ὁ λόγος οὗτος ἐστὶν εἴτε Θρᾴκιος ἀπ᾽ Ὀρφέως, εἴτ᾽ Αἰγύπτιος ἢ Φρύγιος, ὡς τεκμαιρόμεθα ἑκατέρων τελεταῖς ἀναμεμιγμένα πολλὰ θνητὰ καὶ πένθιμα τῶν ἱερῶν ὁρῶντες* De def. Orac. X. 314. Plutarcho autem haec scribenti fanatica Bacchi

[e] De Is. c. XXVI. 186. ὁ *Ξενοκράτης καὶ τῶν ἡμερῶν τὰς ἀποφράδας καὶ τῶν ἑορτῶν ὅσαι πληγάς τινας ἢ κοπετοὺς ἢ νηστείας ἢ δυςφημίας ἢ αἰσχρολογίας ἔχουσιν, οὔτε θεῶν τιμαῖς οὔτε δαιμόνων οἴεται προςήκειν χρηστῶν, ἀλλ᾽ εἶναι φύσεις ἐν τῷ περιέχοντι μεγάλας καὶ ἰσχυρὰς, δυςτρόπους δὲ καὶ σκυθρωπὰς* etc. Huc decurrere coacti sunt, qui vulgares superstitiones nec tollere nec comprobare potuerunt. Inter Romanos Labeo — malos deos propitiari caedibus et tristibus supplicationibus asserit, bonos autem obsequiis laetis, qualia sint ludi, convivia, lectisternia Augustin. Civ. II. c. 11.

solemnia ante oculos fuisse docent haec quae sequuntur c. XIII. 321. ἑορτὰς καὶ θυσίας ἐν αἷς ὠμοφαγίαι καὶ διασπασμοί, νηστεῖαί τε καὶ κοπετοὶ, πολλαχοῦ δὲ αἰσχρολογίαι πρὸς ἱεροῖς μανίαι τε ἀλαλαί τε ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ[d] θεῶν μὲν οὐδενὶ, δαιμόνων δὲ φαύλων ἀποτροπῆς ἕνεκα φήσαιμ᾽ ἂν τελεῖσθαι. His potius quam diis convenire ὅσας ἔν τε μύθοις καὶ ὕμνοις λέγουσι τοῦτο μὲν ἁρπαγὰς, τοῦτο δὲ πλάνας θεῶν κρύψεις τε καὶ φυγὰς καὶ λατρείας ib. c. XIV. quibus nominatim adjungit τὰ γιγαντικὰ καὶ Τιτανικὰ καὶ Κρόνου πράξεις, φυγαί τε Διονύσου καὶ πλάναι Δήμητρος, ὅσα τε μυστικοῖς ἱεροῖς περικαλυπτόμενα καὶ τελεταῖς ἄῤῥητα διασώζεται καὶ ἀθέατα πρὸς τοὺς πολλούς de Is. XXV. 135. Neque is solus fuit, quem haec res sollicitum haberet, sed etiam Aristides Isthm. p. 25. T. I. ὀῤῥωδῶ, inquit, καὶ ἀπορῶ πότερον χρὴ θεῶν παθήματα συμπεισθῆναι οἷον Ἄρεως δεσμὰ καὶ Ἀπόλλωνος φυγὰς καὶ Ἡφαίστου ῥίψεις εἰς θάλασσαν, οὕτω δὲ καὶ Ἰνοῦς ἄχη etc. et Dionysius eam ob causam sapientes praedicat Romanos παρ᾽ οἷς ἑορτὴ οὐδεμία μελανείμων ἢ πένθιμος ἄγεται κοπετοὺς ἔχουσα καὶ θρήνους γυναικῶν ἐπὶ θεοῖς ἀφανιζομένοις ὥσπερ Ἕλλησιν ἐπιτελεῖταί περί τε Περσεφόνης ἁρπαγὴν καὶ τὰ Διονύσου πάθη L. II. c. 19. Vitiose Plutarchus hinc colligit, sacra Orphica perinde ut Phrygum et Aegyptiorum solemnia non diis sed daemonibus quales Xenocrates imaginatus est, instituta esse. Sed comparatio ipsa planissime comprobat, ceri-

[d] Pind. Fragm. Inc. XXXVI.

monias Orphicas luctuosas et horridas iisque, quas Glaucothea tympanistria administravit, simillimas fuisse. Itaque collectis omnibus sic statuo, Onomacritum poetam et fatidicum eundemque doctrinis Pythagoricis, quae tum vigerent [e], imbutum, proprium quoddam Bacchanalium genus condidisse ritu Phrygio sed graecanicae mythologiae accommodatum, deinceps sive suo sive Orphei nomine carmen edidisse quo Dionysi ortum et obitum sic traderet, ut orgiorum illorum cultores bacchationibus suis dei ipsius et *παθημάτων* ejus imaginem repraesentare viderentur; quod quam consentaneum fuerit Graecorum opinionibus etiam hinc perspicitur, quod alii iisdem solemnibus dei in furorem acti discursus trepidos animique angores imitatione bacchantium exprimi statuerunt: *λόγος τις ἅμα καὶ φήμη ὑποῤῥεῖ, ὡς ὁ θεὸς οὗτος ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς Ἥρας διεφορήθη τῆς ψυχῆς τὴν γνώμην· διὸ τάς τε βακχείας καὶ πᾶσαν τὴν μανικὴν ἐμβάλλειν χορείαν τιμωρούμενον* Plato Legg. II. 672. B. [f] qui ipse neque hanc fabulam probat neque nostrorum mythographorum sententiam probaturus esset, si audiret eos temulentorum hominum insanias nomine augusto et venerabili:

[e] Quam studiose Pindarus haec nova inventa consectatus sit notum est. v. Schneider. Versuch über Pindar's Leben und Schriften p. 50. Boeckh. ad Fragm. p. 624.

[f] Hanc fabulam sacris Phrygiis innexam esse indicat Rheae interventus. Julian. Or. VII. 410. (220.) *ἐμάνη ὁ θεὸς ὑπὸ τῆς Ἥρας ἔπαυσε δὲ αὐτῷ τὴν νόσον ἡ μήτηρ τῶν θεῶν.* Apollodorus III. 5. 1. deum in Phrygia a Cybele *καθαρθῆναι* dicit, quo institutionem cerimoniarum lustralium, quales Bacchicae fuere, declarari patet. De dei insania praeter Euripidem et Philistum Fr. Goeller. p. 174. Nicander quoque prodidit. v. Schol. ad Ther. 377.

Erhabenen Naturdienst condecorare, sed e contrario ostendit ingenia inculta et indomita naturaliter ferocire rituque puerorum exsultando et vociferando sese explere: ἐγὼ δὲ τὰ τοιαῦτα τοῖς ἀσφαλὲς ἡγουμένοις εἶναι λέγειν περὶ θεῶν ἀφίημι λέγειν· τὸ δὲ τοσόνδε οἶδα ὅτι πᾶν ζῶον, ὅσον αὐτῷ προςήκει νοῦν ἔχειν τελεωθέντι, τοσοῦτον οὐδὲν ἔχον ποτὲ φύεται· ἐν τούτῳ δὴ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ μήπω κέκτηται τὴν οἰκείαν οἴκησιν, πᾶν μαίνεταί τε καὶ βοᾷ ἀτάκτως καὶ πηδᾷ· quae nostrae causae quid ponderis afferant omnes vel me tacite intelligent.

Cap. IX.

De Zagrei crepundiis.

Arnobius L. V. c. 19. „Bacchanalia praetermittamus, in quibus arcana et tacenda res proditur insinuaturque sacratis, ut occupatus puerilibus ludicris distractus a Titanibus Liber sit — sectus — in ollam conjectus — ut Jupiter invocatus advolaverit ad prandium compertaque re grassatores obruerit fulmine et in Tartarum praecipitaverit; cujus rei argumentum prodidit vates Thracius, talos, speculum, turbines, volatiles rotulas et sumta ab Hesperidibus mala" quae ex illo Clementis loco versa sunt. De significatione singulorum vocabulorum jam olim erratum

esse ostendunt vetera in Clementem scholia, quorum particulas aliquot (utinam omnes) in lucem protulit Bastius ad Gregor. p. 241. *Κῶνοι οἱ στρόβιλοι καὶ οἱ θύρσοι· ῥόμβος, δῖνος.* Et aliud *Κῶνος ξυλάριον οὗ ἐξῆπται τὸ σπαρτίον καὶ ἐν ταῖς τελεταῖς ἐδονεῖτο ἵνα ῥοιζῇ.* Spanhemius de U. N. IV. 269. Begerus Thes. Brand. T. I. p. 11. et Barkerus ad Etym. M. p. 1108. *κῶνον* interpretantur de nuce pinea, quam Bacchae in summa pertica fixam gestabant; neque ego negaverim mystas bacchicos sub specie coni thyrso impositi cordis Dionysiaci imaginem venerari solitos esse. v. supr. c. V. §. 33. not. e. Sed Orpheus *παιδαριώδη ἀθύρματα* sive jocula enumerat, rectiusque Gatakerus ad Anton. V. 36. de turbine accipit, cujus nomina sunt apud Hesychium *βέμβιξ, κῶνος, ῥόμβος.* Ergo *κῶνος* et *ῥόμβος* duo turbinum genera significant, quae et nos hodie diversis appellamus nominibus et veteres, ubi refert, accurate distinguunt; rhombus clave excussus agitatur per plana citus sola verbere; conus seu strobilus non scutica impellitur sed in eodem fere gyro, quo semel incitatus est motu, fertur acute tinniens. v. Caracciolum ad Greg. Nyss. Epist. VII. p. 635. T. VI. Gall. — *Παίγνια καμπεσίγυια* [a], Scaliger ad Varr. VIII. 5. 163. serperastra esse putat, instrumentum medicum, quod vulgo *ποδοστράβη* Poll. IV. 182. latine ferula dicitur; Galeus ad Phurn. XXX. 218. nartheciam

[a] Hesychius: *Καμπεσύγυια, κάμπτοντα τὰ μέλη. Καμπεσίγυια ὁμοίως.* Blomfieldius ad Aesch. S. c. Th. p. 173. *καμπεσίγουνα* substituit.

geniculatam. Sed intelliguntur icunculae vertebratae seu neurospasta, consueta puerorum oblectamenta. Quae autem Clemens hujus teletae symbola esse dicit *ἀστράγαλος*, *στρόβιλος*, *σφαῖρα*, *μῆλα*, *ῥόμβος*, *ἔσοπτρον*, simulacra sunt istorum crepundiorum; primum *ἀστράγαλος* et *σφαῖρα*, quorum usus in oculos incurrit. Dio Chrys. Or. VIII. 281. *παίζειν ὥσπερ οἱ παῖδες τοῖς ἀστραγάλοις καὶ ταῖς σφαίραις ταῖς ῥαπταῖς.* Glaucus Epigr. I. *παῖδας ἔπειθε ῥαπτὴ σφαῖρα καὶ ἀστράγαλος.* Talos in Isidis pompa Apulej. Met. XI. 251. circumlatos Chiffletius in Macarii Abrax. p. 97. nostro loco adhibet, sed neque hic explicatione eget, neque illi tali sed thalli conveniunt. *Σφαῖραν καὶ πλαταγήν* Plutarch. Symp. VII. 10. et Leonidas Epigr. XXXIII. 229. T. I. *Εὔνητον* (sic enim scribendum pro *εὔφημον*) *σφαῖραν*, *πλαταγήν*, *ἀστραγάλους*, *ῥόμβον* vocat *παίγνια κουροσύνης*, sicut Orpheus. Haec admoneo, ne quis nescius, quo tempore sphaera astrologica inventa sit, Creuzeri errorem sequatur, sphaeram coelestem inter ludicra Dionysi referentis in Dion. I. 40. [b]. *Στρόβιλος* id est *στρέβλα* sive turbo (cf.

[b] Elegantem Apollonii locum Arg. III. 137. inepte, ut solet, imitatus Nonnus XXXIII. 65. (cf. Hemsterh. ad Lucian. Dial. D. IV. 258.) globi coelestis formam concertationis puerilis praemium posuit, quo in loco pro

Πὰρ δέ οἱ ἵστατο κοῦρος ὁμέστιος ἁβρὸς ἀθύρων
εὐχαίτης Διόνυσος

jam diu *ὁμέψιος* restituendum esse dixi; quod Platoni reddit Ruhnkenius Ep. Crit. p. 125. Apud Ovidium Met. X. 262. inter grata puellis munera sunt pictae pilae, quam lectionem firmant Platonis *δωδεκάσκυτοι σφαῖραι* Phaedon. p. 110. B. Dionis Chr. Or. LXXIV. 399, *σφαῖραι ποικίλαι*, Hesychiusque: *Πάλλα*, *σφαῖρα ἐκ ποικίλων νημάτων πεποιημένη.*

Ast. ad Plat. Polit. p. 406.) ῥόμβος et μῆλα ex Orphei versibus traducta sunt una cum malis Hesperiis [c]. Speculum inter pueri divini illicia relatum supra Nonni et Plotini testimoniis explanavimus; hinc ad sacra traductum esse a Lydo edocemur de Mens. p. 82. φαλλοὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ παρελάμβανον καὶ ἔσοπτρον οἱονεὶ τὸν διαυγῆ οὐρανόν, σφαῖραν δὲ οἱονεὶ τὴν γῆν. Postremum vocabulum πόκος neque sanum esse puto, — quid enim puer ludibundus lana succida facere possit? neque corrigere possum, nisi mihi concedatur, ut κῶνος subrogem vel τροχός volubiles rotulae, ut Arnobius interpretatur κριχηλασίαν significans [d]. Est quidem lanae purpureae praesertim usus multiplex in sacris mysticis non solum ad devinctiones magicas sed etiam ad alia reconditiora. Photius p. 133. οἱ μύσται κρόκῃ τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν πόδα ἀναδοῦνται καὶ λέγεται τοῦτο κροκοῦν, οἱ δὲ ὅτι ἔνιοι κρόκῳ καθαίρονται. Etym. M. 429. 42. ἡμεροκαλλές — ἔριον φοινικοῦν διαπεποικιλμένον, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς ἱερουργίας Ἀθηναῖοι [e]. Verum id ad praesentem quaestionem nihil emolumenti affert.

Illa autem frivola in mysticis cistis asservata, in sacro ipso exposita fuisse vix ambiguum haberi potest perlectis, quae sequuntur, Clementis

[c] Strabo III. 150. οἱ μετὰ ταῦτα (Homerum) ποιηταὶ θρυλλοῦσι τὴν ἐπὶ τὰ μῆλα τῶν Ἑσπερίδων στρατιάν.

[d] v. Scheffer de re vehic. L. I. c. 6. p. 57. Caylus Rec. T. I. p. 202.

[e] Huc fortasse referenda ἔρια πυῤῥά, quae Clemens Strom. VII. 4. 848. καθαρμοῖς adhiberi dicit.

verbis: *οἷαι δὲ καὶ αἱ κίσται αἱ μυστικαί; δεῖ γὰρ ἀπογυμνῶσαι τὰ ἅγια αὐτῶν καὶ τὰ ἄῤῥητα ἐξειπεῖν· σησαμαῖ καὶ πυραμίδες καὶ τολύπαι καὶ πόπανα πολυόμφαλα, χόνδροι τε ἁλῶν καὶ δράκων ὄργιον* [f] *Διονύσου Βασσάρου καὶ ῥοιαὶ πρὸς τοῖσδε καὶ καρδίαι, νάρθηκές τε καὶ κιττοὶ καὶ φθοῖς καὶ μήκωνες.* ubi pro *καρδίαι* Reinesius Varr. Lectt. I. 13. p. 101. verissime corrigit *κράδαι* sed perperam ad Prosymni stipitem obscoenum refert; *κράδαι* sunt virgae ficulneae. v. Jacobs. ad Anth. Vol. I. P. II. p. 76. Liberi sacris adhibitae [g] unde *κραδηφορίαι* et *θυρσοφορίαι* bacchicae nominantur ap. Plutarch. Symp. IV. 6. 196. T. XI. [g]. Ferulas Proculus crepundiis, quibus Titanes Bacchum prolectarunt, adnumerare videtur ad Hesiod. Opp. 52. *ὁ νάρθηξ προςάγεται τῷ Διονύσῳ ὑπὸ τῶν Τιτάνων.* Malorum punicorum magnum

[f] Justin. Apol. I. c. 26. *παρὰ παντὶ τῶν νομιζομένων θεῶν ὄφις σύμβολον μέγα καὶ μυστήριον ἀναγράφεται.* *Ὄργιον* singulariter dixit Orpheus H. LII. 5. solus, quod sciam.

[g] Suid. et Hesych. *θύσθλα* interpretantur *κράδας βακχικάς, κλάδους, ῥάβδους, νάρθηκας.* Etym. M. *Θύσθλα θύρσοι ἢ κλάδοι, οὓς Βάκχαι κατέχουσι — τοὺς θύρσους, τουτέστι τὰς βακχικὰς δράκας, ἅ ἐστι Διονυσιακὰ μυστήρια,* quo loco et in Schol. Ven. Il. VI. 134. *κράδας* scribendum, quod Schol. Did. praebent.

[g] Dionysus ipse cognominatur *συκίτης* vel *συκεάτης* Athen. II. 78. C. idemque *Μειλίχιος* et *Θρίαμβος* ob ejusdem arboris tutelam ut perhibent Etym. s. *Θρίαμβος* et Hesych. s. *Ἐντεθρίωκε*, quae res fortasse conjuncta est cum sacris Phrygum lustralibus. Phrygias ficus celebrat Athenaeus III. 75. B. usum earum sacrificalem Hesychius: *Συκάσιος Ζεὺς ὁ καθάρσιος, τῇ γὰρ συκῇ ἐχρῶντο ἐν καθαρσίοις* s. v. *συκάζειν*. Thargeliis homines piaculares caedebantur *κράδαις* Hippon. Fr. XLIV. 99. Quemadmodum Catullus XXXVI. Volusii scripta infelicibus ustulanda lignis dicit, sic Epicuri libri impii ap. Lucian. Alex. c. 47. comburuntur *ἐπὶ ξύλων συκίνων* sicut monstra *ὀξυθυμίοις καίεσθαι* solebant. Ficum atram Macrobius II. 16. nominat inter arbores infelices dis inferis et averruncis sacratas, quibus portenta prodigiaque comburi oporteat; *τὰ τερατώδη ἐπ' ἀγρίοις ἔκαιον ξύλοις* Anecd. Bekk. p. 10.

[illegible] XI. 156. [illegible] ad Call. [illegible] ad [illegible] II. [illegible] p. [illegible] Si quis [illegible]

[illegible] Pausanias VIII. 42. 5.

[1] Nomen pyramis [illegible] Anthol. Lat. VI. 64. [illegible] Cetera dicentur in Epist. XV.

sunt Eustath. ad Dion. v. 129. Steph. Byz. s. *Πανάρα* et Hemsterh. ad Plut. p. 386. Haec igitur illa fuere cistarum mysteria [k], partim crepundiorum, quibus Bacchus in prima pueritia lusitaverat, simulacra et monimenta, partim fertorum variae species; de quibus si cui nimis multa dixisse videar, eum ad Gutherium de Jur. Man. p. 51. T. V. Thes. Gron. Pauwium ad Anacr. p. 181. coll. Dorvill. Vann. Cr. c. IX. p. 397. Lamium Sopr. le ciste mist. p. 75. in Diss. Acad. Cort. T. I. P. I. Plessingiumque Memnon. T. II. p. 97. amandabo, qui omnes Clementis locum sibi explicandum sumsere sed eo successu ut mea quidem sententia vix ullum verbum recte intellexerint. Neque vero probari potest Lanzii opinio, qui in Sagg. d. ling. Etr. T. II. p. 493, inscriptionem vasculi cujusdam, ut putat, bacchici explicans haec commentatur: Il cuore è un de' simboli delle ciste bacchiche, presso Clem. Alessandrino *πρὸς τοῖςδε καὶ καρδίαι νάρθηκές τε*. Et ne' misteri di Cerere similmente son nominate *καρδιουλκίαι*, cordis evulsiones, cose allusive alla strazio che i Titani fecero di Baco [l] — — Aggiungo che i partecipi de' segreti bacchici avean de' signi onde riconoscersi fra loro. Plaut. Mil. Glor. IV. 2. 25. cedo signum si harum Baccharum es. Comunemente questo signum spiegasi per un gesto onde riconoscersi,

[k] Nonn. IX. 127. *τελετῆς ἐγκύμονα μυστίδα κίστην*.
[l] Hoc quam incertum sit supra V. §. 41. not. b. ostendimus.

ma non è inverisimile che denoti anche qualche tessera reale come saria questo cuore. Deinde etiam crepundia sacra Apuleji haec refert: Erano anch' essi istrumento di quel culto; e figuravano quelle cose, con cui i Titani allettarono Bacco fanciullo per poi ucciderlo. Cujusmodi illud signum fuerit a Plauto memoratum, jam dudum sciri desitum. Doctus Lanzii popularis, Zacagnius, quem ille ignorat, ad Archelai Disp. in T. I. Concill. Mansi p. 1178. annulum fuisse putat, quo uterentur ad fidem sui faciendam, quod neque redargui neque convinci potest. Apud Clementem vero τὰ σύμβολα τῆς τελετῆς sunt propria illius sacri verba, non tesserae initiatis, ut se invicem agnoscerent, datae; nec credibile est cordis Dionysiaci simulacra tesserarum loco usurpata remque tantae religionis ad tam vilem usum projectam esse. Apuleji autem testimonium, quo apertius est, eo minus etiam ad probationem causae a Lanzio defensae confert. Sacrorum, inquit, pleraque initia in Graecia participavi; eorum quaedam signa et memoracula tradita mihi a sacerdotibus sedulo conservo. Nihil incognitum dico; vel unius Liberi Patris symmystae, qui adestis, scitis, quid domi conditum celetis et absque omnibus profanis veneremini — Ex publicis quidem et communibus sacris, exceptis quae Vestae fierent [m], multi solebant ali-

[m] Eustathius p. 1579. 44. ἑστίᾳ θύομεν, παροιμία ἀφ' ὧν

quid demum referre et asservare religiosius. Etym. M. *Ὑγίειαν καλοῦσιν Ἀττικοὶ τὰ πεφυραμένα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἄλφιτα καὶ πᾶν ὅ, τι ἐξ ἱεροῦ φέρεται, οἷον θαλλόν τινα ἢ ἄλειμμα.* Perfuncti Isidis pompa populares thallos, verbenas, corollas ferentes ad suos discedunt Lares Apulej. Met. XI. 251. die quodam sacro pontifices florem in vulgus sparsisse Lydus testatur de Mens. p. 97. Fronto Epist. I. p. 23. ita evenit floribus et coronis; alia dignitate sunt quae in Portunio (id est apud Portumni statuam, nisi Vortumni scribendum) quum a coronariis veneunt; alia quum a sacerdote in templo porriguntur. Sed nihil apposititius Zenonis Veronensis testimonio L. I. Tractat. c. V. §. 9. p. 118. ubi multum ille questus, quod puellae Christianae gentilibus nubant et nuptae maritos a templis redeuntes amplexu et osculo accipiant modo idolis operatos, hunc quasi colophonem addit: Et si quod forte acceptum relatumve fuerit a fanatico solemne mysterium, ipsa suscipis, ipsa reponis, ipsa custodis. Et quae causa fuerit custodiendi praeter sacri religionem, Simplicius aperit in Comm. ad Epict. c. XXXVIII. (37.) *οὐκ ἔστι μεταδοῦναι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν.* cf. Hesych. s. *Ἑστία*, Suid. s. *Ἱστίον*. Sed hic usus longius patuit. Hesychius: *Ὄμφορα ὅσα ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἐκφέρεσθαι ὁ νόμος κωλύει·* quae vulgo vocantur *οὐκ ἔκφορα*. v. Hemsterhus. ad Plut. v. 1139. *Οὐκ ἐξῆν τὰ θυόμενα Δήμητρι καὶ Περσεφόνῃ ἔξω ἀφιέιν* Schol. Eqq. 282. Trajanus condito templo Fortunae constituit *μηδένα παρὰ τὸν θύσαντα γεύεσθαι τῆς θυσίας* Lyd. de Mens. p. 60. Alias enim amici ad epulas invitabantur aut carnis sacrae portiones iis transmittebantur. Singulari lege dedicatus Maricae lucus: *μηδὲν ἐκκομισθῆναι τῶν εἰςκομισθέντων* Plutarch. V. Mar. c. 39. p. 119. T. 3.

p. 219. ed. Schweigh. qui de causis sacrificiorum disserens, his, quae diis offerantur, eo ipso auram quandam divini vigoris participari contendit: μεταλαμβάνει καὶ αὐτὰ τῆς θείας ἀγαθότητος ὡς καὶ θείας ἐνεργείας ἐνδείκνυσθαι· καὶ γὰρ ἐπιληψίας τις ὡμολόγησεν ἀπηλλάχθαι διὰ τῆς τῶν τοιούτων μεταλήψεως καὶ χαλάζας καὶ θαλάσσης κλύδωνας ἔπαυσε διὰ τῶν τοιούτων πολλάκις ὁσίων. quos ad usus ecclesia romana reliquias Sanctorum aliaque sacra comparata habet. Quin apparet, illum Pontificiorum morem certis temporibus cereos paschales et agnos dei aliasque res consecratas populo distribuendi [*] a Graecis Romanisque, unde pleraque istorum, deductum esse. Jam ut ad Apulejum revertar, unde haec processit disputatio, cujus generis et notae fuerint illa sacrorum memoracula, definiri non licet in tanta rerum, quae conjectura informari possunt, copia et varietate; sed illud abunde patet, crepundia, quae Madaurensis iste tot mysteriis deum conscius ex multijugis sacris se reportasse dicit, in unum hoc genus, quod a Lanzio significatur, concludi non oportere.

Venio nunc ad postremum illud, quod Viscontius ad hanc causam contulit. Is pyramidem Clementinam in cistula antiqua apud Praeneste reperta sibi deprehendere visus est: È un pezzetto di metallo, che ha la forma d' un prisma triangulare, ed è forse la stessa

[*] v. Sirmond. ad Gennad. IX. p. 159. T. XI. Gall. et B. Vestrini sopra l'uso sacro degli Agnelli p. 152. in Saggi d. Dissert. Corton. T. VI. p. 152.

cosa, che Clemente Alessandrino nel descrivere ciochè si contenea nelle ciste, chiama piramide. Hinc duplex conjectura duci poterit, hoc esse aut cordis Dionysiaci simulacrum aut placentam sacram, de qua Clemens loquitur, aere effictam. Sed, quod ad hoc attinet, parum credibile videtur ex toto numero liberum unam pyramidem electam esse, cujus effigies cistae mysticae inderetur; deinde incertum, utrum *πυραμίδες* illae a forma, ut tiara turbinata [°] nomen habeant an, ut *σησαμίδες*, a materia. Priori conjecturae suffragatur Hermes Pim. V. §. 6. ed. Fluss. *καρδίαν* vocans *πυραμοειδῆ* et favet Firmicus cor Bacchi in solemnibus Trietericis cistâ praeferri tradens; sed id modo hactenus valet ut prisma illud Praenestinum (nisi phallus est) quid sibi velit, melius perspiciamus; pyramidem a Clemente memoratam prorsus ex alio genere rerum esse, ex loco ipso, ex adjunctis et praecedentibus dilucide apparet. Primum enim crepundia enumerat, quibus Zagreus infantiam suam oblectaverat, deinde varias placentarum species, quas Chrysostomus quoque illi illecebrarum puerilium generi adjungit in Or. adv. Ind. I. p. 599. B. *οἱ ἀνδραποδισταὶ τραγήματα καὶ πλακοῦντας καὶ ἀστραγάλους τοῖς μικροῖς προτεινόμενοι παιδίοις τῆς ἐλευθερίας ἀποστεροῦσι.* unde nova quaestionum series oritur, utrum illa bellaria locum eorum obtinuerint quibus miserrimus puer deludificatus est an, ut alia dulcia-

[°] v. Du Cang. Gloss. T. I. p. 1275. G. Cuper. Observ. p. 290.

riorum figmenta ad struem faciendam parata fuerint. Sed jam satis diu in hoc haesimus diverticulo.

CAP. X.

De fabulae ipsius significatione.

Quorsum haec tota tragoedia inventa sit diverse interpretantur. Nonnulli, ut Diodorus et Cornutus (v. C. V. §. 34.), Zagrei internecione nihil aliud quam vini culturam, putationem et uvarum sub prelum subjectionem significari putant. Plures autem et acutiores animae mundanae ex divina mente progressum, rerumque dividuarum ex individuis unigenisque procreationem. Ita Alexander Lycopolita expositis Manichaeorum de varia animae temperatura placitis, hoc modo perorat: *οἱ ἐν τούτοις χαριέστεροι τῶν Ἑλλήνων ἀναμιμνήσκουσιν ἡμᾶς ἐκ τῶν οἰκείων, ἐκ μὲν τῶν τελετῶν τὸν κατατεμνόμενον Διόνυσον τῷ λόγῳ ἐπιφημίζοντες ὑπὸ τῶν Τιτάνων, καθάπερ λέγουσιν αὐτοὶ, τὴν θείαν δύναμιν μερίζεσθαι εἰς τὴν ὕλην· ἐκ δὲ τῶν ποιητῶν τῆς Γιγαντομαχίας, ὅτι μηδὲ αὐτοὶ ἠγνόησαν τὴν τῆς ὕλης κατὰ τοῦ θεοῦ ἄνταρσιν* c. V. p. 74. T. II. Bibl. Gall. et in Combefis. Bibl. Auct. Nov. P. II. p. 6. A. additque hac specie similitudinis haud paucos ad credendum allectatos esse. Multa in hanc sententiam a Proculo dicuntur, quae huc transponere neque vacat neque libet; est enim omnium communis

fere summa, illas aeternas infinitasque species a Jove generari, huic autem rerum fluxarum et definitarum universitati Bacchum praeesse, maximum Jovis in exornando perficiendoque hoc opere universo consiliatorem; hunc esse animum mundanum, ex quo nos quoque animos delibatos habeamus. Macrobius in Somn. I. 12. p. 67. ipsum Liberum patrem Orphaici νοῦν ὑλικόν suspicantur intelligi, qui ab illo individuo natus in singulos ipse dividitur. Ideo in illorum sacris traditur Titanio furore in membra discerptus et frustis sepultis rursus unus et integer emersisse. Procl. in Tim. I. 53. ὁ τοῦ Διονύσου διασπασμὸς δηλοῖ τὴν ἐκ τῆς ἀμερίστου δημιουργίας μεριστὴν πρόοδον ὑπὸ τοῦ Διός. Et in III. 184. Διόνυσός ἐστιν ὁ δημιουργὸς τῆς διῃρημένης πάσης ποιήσεως ἀνὰ λόγον ὢν τῷ ἑνὶ πατρὶ τῷ τὴν ὅλην ἀποτίκτοντι δημιουργίαν· accommodate illis, quae Plato dixit de Uno et Multis. Hermias in Phaedr. p. 87. οὗτός ἐστιν ὁ παλιγγενεσίας αἴτιος θεός, ὁ δεύτερον ποιῶν τά τε ἔνυλα εἴδη καὶ πᾶσαν τὴν γένεσιν θύραζε προϊέναι παρασκευάζων, ubi palingenesiae nomine non id quod vulgo dicunt, sed genesis ipsa significatur. Hermias hoc loco de Dionyso Dithyrambo ejusque duplici partu loquitur[a], quem Julianus quoque hoc modo interpre-

[a] Ex hoc vel simili loco Agrippa De occult. Phil. III. 1. 211. ridicule Zachariae prophetae et Platonicorum sententias miscet: „Debemus igitur purgatos nos offerre et tunc divinum illud nectar, quod „Zacharias vinum appellat germinans virgines, sopitis sensibus tranquilla mente expectare laudantes et adorantes supercoelestem illum

Ast. ad Plat. Polit. p. 496.) ῥόμβος et μῆλα ex Orphei versibus traducta sunt una cum malis Hesperiis [c]. Speculum inter pueri divini illicia relatum supra Nonni et Plotini testimoniis explanavimus; hinc ad sacra traductum esse a Lydo edocemur de Mens. p. 82. Φαλλοὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ παρελάμβανον καὶ ἔσοπτρον οἱονεὶ τὸν διαυγῆ οὐρανόν, σφαῖραν δὲ οἱονεὶ τὴν γῆν. Postremum vocabulum πόκος neque sanum esse puto, — quid enim puer ludibundus lana succida facere possit? neque corrigere possum, nisi mihi concedatur, ut κῶνος subrogem vel τροχός volubiles rotulae, ut Arnobius interpretatur κρικηλασίαν significans [d]. Est quidem lanae purpureae praesertim usus multiplex in sacris mysticis non solum ad devinctiones magicas sed etiam ad alia reconditiora. Photius p. 133. οἱ μύσται κρόκῃ τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν πόδα ἀναδοῦνται καὶ λέγεται τοῦτο κροκοῦν, οἱ δὲ ὅτι ἔνιοι κρόκῳ καθαίρονται. Etym. M. 429. 42. ἡμεροκαλλές — ἔριον φοινικοῦν διαπεποικιλμένον, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς ἱερουργίας Ἀθηναῖοι [e]. Verum id ad praesentem quaestionem nihil emolumenti affert.

Illa autem frivola in mysticis cistis asservata, in sacro ipso exposita fuisse vix ambiguum haberi potest perlectis, quae sequuntur, Clementis

[c] Strabo III. 150. οἱ μετὰ ταῦτα (Homerum) ποιηταὶ θρυλλοῦσι τὴν ἐπὶ τὰ μῆλα τῶν Ἑσπερίδων στρατιάν.

[d] v. Scheffer de re vehic. L. I. c. 6. p. 57. Caylus Rec. T. I. p. 202.

[e] Huc fortasse referenda ἔρια πυῤῥά, quae Clemens Strom. VII. 4. 848. καθαρμοῖς adhiberi dicit.

verbis: οἷαι δὲ καὶ αἱ κίσται αἱ μυστικαί; δεῖ γὰρ ἀπογυμνῶσαι τὰ ἅγια αὐτῶν καὶ τὰ ἄῤῥητα ἐξειπεῖν· σησαμαῖ καὶ πυραμίδες καὶ τολύπαι καὶ πόπανα πολυόμφαλα, χόνδροι τε ἁλῶν καὶ δράκων ὄργιον [f] Διονύσου Βασσάρου καὶ ῥοιαὶ πρὸς τοῖςδε καὶ καρδίαι, νάρθηκές τε καὶ κιττοὶ καὶ φθοῖς καὶ μήκωνες. ubi pro καρδίαι Reinesius Varr. Lectt. I. 13. p. 101. verissime corrigit κράδαι sed perperam ad Prosymni stipitem obscoenum refert; κράδαι sunt virgae ficulneae. v. Jacobs ad Anth. Vol. I. P. II. p. 76. Liberi sacris adhibitae [f*] unde κραδηφορίαι et θυρσοφορίαι bacchicae nominantur ap. Plutarch. Symp. IV. 6. 196. T. XI. [g]. Ferulas Proculus crepundiis, quibus Titanes Bacchum prolectarunt, adnumerare videtur ad Hesiod. Opp. 52. ὁ νάρθηξ προςάγεται τῷ Διονύσῳ ὑπὸ τῶν Τιτάνων. Malorum punicorum magnum

[f] Justin. Apol. I. c. 26. παρὰ παντὶ τῶν νομιζομένων θεῶν ὄφις σύμβολον μέγα καὶ μυστήριον ἀναγράφεται. Ὄργιον singulariter dixit Orpheus H. LII. 5. solus, quod sciam.

[f*] Suid. et Hesych. θύσθλα interpretantur κράδας βακχικάς, κλάδους, ῥάβδους, νάρθηκας. Etym. M. Θύσθλα θύρσοι ἢ κλάδοι, οὓς Βάκχαι κατέχουσι — τοὺς θύρσους, τουτέστι τὰς βακχικὰς δράκας, ἅ ἐστι Διονυσιακὰ μυστήρια, quo loco et in Schol. Ven. Il. VI. 134. κράδας scribendum, quod Schol. Did. praebent.

[g] Dionysus ipse cognominatur συκίτης vel συκεάτης Athen. II. 78. C. idemque Μειλίχιος et Θρίαμβος ob ejusdem arboris tutelam ut perhibent Etym. s. Θρίαμβος et Hesych. s. Ἐντεθρίωκε, quae res fortasse conjuncta est cum sacris Phrygum lustralibus. Phrygias ficus celebrat Athenaeus III. 75. B. usum earum sacrificalem Hesychius: Συκάσιος Ζεὺς ὁ καθάρσιος, τῇ γὰρ συκῇ ἐχρῶντο ἐν καθαρσίοις s. v. συκάζειν. Thargeliis homines piaculares caedebantur κράδαις Hippon. Fr. XLIV. 99. Quemadmodum Catullus XXXVI. Volusii scripta infelicibus ustulanda lignis dicit, sic Epicuri libri impii ap. Lucian. Alex. c. 47. comburuntur ἐπὶ ξύλων συκίνων sicut monstra ὀξυθυμίοις καίεσθαι solebant. Ficum atram Macrobius II. 16. nominat inter arbores infelices dis inferis et averruncis sacratas, quibus portenta prodigiaque comburi oporteat; τὰ τερατώδη ἐπ' ἀγρίοις ἔκαιον ξύλοις Anecd. Bekk. p. 10.

fuisse in sacris usum et arcanam religionem, in promtu esse debet ex iis quae Meursius El. c. XV. 128. Spanheim. ad Call. H. in Pall. 28. et Olear. ad Philostr. V. Ap. IV. 28. 168. collegerunt. De *τολύπη* cavendum ne quis vel Buonarottii Osserv. s. alc. medagl. p. 449. auctoritate, vel Epiphanii testimonio commotus [h] de lanae glomere accipiendum putet; significatur enim opus pistorium, ut pridem nos docuerunt Scaliger ad Varr. L. L. IV. p. 43. et Casaubonus ad Athen. III. c. 30. Neque ex alio genere sunt *πυραμίδες*, quas D. Heraldus ad Arnob. p. 104. et Wowerius ad Minuc. p. 133. cum castellamentis Arnobii conferunt [i]. Si quis autem miretur bellaria in cistis mysticis recondita dici, Apollinis quoque sacris *πέμματα ἐν σχήματι λύρας τε καὶ τόξου καὶ βελῶν* adhibita eaque in *πατάρᾳ*, cistula, allata

[h] L. III. adv. Haer. T. II. p. 1092. Est locus perobscurus partim librariorum negligentia, partim scriptoris ipsius inscitia: *παρ' Ἕλλησι ὁπόσα μυστήρια καὶ τελεταὶ — ἄλλα τε καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια Δηοῦς καὶ Φεῤῥεφάττης, καὶ τῶν ἐκεῖσε ἀδύτων τὰ αἰσχρουργήματα, γυναικῶν ἀπογυμνώσεις, τύμπανά τε καὶ πόπανα, ῥόμβος καὶ κάλαθος, ἐρέα ἐξειργασμένη καὶ κύμβαλον, καὶ κυκεὼν ἐκπώματι κατεσκευασμένος, ὅσα τε ἄλλα τὰ ἐν Πυθοῖ, Ἀρχεμόρου τὰ μυστήρια, ἐν Ἰσθμῷ, ἕτερα Ἀθάμαντός τε καὶ Μελικέρτου, καὶ ὅσοι τὸν φαλλὸν ἀναστρέφοντες αἵ τε φαλαρίζουσαι αἰσχρουργίας μελετήματα, οἵ τε τὴν Ῥέαν θεραπεύοντες Διονύσιοι* (scr. *Διόνυσον*) *τε ἕτεροι οἱ τοὺς Κουρῆτας καὶ τὴν κρεωνομίαν μυοῦντες, τοὺς ὄφεις ἀνεστεμμένοι, εὐάζοντες οὐά, οὐά.* quibus mederi difficile est. Petavius, qui pro *φαλαρίζουσαι* dubitanter *φαλλίζουσαι* corrigit, poterat non minore dispendio verbum graecum *φαλλαγωγοῦσαι* substituere, nisi mallet *βασσαρίζουσαι*, cujus forma circumflexa exstat. Hic igitur Epiphanius *ἐρέα ἐξειργασμένη* e Clementis loco traduxisse videtur, sive nomen *τολύπη* ita interpretatus sive vitiosam lectionem *πόκος* sequutus est. *Ἐρίων τὰ μὴ ἐς ἐργασίαν πω ἥκοντα* Phigalenses Cereris arae imponere narrat Pausanias VIII. 42. 5.

[i] Nomen pyramis nonnunquam veretrum valet. v. Anthol. Lat. VI. 64. quo uti poterant qui phallos e cistis bacchicis prominentes speculati sunt. Cetera dicentur in Epim. XV.

sunt Eustath. ad Dion. v. 129. Steph. Byz. s. *Πανάρα* et Hemsterh. ad Plut. p. 386. Haec igitur illa fuere cistarum mysteria[k], partim crepundiorum, quibus Bacchus in prima pueritia lusitaverat, simulacra et monimenta, partim fertorum variae species; de quibus si cui nimis multa dixisse videar, eum ad Gutherium de Jur. Man. p. 51. T. V. Thes. Gron. Pauwium ad Anacr. p. 181. coll. Dorvill. Vann. Cr. c. IX. p. 397. Lamium Sopr. le ciste mist. p. 75. in Diss. Acad. Cort. T. I. P. I. Plessingiumque Memnon. T. II. p. 97. amandabo, qui omnes Clementis locum sibi explicandum sumsere sed eo successu ut mea quidem sententia vix ullum verbum recte intellexerint. Neque vero probari potest Lanzii opinio, qui in Sagg. d. ling. Etr. T. II. p. 493. inscriptionem vasculi cujusdam, ut putat, bacchici explicans haec commentatur: Il cuore è un de' simboli delle ciste bacchiche, presso Clem. Alessandrino *πρὸς τοῖςδε καὶ καρδίαι νάρθηκές τε.* Et ne' misteri di Cerere similmente son nominate *καρδιουλκίαι*, cordis evulsiones, cose allusive alla strazio che i Titani fecero di Baco[l] — — Aggiungo che i partecipi de' segreti bacchici avean de' signi onde riconoscersi fra loro. Plaut. Mil. Glor. IV. 2. 25. cedo signum si harum Baccharum es. Comunemente questo signum spiegasi per un gesto onde riconoscersi,

[k] Nonn. IX. 127. *τελετῆς ἐγκύμονα μυστίδα κίστην.*
[l] Hoc quam incertum sit supra V. §. 41. not. b. ostendimus.

ma non è inverisimile che denoti anche qualche tessera reale come saria questo cuore. Deinde etiam crepundia sacra Apuleji huc refert: Erano anch' essi istrumento di quel culto; e figuravano quelle cose, con cui i Titani allettarono Bacco fanciullo per poi ucciderlo. Cujusmodi illud signum fuerit a Plauto memoratum, jam dudum sciri desitum. Doctus Lanzii popularis, Zacagnius, quem ille ignorat, ad Archelai Disp. in T. I. Concil. Mansi p. 1178. annulum fuisse putat, quo uterentur ad fidem sui faciendam, quod neque redargui neque convinci potest. Apud Clementem vero τὰ σύμβολα τῆς τελετῆς sunt propria illius sacri verba, non tesserae initiatis, ut se invicem agnoscerent, datae; nec credibile est cordis Dionysiaci simulacra tesserarum loco usurpata remque tantae religionis ad tam vilem usum projectam esse. Apuleji autem testimonium, quo apertius est, eo minus etiam ad probationem causae a Lanzio defensae confert. Sacrorum, inquit, pleraque initia in Graecia participavi; eorum quaedam signa et memoracula tradita mihi a sacerdotibus sedulo conservo. Nihil incognitum dico; vel unius Liberi Patris symmystae, qui adestis, scitis, quid domi conditum celetis et absque omnibus profanis veneremini — Ex publicis quidem et communibus sacris, exceptis quae Vestae fierent [m], multi solebant ali-

[m] Eustathius p. 1579. 44. ἑστίᾳ θύομεν, παροιμία ἀφ' ὧν

quid demum referre et asservare religiosius. Etym. M. *Ὑγίειαν καλοῦσιν Ἀττικοὶ τὰ πεφυραμένα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἄλφιτα καὶ πᾶν ὅ, τι ἐξ ἱεροῦ φέρεται, οἷον θαλλόν τινα ἢ ἄλειμμα.* Perfuncti Isidis pompa populares thallos, verbenas, corollas ferentes ad suos discedunt Lares Apulej. Met. XI. 251. die quodam sacro pontifices florem in vulgus sparsisse Lydus testatur de Mens. p. 97. Fronto Epist. I. p. 23. ita evenit floribus et coronis; alia dignitate sunt quae in Portunio (id est apud Portumni statuam, nisi Vortumni scribendum) quum a coronariis veneunt; alia quum a sacerdote in templo porriguntur. Sed nihil appositius Zenonis Veronensis testimonio L. I. Tractat. c. V. §. 9. p. 118. ubi multum ille questus, quod puellae Christianae gentilibus nubant et nuptae maritos a templis redeuntes amplexu et osculo accipiant modo idolis operatos, hunc quasi colophonem addit: Et si quod forte acceptum relatumve fuerit a fanatico solemne mysterium, ipsa suscipis, ipsa reponis, ipsa custodis. Et quae causa fuerit custodiendi praeter sacri religionem, Simplicius aperit in Comm. ad Epict. c. XXXVIII. (37.)

οὐκ ἔστι μεταδοῦναι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν. cf. Hesych. s. *Ἑστία*, Suid. s. *Ἱστίον*. Sed hic usus longius patuit. Hesychius: *Ὄμφορα ὅσα ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἐκφέρεσθαι ὁ νόμος κωλύει·* quae vulgo vocantur *οὐκ ἔκφορα*. v. Hemsterhus. ad Plut. v. 1139. *Οὐκ ἐξῆν τὰ θυόμενα Δήμητρι καὶ Περσεφόνῃ ἔξω ἀφιέιν* Schol. Eqq. 282. Trajanus condito templo Fortunae constituit *μηδένα παρὰ τὸν θύσαντα γεύεσθαι τῆς θυσίας* Lyd. de Mens. p. 60. Alias enim amici ad epulas invitabantur aut carnis sacrae portiones iis transmittebantur. Singulari lege dedicatus Maricae lucus: *μηδὲν ἐκκομισθῆναι τῶν εἰςκομισθέντων* Plutarch. V. Mar. c. 39. p. 119. T. 3.

p. 219. ed. Schweigh. qui de causis sacrificiorum disserens, his, quae diis offerantur, eo ipso auram quandam divini vigoris participari contendit: μεταλαμβάνει καὶ αὐτὰ τῆς θείας ἀγαθότητος ὡς καὶ θείας ἐνεργείας ἐνδείκνυσθαι· καὶ γὰρ ἐπιληψίας τις ὡμολόγησεν ἀπηλλάχθαι διὰ τῆς τῶν τοιούτων μεταλήψεως καὶ χαλάζας καὶ θαλάσσης κλύδωνας ἔπαυσε διὰ τῶν τοιούτων πολλάκις ὁσίων. quos ad usus ecclesia romana reliquias Sanctorum aliaque sacra comparata habet. Quin apparet, illum Pontificiorum morem certis temporibus cereos paschales et agnos dei aliasque res consecratas populo distribuendi [a] a Graecis Romanisque, unde pleraque istorum, deductum esse. Jam ut ad Apulejum revertar, unde haec processit disputatio, cujus generis et notae fuerint illa sacrorum memoracula, definiri non licet in tanta rerum, quae conjectura informari possunt, copia et varietate; sed illud abunde patet, crepundia, quae Madaurensis iste tot mysteriis deum conscius ex multijugis sacris se reportasse dicit, in unum hoc genus, quod a Lanzio significatur, concludi non oportere.

Venio nunc ad postremum illud, quod Viscontius ad hanc causam contulit. Is pyramidem Clementinam in cistula antiqua apud Praeneste reperta sibi deprehendere visus est: È un pezzetto di metallo, che ha la forma d' un prisma triangulare, ed è forse la stessa

[a] v. Sirmond. ad Gennad. IX. p. 159. T. XI. Gall. et B. Vestrini sopra l'uso sacro degli Agnelli p. 152. in Saggi d. Dissert. Corton. T. VI. p. 152.

cosa, che Clemente Alessandrino nel descrivere ciochè si contenea nelle ciste, chiama piramide. Hinc duplex conjectura duci poterit, hoc esse aut cordis Dionysiaci simulacrum aut placentam sacram, de qua Clemens loquitur, aere effictam. Sed, quod ad hoc attinet, parum credibile videtur ex toto numero liborum unam pyramidem electam esse, cujus effigies cistae mysticae inderetur; deinde incertum, utrum πυραμίδες illae a forma, ut tiara turbinata [*] nomen habeant an, ut σησαμίδες, a materia. Priori conjecturae suffragatur Hermes Pim. V. §. 6. ed. Fluss. καρδίαν vocans πυραμοειδῆ et favet Firmicus cor Bacchi in solemnibus Trietericis cistâ praeferri tradens; sed id modo hactenus valet ut prisma illud Praenestinum (nisi phallus est) quid sibi velit, melius perspiciamus; pyramidem a Clemente memoratam prorsus ex alio genere rerum esse, ex loco ipso, ex adjunctis et praecedentibus dilucide apparet. Primum enim crepundia enumerat, quibus Zagreus infantiam suam oblectaverat, deinde varias placentarum species, quas Chrysostomus quoque illi illecebrarum puerilium generi adjungit in Or. adv. Ind. I. p. 599. B. οἱ ἀνδραποδισταὶ τραγήματα καὶ πλακοῦντας καὶ ἀστραγάλους τοῖς μικροῖς προτεινόμενοι παιδίοις τῆς ἐλευθερίας ἀποστεροῦσι. unde nova quaestionum series oritur, utrum illa bellaria locum eorum obtinuerint quibus miserrimus puer deludificatus est an, ut alia dulcia-

[*] v. Du Cang. Gloss. T. I. p. 1275. G. Cuper. Observ. p. 290.

riorum figmenta ad struem faciendam parata fuerint. Sed jam satis diu in hoc haesimus diverticulo.

Cap. X.

De fabulae ipsius significatione.

Quorsum haec tota tragoedia inventa sit diverse interpretantur. Nonnulli, ut Diodorus et Cornutus (v. C. V. §. 34.), Zagrei internecione nihil aliud quam vini culturam, putationem et uvarum sub prelum subjectionem significari putant. Plures autem et acutiores animae mundanae ex divina mente progressum, rerumque dividuarum ex individuis unigenisque procreationem. Ita Alexander Lycopolita expositis Manichaeorum de varia animae temperatura placitis, hoc modo perorat: *οἱ ἐν τούτοις χαριέστεροι τῶν Ἑλλήνων ἀναμιμνήσκουσιν ἡμᾶς ἐκ τῶν οἰκείων, ἐκ μὲν τῶν τελετῶν τὸν κατατεμνόμενον Διόνυσον τῷ λόγῳ ἐπιφημίζοντες ὑπὸ τῶν Τιτάνων, καθάπερ λέγουσιν αὐτοὶ, τὴν θείαν δύναμιν μερίζεσθαι εἰς τὴν ὕλην· ἐκ δὲ τῶν ποιητῶν τῆς Γιγαντομαχίας, ὅτι μηδὲ αὐτοὶ ἠγνόησαν τὴν τῆς ὕλης κατὰ τοῦ θεοῦ ἄνταρσιν* c. V. p. 74. T. II. Bibl. Gall. et in Combefis. Bibl. Auct. Nov. P. II. p. 6. A. additque hac specie similitudinis haud paucos ad credendum allectatos esse. Multa in hanc sententiam a Proculo dicuntur, quae huc transponere neque vacat neque libet; est enim omnium communis

fere summa, illas aeternas infinitasque species a Jove generari, huic autem rerum fluxarum et definitarum universitati Bacchum praeesse, maximum Jovis in exornando perficiendoque hoc opere universo consiliatorem; hunc esse animum mundanum, ex quo nos quoque animos delibatos habeamus. Macrobius in Somn. I. 12. p. 67. ipsum Liberum patrem Orphaici νοῦν ὑλικόν suspicantur intelligi, qui ab illo individuo natus in singulos ipse dividitur. Ideo in illorum sacris traditur Titanio furore in membra discerptus et frustis sepultis rursus unus et integer emersisse. Procl. in Tim. I. 53. ὁ τοῦ Διονύσου διασπασμὸς δηλοῖ τὴν ἐκ τῆς ἀμερίστου δημιουργίας μεριστὴν πρόοδον ὑπὸ τοῦ Διός. Et in III. 184. Διόνυσός ἐστιν ὁ δημιουργὸς τῆς διῃρημένης πάσης ποιήσεως ἀνὰ λόγον ὢν τῷ ἑνὶ πατρὶ τῷ τὴν ὅλην ἀποτίκτοντι δημιουργίαν· accommodate illis, quae Plato dixit de Uno et Multis. Hermias in Phaedr. p. 87. οὗτός ἐστιν ὁ παλιγγενεσίας αἴτιος θεός, ὁ δεύτερον ποιῶν τά τε ἔνυλα εἴδη καὶ πᾶσαν τὴν γένεσιν θύραζε προϊέναι παρασκευάζων, ubi palingenesiae nomine non id quod vulgo dicunt, sed genesis ipsa significatur. Hermias hoc loco de Dionyso Dithyrambo ejusque duplici partu loquitur[a], quem Julianus quoque hoc modo interpre-

[a] Ex hoc vel simili loco Agrippa De occult. Phil. III. 1. 211. ridicule Zachariae prophetae et Platonicorum sententias miscet: „Debemus igitur purgatos nos offerre et tunc divinum illud nectar, quod „Zacharias vinum appellat germinans virgines, sopitis sensibus tran„quilla mente expectare laudantes et adorantes supercoelestem illum

tatur Orat. V. 170. B. τὴν Διονύσου μεριστὴν δημιουργίαν, ἣν ἐκ τῆς ἑνοειδοῦς καὶ μονίμου ζωῆς τοῦ μεγάλου Διὸς ὁ μέγας Διόνυσος παραδεξάμενος, ἅτε καὶ προελθὼν ἐξ ἐκείνου τοῖς φαινομένοις ἅπασιν ἐγκατέσπειρε. Sed Proculus notissimam sibi Orphei fabulam huc accommodat in Parm. L. III. 33. T. V. Cous. οἱ θεολόγοι τὸν μὲν νοῦν ἐν τοῖς σπαραγμοῖς τοῖς Διονυσιακοῖς ἀμέριστον προνοίᾳ τῆς Ἀθηνᾶς σώζεσθαι λέγουσι, τὴν δὲ ψυχὴν μερίζεσθαι πρώτως, καὶ ἡ εἰς ἑπτὰ γοῦν τομὴ ταύτης ἐστὶ πρώτης. Estque haec sententia quodammodo a prioribus anticipata, qui dei universam naturam cientis formas varias mutabilesque deorum patibilium nominibus declarari volunt. Plutarchus De *El* c. IX. 228. T. IX. Theologi, inquit, oratione prorsa vorsa praedicant vim divinam mundo sese insinuantem in varias species verti et quasi discerpi dissiparique, κρυπτόμενοι δὲ τοὺς πολλοὺς οἱ σοφώτεροι τὴν μὲν εἰς πῦρ μεταβολὴν Ἀπόλλωνα Φοῖβόν τε καλοῦσι, τῆς δ' εἰς πνεύματα καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ φυτῶν ζώων τε γενέσεις τροπῆς αὐτοῦ καὶ διακοσμήσεως τὸ μὲν πάθημα καὶ τὴν μεταβολὴν διασπασμόν τινα καὶ διαμελισμὸν αἰνίττονται, Διόνυσον δὲ Ζαγρέα καὶ Νυκτέλιον καὶ Ἰσοδαίτην αὐτὸν ὀνομάζουσι, καὶ ἀποβιώσεις καὶ παλιγγενεσίας — περαίνουσι. Sed idem saepius Zagrei morte et in vitam restitutione animorum huma-

„Bacchum, summum deorum, regenerationis auctorem, quem bis natum „veteres cecinere poetae, a quo tam divinissimi rivi in nostra pectora „manarunt.“

norum vicissitudines significari statuit De esu carn. Or. I. 7. 240. T. XIII. *τὰ περὶ τὸν Διόνυσον μεμυθευμένα πάθη τοῦ διαμελεϊσμοῦ καὶ τὰ Τιτάνων ἐπ' αὐτὸν τολμήματα, γευσαμένων τοῦ φόνου, κολάσεις δὲ τούτων καὶ κεραυνώσεις ἀνηγμένος ἐστὶ μῦθος εἰς τὴν παλιγγενεσίαν.* neque aliud significare videtur in Consol. ad Uxor. c. X. p. 397. T. X. *ἃ τῶν ἄλλων ἀκούεις, ὡς οὐδὲν οὐδαμῇ τῷ διαλυθέντι κακὸν, οὐδὲ λυπηρόν ἐστιν, οἶδα ὅτι κωλύει σε πιστεύειν, ὁ πάτριος λόγος καὶ τὰ μυστικὰ σύμβολα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμῶν, ἃ σύνισμεν ἀλλήλοις οἱ κοινωνοῦντες.* Apertius Origenes c. Cels. L. IV. 171. Spenc. de Christi resurrectione disserens: *σεμνότερα ταῦτα φανεῖται Διονύσου ὑπὸ Τιτάνων ἀπατωμένου καὶ ἐκπίπτοντος ἀπὸ τοῦ Διὸς θρόνου καὶ σπαρασσομένου ὑπ' αὐτῶν καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν συντιθεμένου καὶ οἱονεὶ ἀναβιώσκοντος καὶ ἀναβαίνοντος εἰς οὐρανόν. Ἢ Ἕλλησι μὲν ἔξεστι τὰ τοιαῦτα εἰς τὸν περὶ ψυχῆς ἀνάγειν λόγον καὶ τροπολογεῖν, ἡμῖν δὲ οὐκέτι;* cf. Procl. in Polit. p. 372. Pari acumine Osiridis diaspasmum interpretatur Damascius in Vit. Isidori Phot. CCXLII. 526. *τοῦτ' ἂν εἴη θεοκρασία μᾶλλον δὲ ἕνωσις παντελὴς, ἀναδρομῆς τῶν ἡμετέρων ψυχῶν πρὸς τὸ θεῖον ἐπιστρεφομένων καὶ συναθροιζομένων ἀπὸ τοῦ πολλοῦ μερισμοῦ καὶ τί γὰρ οὐ λέγω σπαραγμοῦ διαῤῥήδην* etc. et jam prius Plutarchus de Is. c. 35. p. 150. utriusque dei casibus eandem significationem subjicit: *ὁμολογεῖ τὰ Τιτανικὰ καὶ Νυκ-*

τέλια τοῖς λεγομένοις Ὀσίριδος διασπασμοῖς καὶ ταῖς ἀναβιώσεσι καὶ παλιγγενεσίαις [b].

Cap. XI.

Ἱεροὶ λόγοι.

§. 1.

Theogoniam neque Clemens in Orphicorum librorum numero refert neque Suidas, sed hic Ἱεροὺς λόγους ἐν ῥαψῳδίαις κδ. commemorat, quos ab aliis Theogneto assignari, ab aliis Cercopi; Clemens Ἱερὸν λόγον, a Cercope, ut ait, subjectum, unde primum suspicio oritur, utroque numero idem carmen significari, deinde hoc a Theogonia nihil diversum fuisse, licet de auctore discrepet. Nam haec quoque, ut supra ostendimus, in rhapsodias descripta erat et ex octavo τοῦ ἱεροῦ λόγου Etymologus affert eos versus, quorum argumentum Theogoniae apprime convenit (v. C. V. §. 12.). Et ex eadem sine dubio excerptus est Orphei locus quem Clemens Alexandrinus significanter τὸν ὄντως ἱερὸν λόγον nominat (v. C. II. §. 1.). Neque me movet contraria Fabricii sententia, qui Ἱερὸν λόγον a Pythagora Orpheo suppositum esse autumat Bibl. Gr. T. I. 785. quippe nullo auctore fundata; nam quod Ion scripsit

[b] Schol. Gregor. in Cat. Bibl. Bodl. p. 50. ὥσπερ τὸν Διόνυσον ὑπὸ τῶν Τιτάνων οὕτως καὶ τὸν Ὄσιριν ὑπὸ Τυφῶνός φασιν ἐσπαράχθαι.

Πυθαγόραν ἔνια εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν, non necesse est de libro potius quam de sententiis quibusdam intelligere, nedum de eo libro, cui nomen *Ἱερὸς λόγος*. Sed insperatum momentum affert Joannes Lydus post illius singularis viri tempora e tenebris emersus, qui c. VIII. de Mens. p. 25. versum quendam, quem ceteri Pythagorae tribuunt, ad Orpheum transfert, eoque suspicionem praebet, extitisse quoddam carmen controversum, de quo Critici disceptarent, Orphei esset an Pythagorae. De hoc igitur accuratius inquirendum videtur. Lydi testimonium hujusmodi est: *Ὀρφεὺς περὶ ἑξάδος ταῦτά φησι*

Ἴλαθι κύδιμ' ἀριθμὲ, πάτερ μακάρων, πάτερ ἀνδρῶν [*].

Eundem vero versum Simplicius mutato primore verbo a Pythagoreis repetit in VII. Phys. p. 253. b. *ἀριθμὸν τὴν οὐσίαν εἶναι, τοῖς Πυθαγορείοις ἀκολουθῶν, ἀρχὰς τῶν ὄντων λέγουσι τοὺς ἀριθμοὺς*

Κέκλυθι κύδιμ' ἀριθμὲ, πάτερ μακάρων, πάτερ ἀνδρῶν,

καὶ

— — — *Ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικε.*

Hoc hemistichium, quod Plutarchus de Psychog. c. XXXIII. 329. *Πυθαγορικὴν ἀπόφασιν*, Jamblichus V. Pyth. c. CLXII. 342. *Πυθαγόρου ἀπόφθεγμα* vocat, Fabricio ad Sext. c. Arithm. I. 331. e Pythagorae *Ἱερῷ λόγῳ* depromtum videtur, quod si acceperimus, vix recusare possumus, quin ex

[*] Schowius *μακάρων τε καὶ ἀνδρῶν* emendat, quod refellit Simplicius.

hoc fonte illum quoque versiculum, quem Lydus Orpheo attribuit, derivatum credamus; his autem vestigiis reducemur ad Fabricii sententiam paulo ante objectam, carmen a Pythagora Orpheo subjectum nomen habuisse *Ἱερὸν λόγον*. Sic enim facillime non modo cur Lydus huic assignet, quae Pythagoreis Simplicius, explicari, sed etiam sententiis, quae Orphei nomen, Pythagorae doctrinam prae se ferunt, suus et proprius auctor praescribi potest. Lydus V. 7. *Ὀρφεὺς τὸν ἕνα ἀριθμὸν Ἀγυιέα καλεῖ*, quod ad amussim congruit cum Pythagoreorum placitis, monadem Apollinis nomine ornantium. Eadem doctrina recinit ex IX. 26. *Ὀρφεὺς*

Ἑβδόμη, ἣν ἐφίλησεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων.

quanquam hunc versum credibilius est ex Calendario Orphico sumtum esse. Sed ad duo superiora Theologiae arithmeticae specimina accedit tertium V. 7. *Φιλόλαος δεκάδα αὐτὴν προσηγόρευσεν ὡς δεκτικὴν τοῦ ἀπείρου, Ὀρφεὺς δὲ κλαδοῦχον, ἐξ ἧς ὡσεὶ κλάδοι τινὲς πάντες ἀριθμοὶ φύονται.* quae eadem leguntur apud Cedren. Comp. T. I. p. 169. B. et Etym. M. s. *Δεκάς* p. 253. Quartum est in Theologg. Arithm. IX. §. 59. *Κουρῆτιδα ἰδίως καὶ Ὀρφεὺς καὶ Πυθαγόρας τὴν ἐννεάδα ἐκάλουν ὡς Κουρήτων* [b] *ἱερὰν ὑπάρχουσαν*

[b] Sic correximus vitiosum *Κυρῆτιν* seu *Κουρήτιδα*, quod Astius tuetur Animadv. p. 198. tres terras a Curetibus habitatas Cretam Euboeam et Aetoliam, communi nomine *Κουρῆτιδα* appellari putans, quod nec traditum usquam nec verisimile est; Curetes Aetoliae nunquam divinis naturis adnumerati, nec cum Cretensibus compositi sunt.

τριῶν τριμερῆ ἢ Κόρην γε. Quintum ibidem loci VI. §. 37. *τὴν ἑξάδα ὁλομέλειαν* [c] *προσηγόρευον οἱ Πυθαγορικοὶ κατακολουθοῦντες Ὀρφεῖ, ἤτοι παρόσον ὅλη τοῖς μέλεσιν ἢ μέρεσιν ἴση ἐστὶ μόνη τῶν ἐντὸς δεκάδος, ἢ ἐπειδὴ ὅλον καὶ τὸ πᾶν κατ' αὐτὴν διαμεμέρισται καὶ ἐμμελὲς ὑπάρχει·* cujus opinionis antiquitas cognoscitur ex Aristotelis loco Metaph. XIV. 6. ubi metricarum, harmonicarum et astrologicarum rationum in certis numeris convenientiam a Pythagoreis observatam examinat: *Λέγουσί τινες ὅτι πολλὰ τὰ τοιαῦτα, οἷον ἥ τε μέση ἡ μὲν ἐννέα, ἡ δὲ ὀκτὼ, καὶ τὸ ἔπος δεκάεπτα ἰσάριθμον τούτοις βαίνεται δὴ ἐν μὲν τῷ δεξιῷ ἐννέα συλλαβαῖς, ἐν δὲ τῷ ἀριστερῷ ὀκτώ· καὶ ὅτι ἴσον βόμβυκος ἐπὶ τὴν ὀξυτάτην νεάτην ἐν αὐλοῖς, ἧς ὁ ἀριθμὸς ἰσότης τῇ ὁλομελείᾳ τοῦ οὐρανοῦ.* Haec igitur Lydi et Theologumenon auctoris testimonia confirmare videntur conjecturam supra allatam, fuisse quoddam carmen Orphicum, quo numerorum doctrina accommodate ad Pythagoreorum placita tractaretur, neque tamen omnem dubitationem nobis tollunt. Nam vocabula illa solivaga *Ἀγυιεύς* et *Κουρῆτις*, etsi ab Orpheo usurpata sint, tamen non necesse est in carmine aliquo lecta esse; et versus integer *Ἵλαθι κύδιμ' ἀριθμέ* Orpheo a solo Lydo tribuitur, teste levissimo, quem librum istum nunquam oculis usurpasse ostendit ridicula nominum *κλᾳδοῦχος* et *κλαδοῦχος* permutatio, quorum alterum ne aptum quidem versui heroico. Ceteri omnes

[c] *Οὐλομέλεια* Nicom. ap. Phot. CLXXXVII. 240.

pro Orphico Pythagoricum dicunt, eoque non, ut ille, numerum senarium [quem Pythagorei ob eandem rationem *γάμον* et *Ἀφροδίτην* vocant] sed numerum in universum praedicari significant. Primus Proculus, ad solvendam celebrem quaestionem, utrum numeri extra res sint, nec ne, hoc utitur testimonio Tim. I. p. 6. *οὐκ ἄρα ὀρθῶς Ἀριστοτέλης λέγει* [d] *ὅτι τοὺς ἀριθμοὺς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐτίθεντο· πῶς γάρ; οἱ τὸν ἀριθμὸν ὑμνοῦντες πατέρα μακάρων καὶ ἀνδρῶν καὶ τὴν τετρακτὺν παγὰν ἀενάου φύσεως.* Tum Simplicius in L. III. de Coel. p. 143. a. *ἐξ ἀριθμῶν οὗτοι τὰ ὄντα, ὡς τῶν ἀριθμῶν ἁπάντων τὰ εἴδη ἐν ἑαυτοῖς περιλαμβανόντων καὶ ὡς πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ εἰδῶν κεκοσμημένων ἀριθμοῖς· διὸ καὶ πατέρα τῶν μακάρων τε καὶ ἀνδρῶν τὸν ἀριθμὸν ἀπεφήναντο καὶ ἀριθμῷ πάντα πεποιηκέναι (ἐπεοικέναι).* Deinde Themistius in Paraphr. Phys. L. III. p. 32. *πάντα ἐκ τῶν ἀριθμῶν παράγουσι τὰ αἰσθητὰ, κἀντεῦθεν τῷ ἀριθμῷ πάντ᾽ ἐπέοικε καὶ ἡ πηγὴ τῆς φύσεως ἡ τετρακτύς,* quae etiam Theo conjungit de Mus. c. 38. p. 155. *τῷ ὅρκῳ οἱ Πυθαγορικοὶ ἐλέγοντο χρῆσθαι καὶ ἀριθμῷ δέ τε πάντ᾽ ἐπέοικε.* Ac jusjurandum quidem doricum tum Empedoclis carminibus, tum etiam aureis, qui dicuntur, versibus insertum legitur ionice scriptis, palam ut sit aliunde translatum esse, sed quis primus literis consignaverit, nemo nos certos facit, nec definiri potest, utrum

[d] v. Brandis Ueber die Zahlenlehre der Pythag. in Museo Rhenano II. 2. p. 214.

in carmine ignoti cujusdam Pythagorei perscriptum fuerit, an seorsum nullo aperto auctore vulgatum sermonibusque per manus traditum, sicut multa *ἱερὰ ἀποφθέγματα*, versus memoriales et monadici. Quod idem de illa numeri omniparentis invocatione suspicari liceret, nisi Simplicius hymno Pythagorico asserere videretur in III. Phys. p. 104. b. *οἱ Πυθαγόρειοι τὸν ἀριθμὸν καὶ ὅλως τὰ μαθηματικὰ νοεῖσθαι μὲν καθ᾽ ἑαυτά φασι, μὴ ὑφεστάναι δὲ καθ᾽ αὑτὰ, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἶναί φασιν· οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνον, ὃν ὑμνοῦντες λέγουσι Κέκλυθι κύδιμ᾽ ἀριθμὲ πάτερ μακάρων πάτερ ἀνδρῶν, οὐδὲ ὄναρ Ἵππασος ἀφωρίσατο παράδειγμα πρῶτον ὑπάρχειν τῆς κοσμοποιίας*[e] ubi verbum *ὑμνεῖν* non pro decantare sed propria significatione positum est, ut ex aliis intelligitur. Proculus in Tim. L. III. p. 269. *πρόεισι γὰρ ὁ θεῖος ἀριθμός, ὥς φησιν ὁ Πυθαγόρειος εἰς αὐτὸν ὕμνος, μονάδος ἐκ κευθμῶνος ἀκηράτου ἔςτ᾽ ἂν ἵκηται τετράδ᾽ ἐπὶ ζαθέην, ἣ δὴ τέκε μητέρα πάντων, πανδοχέα, πρέσβειραν, ὅρον περὶ πᾶσι τιθεῖσαν, ἄτροπον, ἀκάματον, δεκάδα κλείουσί μιν ἁγνήν.* Et L. III. p. 155. *ὁ Πυθαγόρειος ὕμνος ἔλεγεν, ὅτι πρόεισι μὲν μονάδος ἐκ κευθμῶνος ἔςτ᾽ ἂν ἵκηται τετράδ᾽ ἐπὶ ζαθέην·* et L. V. 331. *ὁ Πυθαγόρειος ὕμνος Πανδεχέα πρέσβειραν* et cetera usque ad *ἁγνήν.* cujus hymni

[e] *Οἱ περὶ Ἵππασον ἀκουσματικοὶ ἀριθμὸν εἶπον παράδειγμα πρῶτον κοσμοποιίας* Jamblich. Arithm. p. 11. C. qui circa Hippasum, numerum esse dicunt exemplar primum fabricationis mundi Syrian. in Metaph. XII. 85. b. Ficin. in Plotin. Enn. VI. L. VI. 11. 681.

lacinias plures servavit Proculus [f] hoc ordine componendas:

προϊὼν πᾶς θεῖος ἀριθμὸς
μουνάδος ἐκ κευθμῶνος ἀκηράτου, ἔςτ' ἂν ἵκηται
τετράδ' ἐπὶ ζαθέην· ἣ δὴ τέκε μητέρα πάντων
πανδεχέα, πρέσβειραν, ὅρον περὶ πᾶσι τιθεῖσαν
ἄτροπον, ἀκαμάτην, δεκάδα κλείουσί μιν ἁγνήν [g].
[ἀθάνατοί τε θεοὶ, χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι]

Syrianus in XII. Met. p. 59. b. procedit enim divinus numerus ex latebra unitatis immortali, quousque veniat ad divinum quaternarium, qui certe peperit matrem antiquam omnia recipientem, terminum cunctis imponentem, innumerabilem (immutabilem) decadem ipsam vocant venerandam immortales dii et terrigenae ho-homines. Dicta est igitur universitas more Pythagorae et Orphei, unde versibus

[f] L. III. p. 212. *μονὰς μὲν ὁ νοῦς ὡς ἀμερής, δεκὰς δὲ ὁ κόσμος, ἡ δὲ ψυχὴ τετράς, διὸ καὶ πᾶς θεῖος ἀριθμὸς μονάδος ἐκ κευθμῶνος προῆλθε τετράδ' ἐπὶ ζαθέην, ἣ δὴ τέκε μητέρα πάντων ἄτροπον, ἀκάματον, δεκάδα κλείουσί μιν ἁγνήν.* et in L. II. p. 96. *εἰς τ' ἂν* (sic) *ἵκηται προϊὼν ὁ θεῖος ἀριθμὸς μονάδος ἐκ κευθμῶνος πανδεχέαν* (sic) *πρέσβειραν ὅρον περὶ πᾶσι τιθεῖσαν ἄτροπον ἀκαμάτην δεκάδα κλείουσί μιν ἁγνήν. Πανδεχέα* non *πανδοχέα* legendum videtur, quo propius decadis nomen ad similitudinem verbi *δέχεσθαι* accedat, unde Pythagorei, nomina rerum simulacra putantes vocabulum illud derivabant. Philo de Decat. p. 747. C. *δοκοῦσί μοι οἱ πρῶτοι τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασι θέντες εἰκότως αὐτὴν προςαγορεῦσαι δεκάδα ὡσανεὶ δεχάδα οὖσαν* etc. quo adjectivo utitur Eustathius p. 1131. 20. Indidem fluxere reliquorum numerorum interpretationes, *τέσσαρα* a *ταράσσειν* Jo. Diacon. ad Theog. v. 1. p. 453. vel *τετράς* pro *τετλάς* dici, ut cubi similem Nicom. Theol. Arith. IV. 4. 23. *πεντάς* sive doricum *πεμπάς* ab *ἕν* et *πᾶς* Etym. Gud. p. 459. *ἑπτάς* quasi *σεπτάς* a religione numeri Philo de Opif. Mund. p. 28. E. *τριάς* quia *ἀτειρής* Etym. Gud. 534.

[g] Haec illustrat Kepplerus Harmon. Mund. L. III. p. 6. Prioribus similis sententia ap. Procl. in Parmen. L. VII. 215. *ἐκ μιᾶς ἑνάδος πάσης θεότητος ὑπέστη πᾶς θεῖος ἀριθμός.*

a Proclo allatis addidi extremum Ἀθάνατοι — ἄνθρωποι, Hesiodum imitatus. Plures non extant, ut mea quidem memoria est; neque horum certus auctor proditur sed in commune Pythagorei hoc hymno uti perhibentur. Itaque nulla causa est, cur senarium illum, quem Lydus Orpheo tribuit, nos autem propter adjunctum ei hemistichium ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικε hymno Pythagorico adscripsimus, a Pythagora ipso editum et Ἱερῷ λόγῳ insertum putemus.

§. 2.

Praeterea plures fuerunt Ἱεροὶ λόγοι Samio philosopho inscripti; unus, quem Jamblichus CLII. p. 318. verbis parum apertis ἐν τοῖς Λατίνοις ἀναγινώσκεσθαι dicit; unde plura de castimoniis affert et de diebus sacrificalibus praecepta cum numerorum religione conjuncta; qua dialecto usus sit scriptor et quo genere dicendi, tacitum relinquit. Ab hoc sine dubio diversus fuit is ἱερὸς λόγος, quem solum Heraclides Pythagorae nominatim adscribit, ab hoc exordio inductum: Ὦ νέοι ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίης τάδε πάντα, unde colligitur, nutheteticum hoc fuisse carmen quo praecepta virtutis potius et pietatis, quam arcana numerorum traderentur [a]. Eorum neutrum credi-

[a] Ex hoc fortasse sumti sunt versus Pythagorae, quos Justinus servavit de Monarch. p. 105. C.

Εἴ τις ἐρεῖ θεός εἰμι πάρεξ ἑνὸς, οὗτος ὀφείλει
κόσμον ἴσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν, ἐμὸς οὗτος,
κοὐχὶ μόνον στήσας εἰπεῖν ἐμὸς, ἀλλὰ κατοικεῖν
αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε, πεποίηται δ' ὑπὸ τοῦδε.

bile est a quoquam Orpheo adscriptum esse; illum, quem Latini legerunt, ipsa peregrinitas suspicione eximit, hunc dialectus; nam Orpheum, si quid de numeris scripsit, dorice scripsisse ostendit nomen *κλαδοῦχος*[b], ortum illud in schola Pythagorica ut pleraque numerorum vocabula *Δαμάτηρ*, *Κορυφαγενής*, *Ἀγεμόνεια* etc. Tertius liber hoc elogio insignitus de numeris fuit et dorico sermone conscriptus sed prosaice, cujus initium refert Jamblichus V. P. c. 28. p. 306. *λόγος ὅδε*[c] *περὶ θεῶν Πυθαγόρα τῶ Μνασάρχω, τὸν ἐξέμα-*

Edit. Grab. c. III. 169. Huic perquam simile fuit carmen, unde complures versus protulit Didymus in libris de Trinitate,

> *Ἀθάνατος δὲ θεὸς, παναγήραος, ἀστυφέλικτος,*
> *ἄῤῥητος κρυφίοις ὑπὸ δήνεσιν αὐτογένεθλος,*
> *τίκτων αὐτὸς ἑαυτὸν ἀεὶ νέον, οὔ τι ποιητός.*
> *αὐτὸς ἀληθείης γενέτης σοφὸς, αὐτὸς ἀληθής.*

L. III. 2. 322. Idem c. 18. 396.

> *Ἀθάνατος δὲ θεὸς πανυπέρτατος, αἰθέρι ναίων,*
> *ἄφθιτος, ἀστυφέλικτος, ἀΐδιος, αἰὲν ὅμοιος*

et c. I. 324.

> *Οὐ γὰρ ἀπ' ὠδῖνος θεὸς ἄμβροτος, οὐδ' ἀπὸ κόλπων*
> *νηδύος ἐκ λοχίης φάος ἔδρακεν, ἀλλὰ νόοιο*
> *ἀῤῥήτῳ στροφάλιγγι κυκλούμενος αὐτολόχευτος*
> *γίνεται ἐξ ἔθεν αὐτὸς ἐὼν γενέτης τε καὶ υἱός.*

et plura hujusmodi partim heroicis numeris partim elegiacis inclusa, quorum auctor nominatur nullus sed *οἱ ἔξω*, *οἱ Ἕλληνες*, *οἱ τῶν Ἑλλήνων λογάδες*, qui verborum et sententiarum conformatione proxime accedunt ad similitudinem oraculorum ficticiorum, quibus scriptores Christiani suas de deo opiniones comprobant.

[b] Metrodorus, qui Orpheum dorica dialecto usum dicit, Jambl. CCXLIII. 476. dubito an Orphei carmen doricum legerit; nam tota ejus disputatio de hujus dialecti antiquitate temeraria est. cf. Paus. II. 37. Hodie nihil ejusmodi restat; nam quod Heerenius versus a Stobaeo servatos I. p. 68. Orphei esse putat, probari nequit. Warburtoni conjectura De Leg. Mos. III. P. II. 171. Argonautica et Hymnos a librariis e dorica dialecto in communem translata esse, homini mediocriter docto ne furtim quidem obrepere potest.

[c] *Λόγος* addidi a praecedente *λέγει* absumtum. Nota sunt exordia: *Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε.* Ion in Triagmis: *Ἀρχὴ ἥδε μοι τοῦ λόγου*, et alii complures: *Τάδε συνέγραψε Ζωροάστρης ὁ Ἀρμένιος* Clemens Strom. V. 771. *Τόδε συνέγραψεν Ὄκελλος ὁ Λευκανός* — *Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα* — *Στρυαγγαῖος*

θον ὀργιασθεὶς ἐν Λειβήθροις Ἀγλαοφάμω τελετὰς μεταδιδόντος· ὡς ἄρα Ὀρφεὺς ὁ Καλλιόπας κατὰ τὸ Πάγγαιον ὄρος ὑπὸ τᾶς ματρὸς πινυσθεὶς ἔφα, τὰν ἀριθμῶ ἐσίαν ἀΐδιαν ἔμμεν ἀρχὰν προμαθεστάταν τῶ παντὸς ὠρανῶ καὶ γᾶς καὶ τᾶς μεταξὺ φύσιος ῥίζαν. Hoc libro, quem Jamblichus etiam περὶ θεῶν, ut in ipso exordio legitur, inscriptum et a nonnullis Telangi vindicatum esse docet, Proculus sine ulla fraudis suspicione ad res maximas utitur: ἅπασα ἡ παρ' Ἕλλησι θεολογία τῆς Ὀρφικῆς ἐστι μυσταγωγίας ἔκγονος, πρῶτον μὲν Πυθαγόρου παρὰ Ἀγλαοφήμου τὰ περὶ θεῶν ὄργια διδαχθέντος, δευτέρου δὲ Πλάτωνος ὑποδεξαμένου τὴν παντελῆ περὶ τούτων ἐπιστήμην ἔκ τε τῶν Πυθαγορείων καὶ τῶν Ὀρφικῶν συγγραμμάτων. Si antiquiores hunc librum cognitum habuissent, certe major Aglaophami et orgiorum Libethriorum foret celebritas, quae ante Jamblichum nemo commemoravit. Quaeri tamen potest an Ion sive potius Epigenes quum illa scriberet Πυθαγόρην ἔνια ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα, hoc ipsum significaverit, quod Pythagoras in exordio profitetur, se doctrinam de rerum principiis in mysteriis accepisse Orphicis. Hunc Pythagorae librum nominare videtur Hierocles in Aur. Carm. p. 165. πῶς δὲ τετρὰς ὁ θεὸς ὁ νοητὸς, ἐκ τοῦ εἰς Πυθαγόραν ἀναφερομένου Ἱεροῦ λόγου σαφῶς εὑρήσεις, ἐν ᾧ ἀριθμὸς ἀριθμῶν ὁ θεὸς

Ζαρινaίᾳ τάδε λέγει Damasc. Hist. I. p. 32. Ἀλκμαίων Κροτωνιήτης τάδε ἔλεξε Diogen. VIII. 83. Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθέεται etc. cf. Wyttenbach. ad Plut. Conv. Sap. p. 942.

ὑμνεῖται. Neque alium Crojus Specim. Conj. p. 19. a Nicomacho sub altero titulo citari putat in Theol. c. IV. 19. p. 17. ἐν τῷ δηλουμένῳ περὶ θεῶν συγγράμματι ὁ Πυθαγόρας οὕτως διορίζεται, τέσσαρες μὲν σοφίας ἐπιβάθραι, ἀριθμητική, μουσική, γεωμετρική, σφαιρική, obliteratis, ut saepe, doricae dialecti notis. Ad haec accedit Procuti testimonium in I. Euclid. Elem. p. 7. ὁ Πλάτων πολλὰ καὶ θαυμαστὰ δόγματα περὶ τῶν θεῶν διὰ τῶν μαθηματικῶν εἰδῶν ἡμᾶς ἀναδιδάσκει καὶ ἡ τῶν Πυθαγορείων φιλοσοφία — τοιοῦτος γὰρ ὁ ἱερὸς σύμπας λόγος· quanquam is Pythagoram non nominat, seu quia nil referebat, seu quia auctorem ambigi noverat. Quae dubitatio pertinet etiam ad Diodorum I. 98. qui universam fere doctrinam Pythagoricam ab Aegyptiis acceptam in sacro sermone exponi, re parum explorata, affirmat [d]. Sed Syrianus saepius et sine ulla haesitatione Pythagorae dubiam possessionem adjudicat in Met. XIII. p. 108. b. interminatam dualitatem, quam Chaos Pythagoras in sacro sermone vocavit associans eam intellectui. Idem p. 121. a. Pythagoras multa divina de septenario dicens ostendit, quo pacto natura per septem annos aut menses aut dies plurimas hujusmodi rerum perficit — — de omnibus numeris, qui sunt ab unitate usque ad denarium

[d] Hunc librum Meinersius in Hist. Doctr. T. I. p. 575. ab eo, cujus exordium Heraclides refert, nihil diversum putat; hic vero numeris adstrictus erat, ille solutus.

docens theologice simul et naturaliter versatur. Haec autem de illo libro accipienda esse elucet ex alio loco in XII. 83. b. aliter impartibilem unitatem determinant, a qua post procedit numerus unius ex latebra aeterna; aliter intellectualem, quam et Jovem appellari volunt. De quibus multi quidem veterum disseruerunt — — Si quis vero sacrum ipsum Pythagorae sermonem consequi posset, omnes ibi inveniet ordines et unitatum et numerorum ad unguem laudatos. et p. 71. b. Pythagoras ipse in sacro sermone formarum et idearum dominum esse numerum ipsum dixit. Hunc vero librum Orphicae doctrinae summam continere tum auctor ejus firmissime contendit, tum aliis persuasum est, ὡς τῆς Πυθαγορικῆς κατ᾽ ἀριθμὸν θεολογίας παράδειγμα ἐναργὲς ἔκειτο ἐν Ὀρφεῖ Jambl. l. c. p. 304. cf. Scheffer. de Const. Phil. Hal. c. IX. 95. Pythagoramque ipsum libro suo de diis scripto nomen Ἱεροῦ λόγου imposuisse, ὡς ἂν ἐκ τοῦ μυστικωτάτου ἀπηνθισμένῳ παρ᾽ Ὀρφεῖ τόπου. unde suspicari licet vocabula ista κλᾳδοῦχος, Κουρῆτις, αὐλομέλεια, non ex Orphei quodam carmine sed ex hoc sermone sacro Libethris accepto decerpta esse, atque ipsum Ionem, quum diceret Pythagoran ἔνια εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν, hunc significasse ἱερὸν λόγον, hisque verbis non illud declarari, quod vulgo putant, Mnesarchi filium libro cuidam suo subdole Orphei nomen inscripsisse, sed

ea, quae de numerorum vi divina doceret, praeceptori suo accepta retulisse. Neque tamen pertinaciter defendam nullum fuisse de numeris Orphei carmen, quem hujus doctrinae principem et parentem perhibere videtur Syrianus XII. 89. a. ubi Aristotelem Pythagoreorum et Platonis sententias prorsus pervertisse arguit, quae illi de ideali numero dixissent ad mathematicum transferendo, quo divinorum hominum oppugnaret denarios, „idealem numerum dicentium ut „mundanum exemplar et terminum omni„bus impositum — — — et hanc opinio„nem ab Orpheo et Musaeo recipientium" quanquam id quoque dubium est utrum literis an memoria successorum propagatum crediderit. Sed illud plane manifestum, Pythagorae Ἱερὸν λόγον qui fuit de numeris prosa oratione conscriptus, longe diversum esse a carmine eodem elogio insignito, quod Theognetus vel Cercops Orpheo subposuisse dicitur, neque quisquam veterum aut hunc aut duos alteros Pythagorae Ἱεροὺς λόγους in illum divinum poetam unquam transscriptos esse significat. Quo ostenso nihil superest morae, quo minus illos ἱεροὺς λόγους longa ambage per rhapsodias quatuor et viginti continuatos Theogoniae explicandae destinatos fuisse credamus seu totos seu certe majorem eorum partem. Neque, si quis Orphei verbis in Argon. 40. ἄλλα δέ σοι κατέλεξ' — ἠδ' ὅσσον Αἰγύπτῳ ἱερὸν λόγον ἐξελόχευσα, certum poetae carmen indicari existimet, conjecturae locus deerit, sive numerorum

rationem sive deorum originem hoc carmine traditum esse optet.

Cap. XII.

Ἱεροστολικά et Καταζωστικόν.

Quanquam ambo carmina nomine tenus, nec ultra nobis nota sunt, tamen commodum factu videbatur, si huc referremus versus a Macrobio allatos, quorum argumentum nominibus istis accurate respondet. Orpheus, inquit Sat. I. 18. Liberum atque Solem unum esse deum eundemque demonstrans de ornatu vestituque ejus in sacris Liberalibus ita scribit:

Ταῦτά γε πάντα τελεῖν ἱερῇ σκευῇ πυκάσαντα
σῶμα θεοῦ πλάττειν ἐριαυγοῦς Ἠελίοιο.
πρῶτα μὲν ἀργυφέαις ἐναλίγκιον ἀκτίνεσσι
πέπλον φοινίκεον πυρὶ εἴκελον ἀμφιβαλέσθαι.
αὐτὰρ ὕπερθε νεβροῖο παναιόλου εὐρὺ καθάψαι
δέρμα πολύστικτον θηρὸς, κατὰ δεξιὸν ὦμον,
ἄστρων δαιδαλέων μίμημ' ἱεροῦ τε πόλοιο[a].
εἶτα δ' ὕπερθε νεβρῆς χρύσεον ζωστῆρα βαλέσθαι
παμφανόωντα, πέριξ στέρνων φορέειν μέγα σῆμα,

[a] Hunc versum Kircherus Obelisc. Pamph. p. 253. nescio qua fide aut auctoritate ex Orphei Hymnis affert, ubi nihil simile legitur; sententia ipsa pervagatissima est. Diodor. I. 11. *Φασὶ δέ τινες καὶ τὸ ἔναμμα αὐτοῦ τὸ τῆς νεβρίδος ἀπὸ τῆς τῶν ἄστρων ποικιλίας περιῆφθαι.* Nonnus Dion. IX. 187. sacram nebridem *μιμηλὸν τύπον ἄστρων*, et XIV. 139. *ἀντίῤῥοπον ἄστρων* vocat. Sed Eustathio p. 1910. 20. ebriorum truculentiam significare videtur *ἡ παρδαλῆ, ἣν ἡ αἰνιγματικὴ σοφία φόρημα τῷ Διονύσῳ δίδωσι.* De vestitus sacerdotalis significatione symbolica Judaei quoque et Christiani doctores multum argutantur v. Braun. de Vest. Sacerd. Hebr. L. II. 26. p. 870. Eichhorn Einleit. in die Apokr. des A. T. p. 152.

[illegible]
χρυσείαις ἀκτῖσι βάλῃ ῥόον ὠκεανοῖο,
αἰγὴ δ' ἄσπετος ᾖ, ἀνὰ δὲ δρόσῳ ἀμφιμιγεῖσα
μαρμαίρῃ δίνῃσιν ἑλισσομένη κατὰ κύκλον
πρόσθε θεοῦ, ζώνη δ' ἄρ' ὑπὸ στέρνων ἀμετρήτων
φαίνετ' ἄρ' ὠκεανοῦ κύκλος μέγα θαῦμ' ἐσιδέσθαι.

Vossius in Epist. Mythol. T. III. p. 32. hunc locum ex Onomacriti *Τελεταῖς* transcriptum putat; si Macrobii verba religiosius interpretari volumus, e Bacchicis decerptum dicemus, quae Niciae tribuuntur, antiquo certe auctori; quanquam nobis totus orationis color et argumentum ipsum Oraculis Porphyrianis mirabiliter congruere videtur. Gesnerus in nota primo versui subjecta, Operosa, inquit, praeceptio de ornatu et vestitu sacerdotis, remotae antiquitatis et paene Mosaicae indicium. Fabulas Romanenses si legisset vir optimus, permulta ei hujus Mosaicae antiquitatis indicia occurrissent; qui enim Archimagus aut Exorcistes unquam conspectus est sine tutulo solari et stellata tunica et cingulo duodecim signis inscripto? Verum de ornatu et vestitu sacerdotis omnino non loquitur Orpheus sed de divini simulacri apparatione, qua de re multa praecipiuntur in oraculis ab Eusebio et Nicephoro servatis; sic enim Hecate canit:

Ἀλλὰ τέλει ξόανον κεκαθαρμένον, ὥς σε διδάξω,
πηγάνου ἐξ ἀγρίοιο δέμας ποίει ἠδ' ἐπικόσμει
ζώοισιν λεπτοῖσι κατοικιδίοις ἀσκαλαβώταις,

et rursus

Ἤδη μοι σύγε πάντα τέλει, ξόανον δὲ ἐν αὐτῷ
μορφή μοι πέλεται Δημήτερος ἀγλαοκάρπου

εἵμασι παλλεύκοις, περὶ ποσσὶ δὲ χρυσοπέδιλος,
ἀμφὶ δὲ τῇ ζώνῃ δολιχοὶ προθέουσι δράκοντες,

Euseb. Praep. Ev. V. 220. sq. Niceph. in Syn. p. 363. Haec autem praecepta ad consecrationem statuarum spectant sive, ut illi vocant artis nugatoriae magistri, *καθίδρυσιν συμβολικήν*. **Symbola** enim cujusque dei vocantur insignia[b], arcus Apollinis, Liberi Patris nebris, Mercurii talaria, et cetera de quibus Philo de Leg. ad Caj. p. 1005. E. *τὰ περίαπτα ταῦτα καὶ προκοσμήματα ξοάνοις καὶ ἀγάλμασι προσκαθίδρυται διὰ συμβόλων μηνύοντα τὰς ὠφελείας, ἃς παρέχονται τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων*, quorum causae ante oculos positae sunt. Recentiores autem Sophistae, ad omnia quae recta et simplicia sunt nauseantes, reconditas quasdam horum ornamentorum similitudines et significationes commenti sunt et ducta ex his deorum illicia; quippe per haec symbola statuis appensa has ipsas quasi animari et divino numine impleri. Sic Zosimus V. 41. quum narrasset Romanos ab Alarico obsessos redimendae salutis causa deorum statuas expilasse ornatuque suo exuisse, miserabiliter lamentatur *τὰ τελεταῖς ἁγίαις καθιδρυθέντα, ἐλαττωθείσης τῆς*

[b] Laureae coronae Apollinis **insignia** Justin. VIII. 2. thyrsus et nebris Bacchi Ovid. Met. VI. 598. **Insignia alienigenae religionis** Valer. Max. VII. 3. 8. sunt habitus Isiaci; *τὰ σύμβολα τῆς ἱερωσύνης* Heliod. VII. 8. 266. Sed haec aperta; obscurius illud: ad Coriolanum placandum mittuntur *ἱερεῖς καὶ θεραπευταὶ θεῶν ἔχοντες ἅμα αὐτοῖς τῶν θεῶν τὰ σύμβολα*. Dion. Hal. VIII. 38. **Antistites sacrorum** — **potentissimorum deûm proferebant insignes exuvias** Apulej. Met. XI. 245. et de Gen. Socr. 684. **deorum effigies et exuvias.** Festus: **Thensa, vehiculum argenteum, quo deorum exuviae in circum ad pulvinar vehebantur.** Hic dilucide imagines significat, nec dubito de prioribus.

ἀλλὰ χρόνος λήθη κατεχρήσατο καὶ κατέκρυψε.
νῦν τε τέχναι τε λόγοι τε νόμοι θ', ὅσα τ' ἔργα τέτυκται,
πάντα διὰ μνήμην διασώζεται ἀνθρώποισι [c].

Prior pars, cujus exitus alibi recurrit, explicatione nihil eget; postremam clariorem fore putabamus, si versus aliquot nostrae monetae interjecissemus:

Ἡ δὲ καὶ ἁρμονίην Μουσέων τά τε ὄργανα πάντα
μνημοσύνη πάντων πρῶτον πόρεν, ἧς ἀπάτερθεν
οὔτε τι δήναιον διεσώζετο, οὔτ' ἂν ἐφάνθη,
ἀλλὰ χρόνος λήθη — —

quibus sententiam poetae, non verba, reddere volui. Patet autem haec e Pythagorae mente dici, cujus praeceptum erat *τὴν μνήμην ἀσκεῖν* Diog. La. VIII. 6. Jamblich. V. p. XXIX. 166. consentiens illud, ut pleraque Pythagorea, Aegyptiorum scitis, qui, ut Herodotus ait II. 77. *μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέουσι μάλιστα*, et Platonis sententiae hanc deam prae ceteris praedicantis in Crit. p. 108. D. Neque id Apollonium fugit Tyaneum, qui ut Pythagorae similior videretur, Memoriae laudes hymno celebravit, cujus summa erat *πάντα ὑπὸ τοῦ χρόνου μαραίνεσθαι, αὐτόν γε μὴν τὸν χρόνον ἀγήρω καὶ ἀθάνατον εἶναι παρὰ μνημοσύνης* Philostr. V. Apoll. I. 14. quanquam id nonnullis aliter visum. Aristoteles Phys. Ausc. IV. 13. 90. *οἱ μὲν σοφώτατον ἔλεγον τὸν χρόνον, ὁ δὲ Πυθαγόρειος Πάρων* [d] *ἀμαθέστατον, ὅτι ἐπιλανθάνονται ἐν τούτῳ.* De Orpheo

[c] In primo versu Hermannus edidit *ταῦτα καί*.

[d] Simplicius ad h. l. p. 178. b. *οὗτος δ' ἔοικεν εἶναι οὗ Εὔδημος ἀνωνύμως ἐμνήσθη, λέγων ἐν Ὀλυμπίᾳ Σιμωνίδου ἐπαινοῦντος*

habemus etiam Olympiodori testimonium in Comm. ad Phileb. ap. Gesner. Fragm. Ined. p. 410. (510. H.) qui plures *μνήμας* enumerans, postrema, inquit, *ἡ θεὸς αὐτὴ, ἀφ᾽ ἧς πᾶσα ἡ ἰδιότης ἐπιγίνεται, εἴτε ἡ παρὰ τῷ Ὀρφεῖ Μνημώ, εἴτε καὶ ἄλλη τις οὖσα τυγχάνει*, quo in loco Stallbaumius *Μνήμη* scripsit p. 268. n. Ac mater ipsa Musarum *Μνήμη* vocatur in Epigr. I. Athenaei p. 257. T. II. Anall. *Μναμόνα* dorice in in codd. nonnullis Arist. Lys. 1247. et filiae Mnemonides Ovid. Met. V. 269. Auson. Griph. 30. a matre *Μνημώ*, ut puto; quanquam Grammatici de *Εἰδώ*, *Ὑψώ*, *Τιτώ*, *Ἀφρώ* et similibus disputantes illius formae mentionem omittunt, quae doricis adnumeranda videtur. Hesychius *Κινώ ἡ κίνησις Δωριεῖς*. Idem: *Ἀνθρωπὼ ἡ γονὴ παρὰ Λάκωσιν*. Iidem Venerem *Μερφώ* cognominavere, quo pro appellativo utitur Archytas [*] et *Περιβασώ*. v. Potter. ad Clem. Coh. p. 33. *Σιτώ* Cereris nomen apud Syracusanos Athen. III. 109. A. quorum ipsorum urbs *Συρακώ* Epicharm. Etym. M. p. 736. neque non *ὀπισαμβώ* doricum videtur,

τὸν χρόνον ὡς σοφώτατον, παρόντα τινὰ τῶν σοφῶν, εἰπεῖν τί δὲ κ. τ. λ. sed posse etiam apud Aristotelem pro participio accipi, quod Sextus c. Gramm. X. 266. perperam negat his verbis: *Ἄρχων, Ἄρχωνος μὲν γίνεται κατὰ πλάγιον πτῶσιν τὸ ὀνομαστικόν, ἄρχοντος δὲ τὸ μετοχικὸν, καὶ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον μένων, θέων, νέων, Μένωνος* (male Fabricius *Μένονος*) *τὸ ὀνοματικὸν, μένοντος δὲ ἡ μετοχή* etc. Ita sane *Πάρων Πάρωνος* Diod. XIX. 10. Sed contra hanc regulam *Ἀντιφέροντι* Aristot. de Memor. I. p. 80. *Φλέγοντα* Suid. s. *Θαλῆς* et saepius; *Μέδωνος* et *Μέδοντος* v. Anecd. Bekk. Ind. s. *Λάδων*.

[*] v. Lex. Hujus generis multa a poetis praesertim usurpantur, *γλιχώ, δοκώ, θελκτώ, θηλώ, λεχώ, μελλώ, πειθώ, πεύθω, φειδώ.* quae et actionem et personam significant.

quanquam in hoc genere multa reperiuntur facti-tia. Hesychius: *Γοργώ* (Cleomenis filia hoc nomine vocata Herodo. V. 51. et feminae Dorienses apud Aristophanem et Theocritum) *πέπλασται ὡς Ζηλώ, Χρυσώ.* Idem *Ἐμβλώ, παρὰ τὸ ἐμβλέπειν πέπλασται, ὡς ἡ Δωρώ καὶ ἡ Δεξώ.* Idem *Εἰδὼ, φρόνησιν, ὄψιν.* et *Δεξώ Κρατῖνος ὠνοματοποίησεν,* cujus poetae est etiam *Δωρώ* Arist. Eqq. 529. *Κερδώ διὰ τὴν κερδοσύνην, ὡς Εἰδώ, Ὑψώ* Schol. Eqq. 1077. Lais nomen *Μιλτώ* accepit Aelian. V. H. XII. 1. Salmonei filia *Τυρώ* Diod. VI. p. 10. T. IV. utrumque a colore; perinde *Θαλλώ, Καρπώ* et *Αὐξώ, Κοσμώ* et *Τραπεζώ* dearum et sacerdotum vocabula sunt naturalia. De positivis autem valet in universum nulla patronymica vel metronymica in hoc numero reperiri, neque Inachi filiam *Ἰναχώ* nominatam esse, ut Creuzero visum. v. Hermann. Ueber das Wesen und die Behandl. d. Mythol. p. 95.[f]. Nam si Clesonis cujusdam filia nomen *Κλησώ* habuit Paus. I. 42. id a patre quidem derivatum nec tamen patronymicum sed paronymon est, ut solebant Graeci nomina ejusdem familiae ab eadem stirpe ducere v. c. Lycophro, Lycurgus, Lycomedes, vel Thrasybulus Thrasonis, Eraton Erasiphontis, Erasistrati. Similiter quum nomina in *ω* desinentia a masculinis existerent *Βίτων, Βιτὼ* (*Βίτιννα*) *Ποτάμων, Ποταμώ* (v. Reisk. Anthol. Gr. p. 111.) vel ab Eratus, Erato, ut a *γυ-*

[f] *Ἰνὼ τὴν Ἰνάχου* Liban. Decl. T. IV. 24. Aelian. H. An. XI. 10. vulgatam Herodoti scripturam tuentur.

ῥῶγος Γυρινώ (Γύριννα. v. Toup. ad Longin. p. 511.) a Μέλισσος, Μέλισσα, Μελιξώ (Theocr.) a κάλλιστος Καλλιστώ Zonar. p. 450. Valck. in Call. Fragm. p. 150. accidere potuit ut Inachi cujusdam nomen Inacho acciperet non patronymicum sed simile paterno ut Nausiclis filia Nausiclea Heliodor. VI. 8. Nausonis Nauphante Arist. Eqq. 1314. Melanthis Melaena Schol. Aesch. Eum. 16. et parasiti Syracusani filiola Agathoclea denominata in honorem tyranni; quae nemo in patronymicis numerare sustinebit. Et pro paucis quae huc referri possunt, innumerabilia extant, quae nullo modo prorsus possunt, Themisto Hypsei et eodem nomine Critonis filia Polyaen. VIII. 46. Megisto Pelagontis Athen. XIII. 560. C. Comaetho Pterelai, Hyrnetho Temeni, Strymo Scamandri; Damo Pythagorae, Eryxo Batti, Crino Antenoris et centena ejusmodi.

Idem Diaconus ad v. 381. ἐν τῷ λεγομένῳ Κρατῆρι

Ἔστιν δὲ πάντων ἀρχὴ Ζεύς. Ζεὺς γὰρ ἔδωκε
ζῷά τ᾽ ἐγέννησεν, καὶ Ζῆν᾽ αὐτὸν καλέουσι
καὶ Δία τ᾽ ἠδ᾽, ὅτι δὴ διὰ τοῦτον ἅπαντα τέτυκται.
εἷς δὲ πατὴρ οὗτος πάντων θηρῶν τε βροτῶν τε [κ]

sive, ut Proculus ait in Crat. p. 56. *τὸ μὲν ὄνομα Δία τὴν δι᾽ οὗ αἰτίαν δηλοῖ, τὸ δὲ Ζῆνα τὴν ζωογονίαν.* Quam interpretationem sive Orpheus a Chrysippo mutuatus est (v Stob. Ecl. I. 26. 48.) sive Stoicorum princeps Orpheo suo abstulit,

[κ] In v. 1. cod. *ἔστι δὲ τῶν ἁπάντων*, unde *ἔστι δὲ συμπάντων* et alia elici possunt; in tertio *καὶ δ᾽ αὐτ᾽* legendum videtur, in postremo *θνητῶν τε θεῶν τε.*

neutri invidemus. Nomen autem carminis Crateres e Platonis psychogonia sumtum videtur et ab illa duplici temperatione, quarum in una deus omnem animum universae naturae permiscuit, ex altera residua parte mentes delibavit humanas[h]. Hunc *δεύτερον κρατῆρα* vocat Themistius Or. XXVI. 338. cf. VI. 77. D. multisque verbis obumbrat magis quam explanat Proculus in Tim. V. 314. nescio quid de Orpheo mussitans p. 316. Neque quidquam bonae rei affert Macrobius in Somn. I. 12. 66. Hoc est quod Plato notavit in Phaedone animum in corpus trahi nova ebrietate trepidantem, volens novum potum materialis alluvionis intelligi, quo gravata deducitur. Arcani hujus indicium est crater Liberi Patris ille sidereus, et hoc est, quod veteres Lethaeum fluvium vocaverunt, ipsum autem Liberum Patrem Orphaïci *νοῦν ὑλικόν* suspicantur intelligi. Quum Orphicorum carminum pars illa jam dudum interciderit, nihil moramur hujuscemodi interpretes, qui a veterum auctorum mente plerumque tantum aberrant, quantum a sacrae scripturae intellectu somniatores Apocalyptici.

[h] Locum splendidissimum praeter alios imitati sunt Lucian. Bis accus. XXXIV. 97. T. 7. Aristid. Or. I. p. 5. Arnobius II. 25. p. 66. Haec est anima illa docta, immortalis, perfecta divina, post deum principem rerum et post mentes geminas locum obtinens quartum et affluens ex crateribus vivis, quorum nullam partem intellexit Orellius.

Cap. XIV.

Ὅ ρ κ ο ι.

Jam supra, quum Testamenti et Sermonis sacri reliquias conquireremus, Justini locum apposuimus Cohort. XV. 78. *καὶ ἐν τοῖς Ὅρκοις οὕτως*

Οὐρανὸν ὁρκίζω σε θεοῦ μεγάλου σοφοῦ ἔργον,
αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς τὴν φθέγξατο πρῶτον,
ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς.

addita hac explicatione *τὸν λόγον αὐδὴν διὰ τὸ ποιητικὸν ὀνομάζει μέτρον*. Eosdem versus Cyrillus profert L. I. p. 33. A. *καὶ μὴν καὶ Ὀρφεὺς αὖθις οὕτω πού φησι Οὐρανὸν — βουλαῖς*, isque *αὐδὴν πατρός* interpretatur *τὸν μονογενῆ λόγον*. Cedrenus autem p. 20. Joh. Malela p. 30. (p. 10.) Chronici Alexandrini auctor et Suidas s. *Ἑρμῆς* hanc solemnem obtestationem Hermeti Trismegisto tribuunt, eoque utuntur pro trinitatis consubstantialis argumento. Chronicon quidem hoc modo p. 47. D. *Ἑρμῆς ἔφρασε τρεῖς μεγίστας δυνάμεις εἶναι· τὸ τοῦ ἀῤῥήτου καὶ δημιουργοῦ θεοῦ ὄνομα μίαν θεότητα εἶπεν εἶναι — διὸ καὶ ἐκλήθη ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων Τρισμέγιστος Ἑρμῆς. Ἐμφέρεται γὰρ ἐν διαφόροις αὐτοῦ λόγοις — περὶ θεοῦ φύσεως ταῦτα — Ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοῦ αἴτιος*[*] — *καὶ φωτὶ*

[*] *Ἓν μόνον ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ καὶ ἔστιν ἀεὶ νοῦς νοὸς φωτεινὸς καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν* Didym. de Trinit. II. 27. 302.

καὶ πνεύματι πάντα περιέχει etc. καὶ ταῦτα εἰρηκὼς ηὔξατο λέγων Οὐρανὸν ὁρκίζω θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον, ἵλεως ἔσο. Ὁρκίζω σε φωνὴν πατρὸς ἣν ἐφθέγξατο πρώτην (sic) ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἐστηρίξατο βουλῇ, φωνὴν πατρὸς ἣν ἐφθέγξατο πρωτίστην, τὸν μονογενῆ λόγον αὐτοῦ, a quo quidquid ceteri discrepant, indicatum est a Du Cangio Nott. p. 499. Suidas Trismegistum vocatum dicit, quod docuerit ἐν τριάδι μίαν εἶναι θεότητα καὶ ταῦτα εἰρηκὼς εὔξατο λέγων Ὁρκίζω σε οὐρανέ — in ceteris cum Cedreno congruens praeterquam in exitu Ὁρκίζω κατὰ τοῦ μονογενοῦς λόγου καὶ τοῦ πατρὸς τοῦ περιέχοντος ἅπαντα. Unde hos versus concinnavit Bentlejus Ep. ad Mill. p. 457.

Οὐρανὸν ὁρκίζω σε θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον,
ὁρκίζω σ' αὐδὴν πατρὸς, ἣν ἐφθέγξατο πρῶτον
ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑῇ στηρίξατο βουλῇ.

Trismegistum illum per intervalla satis orthodoxum ac ne Mosaicae quidem doctrinae rudem fuisse ostendit ejus ad Aesculapium oratio ap. Cyrill. II. 56. D. ὁ πάντων δημιουργὸς καὶ κύριος ἐφώνησεν οὕτως, ἔστω γῆ καὶ φανήτω στερέωμα, καὶ εὐθὺς ἀρχὴ τῆς δημιουργίας γῆ ἐγένετο — — Καὶ ἐν τῷ πρὸς Τὰτ λόγῳ φησὶν, ὁ τῶν πάντων κύριος εὐθέως ἐφώνησε τῷ ἑαυτοῦ ἁγίῳ καὶ νοητῷ καὶ δημιουργικῷ λόγῳ, ἔστω ἥλιος, καὶ ἅμα τῷ φάναι τὸ πῦρ τὸ ἄκρατον καὶ φωτεινότατον ἐπεσπάσατο ἡ φύσις etc. Sed versus facere ille non solitus est neque invitus senariolos istos, a Byzantiis literatoribus oblatos, Orpheo

repetenti cedet, quem ipsum mysterii divini cognitionem undecunde acceptam habuisse constat. Augustinus adv. Faust. L. XIII. 15. p. 185. E. T. VIII. **Sibylla porro et Orpheus et nescio quis Hermes et si qui alii vates vel theologi vel philosophi gentium de filio dei aut de patre deo vera praedixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam**[†]. Sed ut haec curiae sacrae vaframenta transmittamus, de sententia ipsa, quam Justinus Orpheo, posteriores Hermeti tribuunt, paululum dubitationis superest. Etenim hi accusativos *οὐρανόν* et *αὐδήν* modo vocativi loco positos putant, modo ut objectum remotius interpretantur **adjuro te per coelum**, quorum illud Hermeti convenientius videtur, hoc Orpheo Musaeum suum, quem omnibus locis appellare solet, aut alium initiatorum, cui doctrinae arcana commissurus erat, per coelum coelique effectorem obtestanti, aut ut fidem haberet dictis aut ne enuntiaret audita; quo pacto Alexander Trallianus verbum *ὁρκίζειν* cum duplici accusativo conjungit *ὁρκίζω σε τὸ ὄνομα τὸ μέγα Ἰαώθ, Σαβαώθ* etc. Possum hoc, quod intelligo, non melius illustrare, quam si formulam adjurationis, qua veteres Archemistae usi sunt, huc transposuero e libro Isidis transscriptam a Borrichio in Hermet. Sap. p.

[†] Si sunt aliqua, ut fama est, Sibyllae de Christo praesagia aut Orphei, Fausti verba sunt ibid. c. 17. 187. A.

47. ὁρκίζω σὲ εἰς οὐρανὸν, γῆν, φῶς καὶ σκότος, ὁρκίζω σὲ εἰς πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν, ὁρκίζω σὲ εἰς Ἑρμῆν καὶ Ἄνουβιν καὶ τὸν νεκρῶν δράκοντα φύλακα, ὁρκίζω σὲ εἰς πορθμίον ἐκεῖνο καὶ Ἀχαίροντα (sic) ναυτίλον, ὁρκίζω σὲ εἰς τὰς τρεῖς ἀνάγκας καὶ μάστιγας καὶ ξίφος [a] — — μηδενὶ παραδιδόναι εἰ μὴ μόνον τέκνῳ ἢ φίλῳ γνησίῳ. Sic etiam Porphyrius in principio libri περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας lectores orat obtestaturque ne quid eorum, quae accepturi sint, ullo modo divulgari patiantur Euseb. Pr. V. 5. 189. C. neque minore gravitatis affectatione Vettius Valens in nota MS. ap. Seldenum de Synedr. L. II. 11. 1458. et Salmas. de Ann. Climact. p. 788. τοὺς τὰς παραγγελίας ἡμῶν πυθομένους ὁρκίζω ἡλίου μὲν ἱερὸν κύκλον καὶ σελήνης ἀνωμάλους δρόμους — ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα ἔχειν [b], tenuitque adhuc

[a] Excidisse videtur πῦρ id est lamina vel taeda in quaestionibus adhibita, ut ap. Xenoph. Ephes. II. p. 26. ξίφη καὶ βρόχους καὶ πῦρ, aliisque locis a Dorvillio ad Charit. p. 377. collectis. Vulgari proverbio celebrantur τὰ τρία κακά Suid. et Phot. s. Τῶν τριῶν. hoc est, carcer, cicuta, exilium Schol. Arist. Rana. 546. vel τὰ τρία τῶν εἰς τὸν θάνατον laqueus, gladius, praecipitatio. v. Pricaeus ad Apulej. Met. IV. p. 229. ed. Oudend. sive βρόχος, κώνειον, ξίφος. v. Vales. ad Hesych. s. Τὰ τρία Θηραμένους. Appianus Mithr. LXXXII. 765. διεφθείροντο ξίφεσι καὶ φαρμάκοις καὶ βρόχοις, quae tria genera ap Lucian. Quom. Hist. §. 25. 187. opponuntur morti tragicae. Diod. XIX. 11. εἰςέπεμψαν αὐτῇ ξίφος καὶ βρόχον καὶ κώνειον, atque hinc dicitur etiam illud διὰ τριῶν ἀπόλλυμαι, quod falso ad triagmos palaestricos referunt. Tria crimina Ὕβριν, βλάβην, θάνατον numerat Hippodamus Aristot. Rep. II. 5. 62. Suidas s. Συνθήματα, τρία ἐγκλήματα παραβασίας, βωμός, πίστις, ὅρκος quae omnia religiosam quandam ternarii observationem ostendunt, partim a natura profectam partim consuetudine receptam.

[b] Hunc et paucos alios Hippocratis et Alexandri locos contulit Meibom. ad Jusjur. XII. p. 105. Plura fortasse (nam liber in promtu non est) Grunerus in Isidis Christiani jusjurandum chemicum Jen. 1807. Christiani oratores veteris Ecclesiae saepe hac arcani simulatione utuntur eaque quae audientium animis maxime insigni-

recentiore memoria, ut mysticarum sapientiarum venditatores hac solemni adjuratione lectorum fidem adstringerent. Agrippa de Nettesheim de Occult. Phil. L. III. c. 2. 211. sq. „Quicunque „igitur in hac scientia studere affectas, tam sa„crum dogma intra secreta religiosi pectoris tui „penetralia silentio legito. Sermonem enim tanta „numinis majestate plenissimum, ut inquit Mercu„rius, irreligiosae mentis est multorum publicare „conscientiae et divinus Plato praecepit non esse „populo invulganda, quae sacra et arcana in my„steriis sunt, Pythagoras quoque et Porphyrius „sectatores suos silentio religioso consecrabant; „Orpheus vero etiam ab his, quos sacrorum cere„moniis initiabat, silentii jusjurandum cum terri„bili quadam religionis auctoritate exegit, ne re„ligionis sacra prophanis auribus proderentur, „unde in carmine de verbo sacro canit

„Vos qui virtutem colitis, vos ad mea tantum
„dicta aures adhibete animosque intendite vestros."

et cetera, quae a Simphoriano [c] iisdem verbis in latinum conversa sunt sermonem. Quae praeterea de Orpheo narrat, a Firmico sumsit L. VII. Praef. p. 493. Quum ignotis hominibus Orpheus sacrorum secreta aperiret, nihil aliud ab iis, quos initiabat, in primo vestibulo nisi jurisjurandi necessitatem

re volunt, sileri jubent: similiterque Proculus in re minime secreta Polit. p. 407. ταῦτα, inquit, ὦ φίλοι, μνήμη κεχαρίσθω τοῦ καθηγεμόνος. ἐμοὶ μὲν ὄντα ῥητὰ πρὸς ὑμᾶς, ὑμῖν δ' ἄῤῥητα πρὸς τοὺς πολλούς.

[c] v. supr. C. II.

nam terribili auctoritate religionis exegit, ac profanis auribus religionis secreta produntur.

Eandem fere fabulam iterat Kircherus Arithmol. p. 271. „Orphaeus quoscunque divinam „volebat monstrare justitiam, per octonarium ju„rare consueverat, per quem et rerum summae „dicebat Evander, scilicet ignem, aquam, terram, „coelum, solem, lunam, Mythram et Noctem in„digitando; in columna quoque hieroglyphica, te„ste Diodoro, octo numina ponebantur, Saturnus, „Rhea, Osiris, spiritus, coelum, luna, nox, dies." Fons horum omnium est Theonis locus in Mathem. c. 48. p. 164. sq. Ἔπειτά φασιν· ὀκτὼ τοὺς πάντων κρατοῦντας εἶναι θεούς, ὡς καὶ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔστιν εὑρεῖν·

Ναὶ μὴν ἀθανάτων γεννήτορας αἰὲν ἐόντας,
πῦρ καὶ ὕδωρ, γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἠδὲ σελήνην
ἠέλιόν τε Φάνητα μέγαν καὶ νύκτα μέλαιναν.

ἔν τε Αἰγυπτίᾳ στήλῃ φησὶν Εὔανδρος εὑρίσκεσθαι γραφὴν Βασιλέως Κρόνου καὶ βασιλίσσης Ῥέας· πρεσβύτατος πάντων Ὄσιρις θεοῖς ἀθανάτοις, πνεύματι καὶ οὐρανῷ, ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ γῇ καὶ νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ καὶ πατρὶ τῶν ὄντων καὶ ἐσομένων ἐρῶ τε μνημεῖα τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς βίου συντάξεως, quorum postrema pars aliquid difficultatis habet. Pro ἐρῶ τε Reinesius Inscr. Class. I. n. 219. Ἔρωτι substituit, quod probat Fleetwoodius in Syllog. p. 3. et tacite sequitur Ja-

blonskius Panth. Prolegg. LXX. comparans Orphicos versus

Πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθὴρ νύξ τε καὶ ἦμαρ
καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής.

in quibus octo divinas naturas consociari animadvertit; Et hinc, inquit, illud Pythagoreum est apud Zenob. V. 78. *Πάντα ὀκτώ· Εὔανδρος ἔφη ὀκτὼ τοὺς πάντων εἶναι κρατοῦντας θεοὺς, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, οὐρανὸν, σελήνην, ἥλιον, Μίθραν, νύκτα*, ubi non dubitat quin pro *Μίθραν* scribendum sit *ἡμέραν*, eoque nomine significari Phanetem Orphicum. Verum haec viri egregii disputatio plus una parte vacillat. Primum in disticho Orphico non octo dii seorsum enumerantur sed partes aut species dei omnium rerum naturas complexi, neque illi versus separatim positi quidquam significant, sed cum ceteris, qui antecedunt, continuandi sunt (v. P. II. C. V. Fr. VIII.) Deinde in stele Aegyptiaca pro *ἐρῶ τε* non *Ἔρωτι*, sed *ἀῤῥήτῳ* scribendum videtur, quo nomine nihil convenientius deo patri. Postremo dii, qui in stele nuncupantur et quos Orpheus in jurejurando testatur ne iidem quidem sunt omnes, sed illa spiritum et rerum omnium patrem exhibet, hic ignem et aquam. Quin de numero quoque disceptari potest; nam in Orphico versu nomen Phanes Solis epitheton esse et in toto carmine non octo, ut Theoni placet, sed septem dii enumerari videntur. Itaque cadunt omnia, quae Jablonskius illo loco de Aegyptiorum, Orphicorum et Pythagoreorum consensu disserit, quorum po-

strenuos deorum quandam Ogdoadem constituisse neque Theo dicit neque aliunde constat. Orphei dii genitales sunt ii, qui omnibus rebus causas nascendi et crescendi praebent, quos alii aliter appellant. Festus: Genitales[d] deos dixerunt aquam, terram, ignem, aerem; duodecim quoque signa, lunam et solem inter hos deos computabant[e]. Menander p. 196.

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας,

ubi plura similiter dicta conferunt interpretes et Grysar. de Doriens. Comoed. p. 123. praetermisso Gronovio, qui Epicharmum Persarum sententiam magis quam suam his versibus expressisse putat ad Herod. I. 131.

De Kircheri testimonio nullum verbum adjiciam; hic enim more Jesuitico, quidquid tractat, adulterat; neque admonitione opus videtur, Orphicos versus a Theone recitatos juramento Pythagorico *Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ* — aliquatenus similes sed ab exorcismo Justiniano plane diversos esse, utrumque autem locum non inter carmina Orphei sed inter carminum particulas referri debere. De Peplo, Sphaera, Soteriis, Teletis quae inveniri potuerunt, supra exposita sunt.

[d] Sic etiam Bentlejus emendat pro Geniales ad Horat. Carm. Sec. v. 16.

[e] In Genes. XV. 16. *σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου ἐν εἰρήνῃ*, nonnulli patrum nomine ideas archetypos, alii astra, alii quatuor corpora prima *ἐξ ὧν συνέστηκεν ὁ κόσμος* significari crediderunt. Philo Quis rer. div. haer. p. 520. C. Hi sunt Orphei *γεννήτορες*, Festi Genitales, sed hominum potius quam deorum.

Cap. XV.

Ὕμνοι.

Quoniam Orpheum hymnos composuisse constat (v. P. I. c. 6. N. XXXIV.) in hunc locum omnia congregare placuit, quae cum illo genere carminum plus quam cum reliquis similitudinis habere videantur.

I. Macrobius Sat. I. 23. Solem esse omnia et Orpheus testatur his versibus:

Κέκλυθι τηλεπόρου δίνης ἑλικαυγέα κύκλον
οὐρανίαις στροφάλιγξι περίδρομον αἰὲν ἑλίσσων
ἀγλαὲ Ζεῦ Διόνυσε, πάτερ πόντου, πάτερ αἴης,
Ἥλιε παγγενέτορ, Πὰν αἰόλε, χρυσεοφεγγές [a].

II. Gregorius Naz. Or. III. 104. A. [Stel. I. p. 72. ed. Montac.] *Ὀρφεὺς παρίτω μετὰ τῆς κιθάρας καὶ τῆς πάντα ἑλκούσης ᾠδῆς· ἐπιβρεμέτω Διὶ τὰ μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ τῆς θεολογίας ῥήματα καὶ νοήματα*

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν εἰλυμένε κόπρῳ

ὅση τε μηλείῃ, ὅση τε ἵππων, ὅση τε ἡμιόνων· ἵν' ἐντεῦθεν, οἶμαι, δειχθῇ τὸ ζωογόνον τοῦ θεοῦ καὶ φερέσβιον. Sed verius, ut videtur Nicolao Loensi Epiphyll. L. II. c. 1. Philostratus Pampho auctorem nominat in Heroicc. II. 19. 693. *Ὀρ-*

[a] Vulgatum, *παναιόλε* quod correxit Gesnerus et recte quidem, Barkerus in Steph. Thes. T. I. p. 262. defendit, improbante Hermanno in Cens. p. 247. Opusc. T. II. ubi quod v. 3. *πάτερ κόσμου* scriptum est, fortuitum videtur. Totum carmen hymnis adnumerandum esse, haud confidenter affirmabo. Si versus, qui in Argonn. leguntur 335 — 346. soli superessent, facile eadem suspicio existeret.

φέα ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ τὴν θεολογίαν ὑπερῆρεν (Ὅμηρος) — — Καὶ μὴν καὶ Πάμφω σοφῶς μὲν ἐνθυμηθέντος ὅτι Ζεὺς εἴη τὸ ζωογονοῦν καὶ δι' οὗ ἀνίσταται τὰ ἐκ τῆς γῆς πάντα, εὐηθέστερον δὲ χρησαμένου τῷ λόγῳ καὶ καταβεβλημένα ἔπη ἐς τὸν Δία ᾄσαντος [ἔστι γὰρ τὰ τοῦ Πάμφω ἔπη . . . . . .

. . . Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, θεῶν, εἰλυμένε κόπρῳ [b]
μηλείῃ τε καὶ ἱππείῃ καὶ ἡμιονείῃ.

τὸν Ὅμηρόν φησιν ἐπάξιον τοῦ Διὸς ᾆσαι ὕμνον etc. Versus illos quicunque fecerit, si serio haec dixit, certe ridiculus est, si ridiculi causa [c] Stoicorum dogma cavillatur, quod idem Orpheo placuit (v. P. III. c. 9.) displicet autem Galeno Quod qual. incorp. c. VI. p. 65. T. II. popularibus argumentis contra pugnanti: διὰ μὲν ἀνδρὸς ἄῤῥων ἐστὶ δηλαδὴ ὁ θεὸς, διὰ δὲ αἰσχροῦ γνώμης αἰσχροποιὸς, διὰ δὲ λίθων καὶ ξύλων ἄψυχος γενόμενος, διὰ δὲ κοπρίου βδελυρὰ φύσις· nec facetius Tatianus adv. Graec. p. 143. ὁ θεὸς ἐν ἀμάραις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀῤῥητουργοῖς παραγίνεται. Et Stoici ipsi fortasse pinguius loquuti sunt. Clemens Cohort. p. 44. τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς παρελεύσομαι διὰ πάσης ὕλης καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης τὸ θεῖον διήκειν λέγοντας. Lucian. Hermot. 81. p. 109. T. IV. ἀκούομεν δὲ αὐτοῦ λέγοντος ὡς καὶ

[b] Sic dudum Wesselingius ad Herod. p. 106 pro εἰλημένε. cf. Boisson. ad Philostr. p. 469.

[c] Similiter quidam splendidissimos Arati versus, quibus eadem sententia subjecta est, in parodias verterunt. v. Jacobs. ad Anthol. Vol. II. P. II. 420. Emend. in Athen. p. 262. plures autem imitati sunt Liban. Or. ad Julian. T. I. 371. Dio Chr. Or. LXXIV. 400. Aristid. Or. III. p. 22.

ὁ θεὸς οὐκ ἐν οὐρανῷ ἐστιν, ἀλλὰ διὰ πάντων πεφοίτηκε — ἄχρι καὶ τῶν ἀτιμοτάτων. Alexander Aphr. de An. p. 145. a. ἐν τοῖς φαυλοτάτοις τὸ θεῖον εἶναι, ὡς τοῖς ἀπὸ τῆς στοᾶς ἔδοξε. Sextus Hyp. III. 24. 182. καὶ διὰ τῶν εἰδεχθῶν διήκειν. Haud dissimilis irrisio Manichaeorum, dei partem ligatam et inquinatam teneri in omnibus animalibus fructibusque, in cucumeribus, in melonibus et radiculis et porris, et ei subveniri quum ab electis Manichaeorum ista eduntur. Prosperi Anathem. p. 612. T. III. Gall.

III. Versus, quem Gesnerus Fr. XXXIV. e Diacono affert

Εἰνοδίαν Ἑκάτην κλῄζω τριοδῖτιν ἐραννήν.

est ex Hymnis dudum editis H. I. et quem e Stobaeo Fr. XXIX.

Ἀλλὰ θεοὶ σοφίης ἐριλαμπέος ἡγεμονῆες
κέκλυτε.

Proculi ex Hymno Musarum v. 30. ut Tyrwhittus et Hermannus adnotant. Nec Stobaeus hunc Orpheo tribuit sed nota marginalis.

IV. Idem valet de iis quae Steuchus De perenn. philos. VIII. 23. 189. in Orphei hymno in Titanes legi dicit

Δειμαίνουσι δὲ σεῖο θοῆς μάστιγος ἀπειλὴν
δαίμονες ἀνθρώπων δηλήμονες ἀγριόθυμοι

et caetera; sunt enim Proculi in H. in Sol. v. 27. cujus hymni in Codd. Orphicis subjecti leguntur; quae fortasse causa fuit cur Kircherus et alii octo-

ginta quatuor hymnos numerent; quanquam in cod. Aug. Thryllitii in Orph. Lectt. silv. p. 11. superest exordium hymni, qui neque Procli est neque Orphei.

Cap. XVI.

Περὶ φυτῶν, βοτανῶν, φαρμάκων.

Super his rebus Orpheum aliqua conscripsisse, multorum indiciis confirmatur. Aetius L. 1. c. 6. p. 10. b. *Ὀρφεύς φησι, δίδου τοῖς αἱμοπτοϊκοῖς τοῦ χυλοῦ τῆς ἐλελισφάκου κοκκία δύο — τοῖς δὲ φθισικοῖς, φησίν, κατασκεύαζε καταπότια οὕτως* etc. Idem c. 10. p. 12. b. *Ὀρφεύς φησιν ὅτι ὁ χυλὸς αὐτῆς (καλαμίνθης) σὺν ἴσῳ ῥοδίνῳ μετὰ ψιμμυθίου λειωθεὶς — τὰ πυρίκαυτα θεραπεύει.* Alexander Trallianus medicamentum epilepticorum commendat L. I. 15. p. 81. ed. Goup. *ἐκ τῶν παρακειμένων ἐν τοῖς Στράτωνος, λέγει δὲ Ὀρφέως εἶναι.* Plinius in Indice libri vigesimi octavi, quo continentur medicinae ex animalibus, praeter alios scriptores, in consilium adhibuisse se dicit Orpheum qui Diophios, Archelaum, qui item; pro quo Harduinus *Διφυεῖς* reponit, Reinesius *Ἰδιοφυεῖς*, proxime vero. *Ἰδιοφυῆ* enim Archelai nota sunt ex Athenaeo [a] Diogene II. 17. et Schol. Nic. Ther. 822. eodemque titulo usus

[a] Mendosam scripturam *ἐν Ἰδιοφυέσσι* Schweighaeuserus primum non animadvertit, animadversam parum callide defendit in Ind. Script.

est Ptolemaeus, cujus ex Ἰδιοφυέσιν [b] quatuor versus proferuntur in V. Arati p. 270. Petav. Is autem sine dubio est Evergetes secundus, rerum mirabilium curiosissimus investigator, idemque, puto, ab Antigono Carystio significatur his verbis c. XXIII. Ἀρχέλαος Αἰγύπτιος τῶν ἐν ἐπιγράμμασιν ἐξηγουμένων τὰ παράδοξα τῷ Πτολεμαίῳ. Nam quod Vossius et Jonsius Antigonum ad tempora Ptolemaei primi revocant, nimis urgere videntur Aristoclis testimonium, qui illum non Pyrrhonis sed Pyrrhoniorum vitas scripsisse et κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους vixisse affirmat, neque impedit, quo minus Physconis juventutem attigisse putetur. Et quanquam secundus quoque Ptolemaeorum ζώων ἀθεωρήτους καὶ παραδόξους φύσεις undique scrutatus est Diod. III. 35. tamen majore cura haec studia amplexus est hujus nominis septimus, literatorum osor et aemulator (quales multos tulit aula Romana) cujus e commentariis Athenaeus plurima affert παράδοξα et ἰδιοφυῆ de historia animalium naturaeque miraculis [c] et quae alia scriptores Θαυμασίων et Παραδόξων [d] lectoribus suis apponere solent nullo veri falsique discrimine. His vero simillima sunt quae de Archelai scriptis proferunt Antigonus, Aelianus, Artemidorus et Plinius, nulla ut dubitatio relinquatur, librum ejus non Διφυῆ, ut Menagius putat, hoc est, de animantibus bigenis seu bigeneribus (ut muli sunt)

[b] Buhlius in Edit. Arati T. II. 433. hoc omisit.
[c] Plerosque horum locorum Matter in Essai sur l'école d'Alex. T. I. p. 82. male ad Philadelphum refert.
[d] De his perdocte commentatur Ebertus Dissert. Sic. T. I. 172.

sed *Ἰδιοφυῆ* [e] inscriptum resque singulari natura praeditas complexum fuisse eas praesertim, quae in Democriti et Boli Democritei, Anatolii aliorumque libris *περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν* descriptae sunt. Id mihi necessario admonendum fuit, quoniam Orphici libri idem aut elogium aut certe argumentum fuit, ut Plinius docet, multis locis utrumque conjungens. L. XXVIII. 6. **Sagittas corpore eductas si terram non attigerint, subjectas cubantibus amatorium esse Orpheus et Archelaus scribunt.** Idem c. 10. **Sanguine ipsius hominis quacunque parte misso efficacissime anginam illini tradunt Orpheus et Archelaus, item ora comitiali morbo lapsorum** [f]. Nec dissimilia fuere illius de herbis commenta a Theophrasto aut contemta aut non cognita. L. XXV. 5. **Primus omnium, quos memoria novit, Orpheus de herbis aliqua curiosius prodidit; post eum Musaeus et Hesiodus Polion herbam mirati sunt — — Orpheus et Hesiodus suffitiones commendavere — Pythagoras primus volumen de earum effectu composuit.** Ita apparet nullum fere fuisse genus fraudium et praestigiarum, cui non Orpheus nomen personamque praebuerit. Pythagoran autem in hoc mimo ubi-

[e] *Ζῶα τερατώδη καὶ ἰδιοφυῆ* in Berosi Fragm. Syncell. p. 29. sunt ex eo genere, de quo Aristoteles egit in libro *περὶ συνθέτων*.

[f] Stephanum in libro *περὶ χρυσοποιίας* Orpheo teste usum esse ex Fabricii Bibl. T. XII. p. 695. Ed. I. cognovi. Plura fortasse suppeditabunt Chymici inediti.

que secundas agere et Orpheo quasi dictatori subservire videmus. De illo Plinius XX. 5. (15.) Orpheus amatorium inesse Staphylino dixit, fortasse quoniam Venerem stimulari hoc cibo certum est. Atque haec quidem de animalibus et herbis singulari quadam potestate vel ad medendum vel ad nocendum praeditis; unde libro ipsi nomen Ἰδιοφυῆ inditum videtur. Neque ego praecepta περὶ φαρμάκων hoc nomine excluserim, de quibus non sine reprehensione Galenus de Antid. L. II. c. 7. 909. B. T. XIII. ἐκτίθεσθαι τὰς τούτων (τῶν θανασίμων) σκευασίας μοχθηρόν μοι δοκεῖ, καίπερ πολλῶν ἐπιχειρησάντων ταῖς τοιαύταις συγγραφαῖς, ὧν εἰσιν Ὀρφεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Θεολόγος καὶ Ὧρος ὁ Μενδήσιος καὶ Ἡλιόδωρος — τούτους μὲν οὐκ ἄν τις θαυμάσειεν ἐμμέτρως ἐπιχειρήσαντας ταῖς περὶ τούτων σκευασίαις. Hinc etiam intelligitur Apuleji testimonium quorsum spectet Apol. p. 455. Memorassem Theocriti paria et alia Homeri et Orphei plurima, et ex comoediis et tragoediis graecis. Loquitur hic de arte magica, cujus illi effectus poetice perscripserunt, Orpheus autem scientiam professus est, ut apparet ex iis, quae P. I. c. I. 3. dicta sunt. Quod Tzetzes Exeg. p. 17. τὴν παρ᾽ Ὀρφεῖ μεγαλεγκωμίαστον Μαγικὴν nominat, ad Lithica referri potest, sed idem Orpheum περὶ ἐπῳδικῶν καὶ μαγικῶν scripsisse affirmat (v. P. II. c. 7.) et libros Orphei Musaeique, de quibus Plato loquitur, Scholiasta p. 150. Ruhnk. περὶ ἐπῳδῶν καὶ

quum interpreti illi auctoritate religionis cogeretur, ne profanis omnibus religionis secreta proderentur.

Eandem fere fabulam iterat Kircherus Arithmol. p. 271. „Orphaeus quotiescunque divinam „volebat monstrare justitiam, per octonarium ju„rare consueverat, per quem et rerum summae „dicebat Evander, scilicet ignem, aquam, terram, „coelum, solem, lunam, Mythram et Noctem in„digitando; in columna quoque hieroglyphica, te„ste Diodoro, octo numina ponebantur, Saturnus, „Rhea, Osiris, spiritus, coelum, luna, nox, dies." Fons horum omnium est Theonis locus in Mathem. c. 48. p. 164. sq. Ἔνιοί φασιν ὀκτὼ τοὺς πάντων κρατοῦντας εἶναι θεούς, ὡς καὶ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔστιν εὑρεῖν·

Ναὶ μὴν ἀθανάτων γεννήτορας αἰὲν ἐόντας,
πῦρ καὶ ὕδωρ, γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἠδὲ σελήνην
ἠέλιόν τε Φάνητα μέγαν καὶ νύκτα μέλαιναν.

ἔν τε Αἰγυπτίᾳ στήλῃ φησὶν Εὔανδρος εὑρίσκεσθαι γραφὴν Βασιλέως Κρόνου καὶ βασιλίσσης Ῥέας· πρεσβύτατος πάντων Ὄσιρις θεοῖς ἀθανάτοις, πνεύματι καὶ οὐρανῷ, ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ γῇ καὶ νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ καὶ πατρὶ τῶν ὄντων καὶ ἐσομένων ἐρῶ τε μνημεῖα τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς βίου συντάξεως, quorum postrema pars aliquid difficultatis habet. Pro ἐρῶ τε Reinesius Inscr. Class. I. n. 210. Ἔρωτι substituit, quod probat Fleetwoodius in Syllog. p. 3. et tacite sequitur Ja-

blonskius Panth. Prolegg. LXX. comparans Orphicos versus

Πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθὴρ νύξ τε καὶ ἦμαρ
καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής.

in quibus octo divinas naturas consociari animadvertit; Et hinc, inquit, illud Pythagoreum est apud Zenob. V. 78. Πάντα ὀκτώ, Εὔανδρος ἔφη ὀκτὼ τοὺς πάντων εἶναι κρατοῦντας θεοὺς, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, οὐρανὸν, σελήνην, ἥλιον, Μίθραν, νύκτα, ubi non dubitat quin pro Μίθραν scribendum sit ἡμέραν, eoque nomine significari Phanetem Orphicum. Verum haec viri egregii disputatio plus una parte vacillat. Primum in disticho Orphico non octo dii seorsum enumerantur sed partes aut species dei omnium rerum naturas complexi, neque illi versus separatim positi quidquam significant, sed cum ceteris, qui antecedunt, continuandi sunt (v. P. II. C. V. Fr. VIII.) Deinde in stele Aegyptiaca pro ἐρῶ τε non Ἔρωτι, sed ἀῤῥήτῳ scribendum videtur, quo nomine nihil convenientius deo patri. Postremo dii, qui in stele nuncupantur et quos Orpheus in jurejurando testatur ne iidem quidem sunt omnes, sed illa spiritum et rerum omnium patrem exhibet, hic ignem et aquam. Quin de numero quoque disceptari potest; nam in Orphico versu nomen Phanes Solis epitheton esse et in toto carmine non octo, ut Theoni placet, sed septem dii enumerari videntur. Itaque cadunt omnia, quae Jablonskius illo loco de Aegyptiorum, Orphicorum et Pythagoreorum consensu disserit, quorum po-

stremos deorum quandam Ogdoadem constituisse neque Theo dicit neque aliunde constat. Orphei dii genitales sunt ii, qui omnibus rebus causas nascendi et crescendi praebent, quos alii aliter appellant. Festus: Genitales[d] deos dixerunt aquam, terram, ignem, aerem; duodecim quoque signa, lunam et solem inter hos deos computabant[e]. Menander p. 196.

> Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
> ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας,

ubi plura similiter dicta conferunt interpretes et Grysar. de Doriens. Comoed. p. 123. praetermisso Gronovio, qui Epicharmum Persarum sententiam magis quam suam his versibus expressisse putat ad Herod. I. 131.

De Kircheri testimonio nullum verbum adjiciam; hic enim more Jesuitico, quidquid tractat, adulterat; neque admonitione opus videtur, Orphicos versus a Theone recitatos juramento Pythagorico Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ — aliquatenus similes sed ab exorcismo Justiniano plane diversos esse, utrumque autem locum non inter carmina Orphei sed inter carminum particulas referri debere. De Peplo, Sphaera, Soteriis, Teletis quae inveniri potuerunt, supra exposita sunt.

[d] Sic etiam Bentlejus emendat pro Geniales ad Horat. Carm. Sec. v. 16.

[e] In Genes. XV. 15. σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου ἐν εἰρήνῃ, nonnulli patrum nomine ideas archetypos, alii astra, alii quatuor corpora prima ἐξ ὧν συνέστηκεν ὁ κόσμος significari crediderunt. Philo Quis rer. div. haer. p. 520. C. Hi sunt Orphei γεννήτορες, Festi Genitales, sed hominum potius quam deorum.

CAP. XV.

Ὕ μ ν ο ι.

Quoniam Orpheum hymnos composuisse constat (v. P. I. c. 6. N. XXXIV.) in hunc locum omnia congregare placuit, quae cum illo genere carminum plus quam cum reliquis similitudinis habere videantur.

I. Macrobius Sat. I. 23. **Solem esse omnia et Orpheus testatur his versibus:**

Κέκλυθι τηλεπόρου δίνης ἑλικαυγέα κύκλον
οὐρανίαις στροφάλιγξι περίδρομον αἰὲν ἑλίσσων
ἀγλαὲ Ζεῦ Διόνυσε, πάτερ πόντου, πάτερ αἴης,
Ἥλιε παγγενέτορ, Πὰν αἰόλε, χρυσεοφεγγές [a].

II. Gregorius Naz. Or. III. 104. A. [Stel. I. p. 72. ed. Montac.] *Ὀρφεὺς παρίτω μετὰ τῆς κιθάρας καὶ τῆς πάντα ἑλκούσης ᾠδῆς· ἐπιβρεμέτω Διὶ τὰ μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ τῆς θεολογίας ῥήματα καὶ νοήματα*

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν εἰλυμένε κόπρῳ

ὅση τε μηλείῃ, ὅση τε ἵππων, ὅση τε ἡμιόνων· ἵν' ἐντεῦθεν, οἶμαι, δειχθῇ τὸ ζωογόνον τοῦ θεοῦ καὶ φερέσβιον. Sed verius, ut videtur Nicolao Loensi Epiphyll. L. II. c. 1. Philostratus Pampho auctorem nominat in Heroicc. II. 19. 693. *Ὀρ-*

[a] Vulgatum, *παναιόλε* quod correxit Gesnerus et recte quidem, Barkerus in Steph. Thes. T. I. p. 262. defendit, improbante Hermanno in Cens. p. 247. Opusc. T. II. ubi quod v. 3. *πάτερ κόσμου* scriptum est, fortuitum videtur. Totum carmen hymnis adnumerandum esse, haud confidenter affirmabo. Si versus, qui in Argonn. leguntur 335 — 346. soli superessent, facile eadem suspicio existeret.

φέα ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ τὴν θεολογίαν ὑπερῇρεν (Ὅμηρος) — — Καὶ μὴν καὶ Παμφὼ σοφῶς μὲν ἐνθυμηθέντος ὅτι Ζεὺς εἴη τὸ ζωογονοῦν καὶ δι' οὗ ἀνίσταται τὰ ἐκ τῆς γῆς πάντα, εὐηθέστερον δὲ χρησαμένου τῷ λόγῳ καὶ καταβεβλημένα ἔπη εἰς τὸν Δία ᾄσαντος [ἔστι γὰρ τὰ τοῦ Παμφὼ ἔπη . . . .

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, θεῶν, εἰλυμένε κόπρῳ[b]
μηλείῃ τε καὶ ἱππείῃ καὶ ἡμιονείῃ.

τὸν Ὅμηρόν φησιν ἐπάξιον τοῦ Διὸς ᾆσαι ὕμνον etc. Versus illos quicunque fecerit, si serio haec dixit, certe ridiculus est, si ridiculi causa[c] Stoicorum dogma cavillatur, quod idem Orpheo placuit (v. P. III. c. 9.) displicet autem Galeno Quod qual. incorp. c. VI. p. 65. T. II. popularibus argumentis contra pugnanti: *διὰ μὲν ἀνδρὸς ἄφρων ἐστὶ δηλαδὴ ὁ θεός, διὰ δὲ αἰσχροῦ γνώμης αἰσχροποιός, διὰ δὲ λίθων καὶ ξύλων ἄψυχος γενόμενος, διὰ δὲ κοπρίου βδελυρὰ φύσις·* nec facetius Tatianus adv. Graec. p. 143. *ὁ θεὸς ἐν ἁμάραις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀῤῥητουργοῖς παραγίνεται.* Et Stoici ipsi fortasse pinguius loquuti sunt. Clemens Cohort. p. 44. *τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς παρελεύσομαι διὰ πάσης ὕλης καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης τὸ θεῖον διήκειν λέγοντας.* Lucian. Hermot. 81. p. 109. T. IV. *ἀκούομεν δὲ αὐτοῦ λέγοντος ὡς καὶ*

[b] Sic dudum Wesselingius ad Herod. p. 106 pro *εἰλημένε.* cf. Boisson. ad Philostr. p. 469.

[c] Similiter quidam splendidissimos Arati versus, quibus eadem sententia subjecta est, in parodias verterunt. v. Jacobs. ad Anthol. Vol. II. P. II. 420. Emend. in Athen. p. 262. plures autem imitati sunt Liban. Or. ad Julian. T. I. 871. Dio Chr. Or. LXXIV. 400. Aristid. Or. III. p. 22.

οἱ θεοὶ οὐκ ἐν οὐρανῷ ἐστιν, ἀλλὰ διὰ πάντων πεφοίτηκε — ἄχρι καὶ τῶν ἀτιμοτάτων. Alexander Aphr. de An. p. 145. a. ἐν τοῖς φαυλοτάτοις τὸ θεῖον εἶναι, ὡς τοῖς ἀπὸ τῆς στοᾶς ἔδοξε. Sextus Hyp. III. 24. 182. καὶ διὰ τῶν εἰδεχθῶν διήκειν. Haud dissimilis irrisio Manichaeorum, **dei partem ligatam et inquinatam teneri in omnibus animalibus fructibusque, in cucumeribus, in melonibus et radiculis et porris, et ei subveniri quum ab electis Manichaeorum ista eduntur.** Prosperi Anathem. p. 612. T. III. Gall.

III. Versus, quem Gesnerus Fr. XXXIV. e Diacono affert

Εἰνοδίην Ἑκάτην κλῄζω τριοδῖτιν ἐραννήν.

est ex Hymnis dudum editis H. I. et quem e Stobaeo Fr. XXIX.

Ἀλλὰ θεοὶ σοφίης ἐριλαμπέος ἡγεμονῆες
κέκλυτε.

Proculi ex Hymno Musarum v. 30. ut Tyrwhittus et Hermannus adnotant. Nec Stobaeus hunc Orpheo tribuit sed nota marginalis.

IV. Idem valet de iis quae Steuchus De perenn. philos. VIII. 23. 189. in Orphei hymno in Titanes legi dicit

Δειμαίνουσι δὲ σεῖο θοῆς μάστιγος ἀπειλὴν
δαίμονες ἀνθρώπων δηλήμονες ἀγριόθυμοι

et caetera; sunt enim Proculi in H. in Sol. v. 27. cujus hymni in Codd. Orphicis subjecti leguntur; quae fortasse causa fuit cur Kircherus et alii octo-

ginta quatuor hymnos numerent; quanquam in cod. Aug. Thryllitii in Orph. Lectt. silv. p. 11. superest exordium hymni, qui neque Proculi est neque Orphei.

CAP. XVI.

Περὶ φυτῶν, βοτανῶν, φαρμάκων.

Super his rebus Orpheum aliqua conscripsisse, multorum indiciis confirmatur. Aetius L. I. c. 6. p. 10. b. Ὀρφεύς φησι, δίδου τοῖς αἱμοπτοϊκοῖς τοῦ χυλοῦ τῆς ἐλελισφάκου κοκκία δύο — τοῖς δὲ φθισικοῖς, φησίν, κατασκεύαζε καταπότια οὕτως etc. Idem c. 10. p. 12. b. Ὀρφεύς φησιν ὅτι ὁ χυλὸς αὐτῆς (καλαμίνθης) σὺν ἴσῳ ῥοδίνῳ μετὰ ψιμμυθίου λειωθεὶς — τὰ πυρίκαυτα θεραπεύει. Alexander Trallianus medicamentum epilepticorum commendat L. I. 15. p. 81. ed. Goup. ἐκ τῶν παρακειμένων ἐν τοῖς Στράτωνος, λέγει δὲ Ὀρφέως εἶναι. Plinius in Indice libri vigesimi octavi, quo continentur medicinae ex animalibus, praeter alios scriptores, in consilium adhibuisse se dicit **Orpheum qui Diophios, Archelaum, qui item**; pro quo Harduinus Διφυεῖς reponit, Reinesius Ἰδιοφυεῖς, proxime vero. Ἰδιοφυῆ enim Archelai nota sunt ex Athenaeo [a] Diogene II. 17. et Schol. Nic. Ther. 822. eodemque titulo usus

[a] Mendosam scripturam ἐν Ἰδιοφυέσσι Schweighaeuserus primum non animadvertit, animadversam parum callide defendit in Ind. Script.

est Ptolemaeus, cujus ex Ἰδιοφυέσιν [b] quatuor versus proferuntur in V. Arati p. 270. Petav. Is autem sine dubio est Evergetes secundus, rerum mirabilium curiosissimus investigator, idemque, puto, ab Antigono Carystio significatur his verbis c. XXIII. Ἀρχέλαος Αἰγύπτιος τῶν ἐν ἐπιγράμμασιν ἐξηγουμένων τὰ παράδοξα τῷ Πτολεμαίῳ. Nam quod Vossius et Jonsius Antigonum ad tempora Ptolemaei primi revocant, nimis urgere videntur Aristoclis testimonium, qui illum non Pyrrhonis sed Pyrrhoniorum vitas scripsisse et κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους vixisse affirmat, neque impedit, quo minus Physconis juventutem attigisse putetur. Et quanquam secundus quoque Ptolemaeorum ζώων ἀθεωρήτους καὶ παραδόξους φύσεις undique scrutatus est Diod. III. 35. tamen majore cura haec studia amplexus est hujus nominis septimus, literatorum osor et aemulator (quales multos tulit aula Romana) cujus e commentariis Athenaeus plurima affert παράδοξα et ἰδιοφυῆ de historia animalium naturaeque miraculis [c] et quae alia scriptores Θαυμασίων et Παραδόξων [d] lectoribus suis apponere solent nullo veri falsique discrimine. His vero simillima sunt quae de Archelai scriptis proferunt Antigonus, Aelianus, Artemidorus et Plinius, nulla ut dubitatio relinquatur, librum ejus non Διφυῆ, ut Menagius putat, hoc est, de animantibus bigenis seu bigeneribus (ut muli sunt)

[b] Buhlius in Edit. Arati T. II. 433. hoc omisit.
[c] Plerosque horum locorum Matter in Essai sur l'école d'Alex. T. I. p. 82. male ad Philadelphum refert.
[d] De his perdocte commentatur Ebertus Dissert. Sic. T. I. 172.

sed Ἰδιοφυῆ [e] inscriptum reaque singulari natura praeditas complexum fuisse eas praesertim, quae in Democriti et Boli Democritei, Anatolii aliorumque libris περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν descriptae sunt. Id mihi necessario admonendum fuit, quoniam Orphici libri idem aut elegium aut certe argumentum fuit, ut Plinius docet, multis locis utrumque conjungens. L. XXVIII. 6. Sagittas corpore eductas si terram non attigerint, subjectas cubantibus amatorium esse Orpheus et Archelaus scribunt. Idem c. 10. Sanguine ipsius hominis quacunque parte misso efficacissime anginam illini tradunt Orpheus et Archelaus, item ora comitiali morbo lapsorum [f]. Nec dissimilia fuere illius de herbis commenta a Theophrasto aut contemta aut non cognita. L. XXV. 5. Primus omnium, quos memoria novit, Orpheus de herbis aliqua curiosius prodidit; post eum Musaeus et Hesiodus Polion herbam mirati sunt — — Orpheus et Hesiodus suffitiones commendavere — Pythagoras primus volumen de earum effectu composuit. Ita apparet nullum fere fuisse genus fraudium et praestigiarum, cui non Orpheus nomen personamque praebuerit. Pythagoran autem in hoc mimo ubi-

[e] *Ζῶα τερατώδη καὶ ἰδιοφυῆ* in Berosi Fragm. Syncell. p. 29. sunt ex eo genere, de quo Aristoteles egit in libro *περὶ συνθέτων*.

[f] Stephanum in libro *περὶ χρυσοποιίας* Orpheo teste usum esse ex Fabricii Bibl. T. XII. p. 695. Ed. I. cognovi. Plura fortasse suppeditabunt Chymici inediti.

que secundas agere et Orpheo quasi dictatori subservire videmus. De illo Plinius XX. 5. (15.) Orpheus amatorium inesse Staphylino dixit, fortasse quoniam Venerem stimulari hoc cibo certum est. Atque haec quidem de animalibus et herbis singulari quadam potestate vel ad medendum vel ad nocendum praeditis; unde libro ipsi nomen Ἰδιοφυῆ inditum videtur. Neque ego praecepta περὶ φαρμάκων hoc nomine excluserim, de quibus non sine reprehensione Galenus de Antid. L. II. c. 7. 909. B. T. XIII. ἐπιθέσθαι τὰς τούτων (τῶν θανασίμων) σκευασίας μοχθηρὸν μοι δοκεῖ, καίπερ πολλῶν ἐπιχειρησάντων ταῖς τοιούτων συγγραφαῖς, ὧν εἰσιν Ὀρφεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Θεολόγος καὶ Ὧρος ὁ Μενδήσιος καὶ Ἡλιόδωρος — τούτους μὲν οὐκ ἄν τις θαυμάσειεν ἐμμέτρως ἐπιχειρήσαντας ταῖς περὶ τούτων σκευασίαις. Hinc etiam intelligitur Apuleji testimonium quorsum spectet Apol. p. 455. Memorassem Theocriti paria et alia Homeri et Orphei plurima, et ex comoediis et tragoediis graecis. Loquitur hic de arte magica, cujus illi effectus poetice perscripserunt, Orpheus autem scientiam professus est, ut apparet ex iis, quae P. I. c. I. 3. dicta sunt. Quod Tzetzes Exeg. p. 17. τὴν παρ' Ὀρφεῖ μεγαλεγκωμίαστον Μαγικήν nominat, ad Lithica referri potest, sed idem Orpheum περὶ ἐπῳδικῶν καὶ μαγικῶν scripsisse affirmat (v. P. II. c. 7.) et libros Orphei Musaeique, de quibus Plato loquitur, Scholiasta p. 150. Ruhnk. περὶ ἐπῳδῶν καὶ

καθαρσίων καὶ μειλιγμάτων καὶ τῶν τοιούτων scriptos fuisse tradit aut famam sequens aut ex re ipsa conjecturam ducens. Ceterum ita mihi persuadeo, haec omnia commenta unum habere commune fundamentum, illamque veterum poetarum fabulam, qui Orpheum arte materna fluminum lapsus celeresque ventos morantem induxerunt, sensim in hanc degenerasse speciem, ut non modorum musicorum suavitate sed rituum magicorum diritate tantas res effecisse crederetur e citharoedo in veneficum versus. Quam recens autem haec sit antiquae famae depravatio ne Plinium quidem fefellisse videtur, qui re accuratius quaesita primum omnium Osthanem de Magia commentatum esse seminaque ejus artis in Graecia sparsisse reperit, libenter Orpheum crediturus e propinquo intulisse, si non expers sedes ejus tota Thrace Magices fuisset L. XXX. 2. [s]. Ceterum illa quoque, quae Graeci inde a Lyricorum temporibus de divina Orphei musica fabulati sunt, si e testium aetatibus aestimentur, ne tantam quidem antiquitatis speciem habent, quantam fabula de Amphione, quam Homerus quidem eo loco, quo Thebarum munitores celebrat, ut ignotam praetermittit, Europiae autem conditor carminibus suis inseruit Pausan. IX. 5. 4.

[s] Magiam quae proprie sic dicitur, peregre invectam esse inter omnes convenit. Philostratus Epist. XLVI. 985. *ξένα καὶ τὰ γράμματα, ἐκ Φοινίκης γὰρ ἦλθε, καὶ Σειρήνων νύμφαι καὶ ἡ Μάγων θεολογία, οἷς πᾶσιν ἥδιον χρώμεθα ἢ τοῖς ἐγχωρίοις.* pro *Σειρήνων νύμφαι*, certa, ni fallor, suppetit emendatio *Σηρῶν ὑφαί.*

Cap. XVII.

Φυσικά.

§. 1.

Si de hoc carmine, ut de permultis aliis nil praeter nudum nomen superesset, haud cunctanter ad idem genus superstitiosae doctrinae adscriberemus, de quo paullo ante disputatum est. Nam et qui occultas rerum naturalium vires rationesque et sympathias scrutantur, Physici dici solent[a] et remedia arcana, amuleta, dynamera, Physicorum nomen habent, quo Zoromasdae, (Zonar. Lex. p. 964.) Hermetis, Pseudodemocriti, Manethonis, Julii Africani atque aliorum libri inscripti fuerunt. Eaque conjectura primo adspectu hoc probabilior videbatur, quo promtior alius Orphici carminis memoria, quod in eodem genere doctrinae versatum esse oportet, illud videlicet dico, quod *περὶ λίθων γλυφῆς* sive de annulis physicis inscriptum est[b]. Verum ab hac cogitatione nos et Brontini nomen abduxit carmini huic appositum et diversitas eorum, quae ex Orphei

[a] Ajunt Physici, quod pellis colubri decocta in oleo mire dolorem aurium mitiget etc. Hieronym. c. Jovin. L. II. p. 199. T. IV. Dicunt Physici, qui sub scorpio nascitur, cito moritur Schol. Cruq. II. Od. 17. p. 116. cf. Reines. Varr. Lectt. III. 4. 392. Bernard. ad Nonn. Epit. c. IX. Niclas. ad Geoponn. IX. 1. 567.

[b] Galenus de Medic. Simpl. L. X. 19. 258. E. *ἐντιθέασι καὶ δακτυλίῳ αὐτὸν* (iaspidem) *ἔνιοι καὶ γλύφουσιν ἐν αὐτῷ τὸν τὰς ἀκτῖνας ἔχοντα, καθάπερ καὶ ὁ βασιλεὺς Νεχεψὼς ἔγραψεν ἐν τῇ τεσσαρακαιδεκάτῃ βίβλῳ·* sed hanc regiam *γλυφήν* nihili pendit homo (ut sunt medici) incredulus.

Physicis afferuntur. Suidas s. *Τριτοπάτορες· Δήμων φησὶν ἀνέμους εἶναι τοὺς Τριτοπάτορας. Φιλόχορος δὲ τοὺς Τριτοπάτρεις* [c] *πάντων γεγονέναι πρώτους· τὴν μὲν γὰρ Γῆν καὶ τὸν Ἥλιον, φησίν, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα καλεῖ, γονεῖς αὐτῶν ἠπίσταντο οἱ τότε ἄνθρωποι* [d], *τοὺς δὲ ἐκ τούτων τρίτους πατέρας. Φανόδημος δὲ, ὅτι μόνοι οἱ Ἀθηναῖοι θύουσι καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων, ὅταν μέλλωσι γαμεῖν. Ἐν δὲ τῷ Ὀρφέως Φυσικῷ* [e] *ὀνομάζεσθαι τοὺς Τριτοπάτορας* [f] *Ἀμαλκείδην καὶ Πρωτοκλέα και Πρωτοκλέοντα* [g] *θυρωροὺς καὶ φύλακας ὄντας τῶν ἀνέμων. Ὁ δὲ τὸ Ἐξηγητικὸν ποιήσας* [h] *Οὐρανοῦ καὶ Γῆς φησιν αὐτοὺς εἶναι παῖδας, ὀνόματα δὲ αὐτοῖς Κόττον, Βριάρεων καὶ Γύγην·* quae in breve contraxit Hesychius: *Τριτοπάτορας ἀνέμους ἐξ Οὐρα-*

[c] Sic etiam Etym. M. et Phavorinus. Hesychius: *Τριπάτρεις οἱ πρῶτοι γεννώμενοι.*

[d] Etym. M. *τὴν μὲν Σελήνην καὶ τὸν Ἥλιον τότε καλεῖν γονεῖς· τοὺς δὲ ἐκ τουτων* etc. Photius: *τὴν Γῆν καὶ τὸν Ἥλιον τότε καλεῖν αὐτῶν ἠπίσταντο οἱ τότε ἄνθρωποι.*

[e] Sic et Phot. h. l. sed infra *ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς*. Etym. et Phavor. *τοῖς Ὀρφέως Φυσικοῖς*. Empedoclis quoque carmen et Parmenidis modo *τὸ Φυσικόν* nominatur modo *τὰ Φυσικά*.

[f] Phavorin. *τοὺς τρίτους πατέρας.*

[g] Etym. et Phavor. *Πρωτόκλειαν καὶ Πρωτοκρέοντα*. Photius: *Πρωτοκλέα καὶ Πρωτοκρέοντα*. Tzetzes ad Lyc. 738. *Ἀμακλείδην* (cod. *Ἀμακλείδη*) *Πρωτοκλῆ καὶ Πρωτοκρέοντα.*

[h] Creuzerus in Dionys. p. 162. vertit: Qui Orphei physica erat interpretatus. Sic Fabricius quidem erraverat. Hodie nemo nescit Exegetica non solum commentarios Grammaticorum vocari sed etiam Exegetarum libros rituales et Exegetas juris fuisse pontificalis interpretes, quorum scitis, ut cetera domestica sacra, sic etiam nuptiarum cerimoniae regerentur. v. Plat. Legg. VI. 775. A. Itaque hi de Tritopatoribus quoque mentionem fecere, diis nuptialibus. Valckenarius de Aristob. p. 76. Orphica quaedam in vetustis Exegeticis explicata fuere. Id neque ex testimoniis patet, neque ex re ipsa sequitur.

νοῦ καὶ Γῆς γενομένους καὶ τῆς γενέσεως ἀρχηγούς· οἱ δὲ τοὺς προπάτερας (sic). Photius: *Τριτοπάτωρ τριτοπάτρεις*[hh] *οἱ μὲν ἀνέμους. Φιλόχορος δὲ τοὺς πρώτους ἐκ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ, ἄρξαντας δὲ γενέσεως. Ἐν δὲ τοῖς Ὀρφικοῖς ἀνέμων παῖδας* [i]. **Scholiastes Mediol. Od.** *K.* **2.** *Αἴολον ἐμυθεύσαντο εἶναι δεσπότην ἀνέμων. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Ἀμακλείδην καὶ Πρωτοκλῆ καὶ Πρωτοκρέοντα, ὥς φησιν Ὀρφεύς.* **Ad ultimum Grammaticus in Anecd. Bekk. p. 307.** *Τριπάτορες, οἱ μὲν τοὺς πρώτους ἀρχηγέτας, οἱ δὲ τρίτους ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ὅπερ ἐστὶ προπάππους.* **Haec sunt veterum Grammaticorum aenigmata, quorum ad intelligentiam quum nulla directa via pateat, circuitu perveniendum est.**

§. 2.

Aristoteles de Anim. I. 5. p. 485. B. *τοῦτο πέπονθε καὶ ὁ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς καλουμένοις ἔπεσι λόγος. φησὶ γὰρ, τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ ὅλου εἰςιέναι ἀναπνεόντων, φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων,* **quae Themistius Paraphr. p. 72. b. hoc modo edisserit:** *φησὶ γὰρ τῆς ψυχῆς μεταλαμβάνειν τὰ ζῶα παρὰ τὴν πρώτην ἀναπνοήν· πόθεν οὖν τὰ μὴ ἀναπνέοντα ζῇ; λέγω δὲ τὰ φυτὰ καὶ τὰ καλούμενα ζωόφυτα.* **Sed Orpheo suppetias ferunt Simplicius et Jamblichus. Ille quidem in Comment. p. 19. b.** *ἔοικεν ὁ Ὀρφεὺς τὴν μὲν τῶν*

[hh] Cod. *Τριτοπάτρες.*
[i] *Δεσπότας* e Tzetzae l. c. restituendum.

σωμάτων πρὸς ζωὴν ἐπιτηδειότητα ἀναπνοὴν καλεῖν, τὰς δὲ ὁλικὰς κινητικὰς αἰτίας ἀνέμους, ὧν οὐκ ἄν ποτε χωρὶς αἱ μερικαὶ ψυχώσειαν τὰ ἐπιτήδεια σώματα. Jamblichus vero in Libro de Anima ap. Stob. Ecl. Ph. I. c. 52. §. 34. 898. *οἱ μὲν μίαν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἀριθμῷ τιθέμενοι, πληθύοντες δὲ αὐτὴν (ἢ, ὡς Ἀμέλιος οἴεται, σχέσεσι καὶ κατατάξεσιν, ἢ, ὡς οἱ Ὀρφικοὶ, ἐπιπνοίαις ἀπὸ τῆς ὅλης) ἔπειτα ἀνασχέοντες* (leg. *ἀναστοιχειοῦντες*) *ἀπὸ τοῦ πλήθους τῆς ὅλης ἐπὶ τὴν μίαν ψυχὴν ἀποθεμένης τὰς σχέσεις καὶ τὰς εἰς ἕτερον κατατάξεις καὶ ἀναλύοντες ἀπὸ τῆς εἰς τὰ μεταλαβόντα διαιρέσεως* [k] — *τηροῦσιν αὐτὴν ὅλην πανταχοῦ. τὴν αὐτὴν, μίαν τε οὐσίαν αὐτῇ διδόασι καθ᾽ ἓν πεπερασμένην.* Sed idem etiam de carmine Orphico, in quo haec sententia proposita est, certiores nos facit ap. Stob. Ecl. I. 52. 868. *τινὲς τὴν ψυχὴν ὑπὸ (ἀπὸ) τοῦ ἀναψύχεσθαι ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ὠνομάσθαι ἀποφαίνονται καὶ τὸν ἀναπνεόμενον ἀέρα ψυχὴν νομίζουσιν, ὥσπερ Ἀριστοτέλης παρὰ Ὀρφέως ἐν τοῖς Φυσικοῖς ἔπεσι λέγεσθαι τὴν ψυχὴν ὡς εἰσιέναι ἐκ τοῦ ὅλου ἀναπνεόντων ἡμῶν* [kk] *φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων. Ἔοικέ γε μὴν ὁ Ὀρφεὺς χωρὶς ὑπολαμβάνειν εἶναι διαιρέσεις, πολλὰς δὲ καὶ μέσας ἐπιπνοίας καθήκειν ἐπὶ τὰς μεριστὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ὅλης ψυχῆς.* Itaque, quod Pythagorei docent, animos nostros ex universa mundi anima haustos et de-

[k] Hoc est illud *ἀναστοιχειοῦν*, in elementa sua resolvere.
[kk] Pronomen hoc Jamblichus addidit, quo res planior fieret; *ὡς* ante *εἰσιέναι* supervacaneum; duo verba *παρὰ Ὀρφέως* desunt in Codd.

libatos esse, idem in Orphei carmine *Φυσικά* inscripto pronunciatum est. Neque enim quenquam tam scrupulosum fore arbitror, qui, quia nomen *Φυσικὰ ἔπη* de quolibet carmine, quod in explicanda rerum natura versatur et quoquo talis carminis loco dici potest, hoc indicium rejiciendum putet. Gravius est, nec tamen inexplicabile, quod Clemens et Suidas Physica Brontino adscribi dicunt, Philoponus autem ad h. l. p. F. III. a. ad Onomacritum transferre videtur: *ἐν τοῖς καλουμένοις εἶπεν, ἐπειδὴ μὴ δοκεῖ Ὀρφέως εἶναι τὰ ἔπη — αὐτοῦ μὲν γάρ εἰσι τὰ δόγματα, ταῦτα δέ φησιν Ὀνομάκριτον ἐν ἔπεσι κατατεῖναι* [1]. Ad haec meminisse oportet, primum veteres Criticos, quum carminum Orphicorum auctores indagare conarentur, non certis indiciis sed odore quodam suspicionis ductos esse circa alium atque alium vagantis; deinde fieri posse, ut Philoponus ea, quae Aristoteles alio in libro atque alio de carmine dixisset, ad hunc locum importune transtulerit, (v. P. I. c. V.) Ad intellectum sententiae haec pertinet ejus adnotatio: *φασὶ δὲ αἰνίττεσθαι τὰ ἔπη διὰ μὲν τῆς ἀναπνοῆς τὴν ἐπιτηδειότητα τοῦ δεξομένου τὴν ψυχὴν σώματος, διότι ἡ ἀναπνοὴ καταψύχουσα τὸ ἔμφυτον θερμὸν εἰς συμμετρίαν ἄγει, τοὺς δὲ ἀνέμους φασὶ δυνάμεις τινὰς σημαίνειν, δι᾽ ὧν κατάγεται ἡ ψυχὴ εἰς γένεσιν ἐκ τῆς ὁλικῆς ἐνεργείας, ἣν ἐνεργεῖ τοῦ μερικοῦ σώ-*

[1] Addit: *Λέγει οὖν ἐκεῖ ὅτι ἡ ψυχὴ ὑπὸ τῶν ἀνέμων ἐκ τοῦ παντὸς φερομένη ἀναπνεῖται ὑπὸ τῶν ζώων, ὥστε καὶ οὗτος ὁ λόγος οὐ περὶ πάσης ψυχῆς λέγει· οὐ γὰρ πάντα ἀναπνεῖ τὰ ἔμψυχα.*

ματος τούτου καὶ τῆς γενέσεως ἀπηλλαγμένη ibid. cf. p. F. VI. 6. Ac de his paullo accuratius dicturi sumus, omissis, quae nimis argute disputata videantur.

Animum esse animam ejusque vitam spiritu contineri, natura ipsa hominibus simplicissimis et ab omni philosophandi subtilitate longe remotis subjecit, docuitque eos vim illam corporis rectricem *ψυχήν* appellare. Cujus nominis originatio nonnullos philosophorum eo deduxit, ut animum nascentibus extrinsecus adspirari statuerent, et sicut vulgo exanimatos, quum refocillantur et vivescunt respirare et *ἀναπνεῦσαι* dicimus [11] ita etiam illi nascentibus cum primo aeris haustu vitam animumque insinuari et respirationis perennitate servari crediderunt. Hicesius jam natis animam superducit ex aeris frigidi pulsu, quia et ipsum vocabulum animae penes Graecos de refrigeratione respondens Tertullian. de Anim. c. XXIV. 266. T. IV. Seml. Chrysippus ap. Plutarch. de Stoicc. Repugn. c. XLI. 391. T. XIII. *τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι καθάπερ φυτὸν, ὅταν δὲ τεχθῇ, ψυχόμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος γίγνεσθαι ζῶον, ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τὴν ψυχὴν ὀνομασθῆναι παρὰ τὴν ψύξιν.* Dio Chrys. Or. XII. 387. *ἐπειδὰν ἐκπέσῃ τῆς γαστρὸς τὸ βρέφος, ὁ ἀὴρ εἰςπνεύσας καὶ εἰς ψύξας εὐθὺς ἤγειρεν* etc. Huic fundamento alii

[11] Themistius de An. p. 66. a. Democritum Homerico exemplo *ἄμπνυτο καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη* Il. XXII. 475. Od. V. 458. cf. Il. V. 697. ad rem probandam usum esse dicit.

alia superstruxerunt. Heraclitus statuit rationem divinam per aerem diffusam a respirantibus imbibi [m]. Diogenis Apolloniatae opinio haec fuit: *ἄνθρωπος καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἀναπνέοντα ζώει καὶ τοῦτο αὐτοῖς καὶ ψυχή ἐστι καὶ νόησις — καί μοι δοκεῖ τὸ τὴν νόησιν ἔχον εἶναι ὁ ἀὴρ* Simplic. in Ausc. L. I. p. 33. a [mm]. Democritus dixit tam diu vivere hominem quamdiu atomos orbiculares, quibus animus constet, respiratione ex aere hauriat et in aerem refundat, quam ejus sententiam Themistius attingit in L. I. de An. 66. a. *μήποτε*, inquit, *καὶ τῶν Πυθαγορείων τινὲς, φησὶν Ἀριστοτέλης, οὐκ οἶδα οὕς τινας λέγων, εἰς τοιαύτην δόξαν ὑποφέρονται, οἱ μὲν αὐτὰ τὰ ἐν τῷ ἀέρι κινούμενα σώματα, οἱ δὲ τὴν ταῦτα κινοῦσαν αἰτίαν τὴν ψυχὴν ἀποφηνάμενοι.* Denique etiam ii, qui animas ex superioribus quibusdam locis delapsos crediderunt, hac etymologia usi sunt. Theophilus Alex. Epist. XV. 628. T. VII. Gall. n e c e r u b e s c i t (Origenes) a n i m a m h o m i n i s a c o n d i t i o n i s e x o r d i o s i c v o c a t a m s e d e x e o q u o d q u a e p r i u s m e n s e t s e n s u s e r a t, f r i g u s n e g l i g e n t i a e e t i n f i d e l i t a t i s a s s u m s e r i t, quod pluribus explanat Epiphanius Ep. ad Johannem Episc. p. 314. C. O r i g e n e s v e r i t a t e m h i s t o r i a e a l l e g o r i a e d e p r a v a n s m e n d a c i o — a s s e r i t a n i m a s j u x t a

[m] *τὸν θεῖον λόγον δι' ἀναπνοῆς σπάσαντες νοεροὶ γιγνόμεθα* Sext. c. Log. VII. 398. Schleiermacher Fragm. p. 498. sq.

[mm] Mercurius Pimandr. c. IX. G. ed. Flussat. *πάντων τῶν ζώων ἡ αἴσθησις καὶ νόησις ἔξωθεν ἐπεισέρχεται εἰσπνέουσα ὑπὸ* (*ἀπὸ*) *τοῦ περιέχοντος*. Cf. Harles. Geschichte der Physiologie des Blutes p. 153. in Sprengelii Symb. ad Hist. Med. Vol. I. Fasc. III.

graecam etymologiam *ψυχὰς ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι* vocitatas, quia de coelestibus ad inferiora venientes calorem ingenitum amiserint — unde etiam corpus *δέμας* et *σῶμα*, id est, *δεσμόν* et *σῆμα* vocari. cf. Epiph. c. Haer. II. T. I. p. 528. A. Simplicius Orpheus illam divinae particulam aurae extrinsecus nobis inhalari dixit, afflatu ventorum, qui omnia vitali spiritu animant, animata fovent et nutricantur. *Ἄνεμοι οὐ τὰ φυτὰ μόνον ἀλλὰ πάντα ζωογονοῦσι* Geoponicus ait IX. 3. 573. et *πνοιαὶ ψυχοτρόφοι* celebrantur in Orph. H. XXXVIII. 22. *αὖραι ζωογόνοι* Pallad. Epigr. CXXII. Jupiter ipse deleto aquis Deucalioniis genere humano, ventos luteis Minervae et Mercurii figmentis animam inspirare jussit Etym. M. s. *Ἰκόνιον*. Atque hinc nobis ad Tritopatorum interpretationem proficisci licet, quam multi aggressi sunt, absolvit nemo [n]. Nomen ipsum a Lexicographis omissum ex Aristotele enotavit Pollux III. 7. *ὁ πάππος ἢ τήθης πατὴρ πρόπαππος, τάχα δὲ τοῦτον (ἂν) εἴποις Τριτοπάτορα, ὡς Ἀριστοτέλης*, fortasse in libro de Nobilitate Stob. Serm. LXXIV. 495. In Orphei Physicis tres nominari Tritopatores ventorum cu-

[n] Eschenbachii philosophemata in Epig. p. 150. sunt febricitantis insomnia; Valesius ad Harpocr. p. 228. et Meursius ad Lyc. 328. rem leviter stringunt; altius descendit Gronovius ad Meursii Opera T. I. 226. „Aristoteles Prol. XXVI. c. 17. *οἱ ἐκ τῆς θαλάσσης νότοι* „*ἀγαθοὶ φυτοῖς καὶ τῆς Ἀττικῆς τῷ Θριασίῳ πεδίῳ*. Hinc vel Demo„nis adnotatio statuentis ventos esse Tritopatores, vel auctoris qui „Physicum Orphei composuerat, credentis eos esse *θυρωροὺς καὶ* „*φύλακας τῶν ἀνέμων*. Hinc *βορεασμοὶ* Atheniensium *ἵνα ἄνοσοι πνέωσιν*, hinc Neoclis filius Athenienses jubebat *θύειν τοῖς πνεύμασι*. „Aelian. H. An. VII. 27. hinc notae fuerunt Proclo in Tim. II. (p. „65.) *αἱ τῶν εὐδιεινῶν ἀνέμων εὐχαὶ παρ᾽ Ἀθηναίοις*.“

stodes et janitores Phanodemus auctor est, qui iisdem Athenienses in sacris nuptialibus pro felici liberorum prole vota nuncupare et preces adhibere affirmat. Id vero cur fecerint, ex Orphei loco clarescit, ventos esse dicentis qui nascentibus animas insinuent, si quidem hi sunt in potestate Tritopatrum. Et ad hanc sententiam Philochori quoque verba revocari possunt, quamlibet obscura et a Suida aliter atque a Photio reddita. Quod ille dicit: *Φιλόχορος λέγει πάντων γεγονέναι πρώτους*, sic intelligo, eos primos fuisse patres et quasi *πρωτοπάτορας*, id, quod apud Photium est, *ἄρξαντας γενέσεως*. Hos igitur tanquam primos generandi auctores invocabant Athenienses generationi operam daturi, sicut iidem a Coelo et Terra nuptiarum solemnia auspicabantur, hos primos in matrimonium ivisse sanctissimaeque consortionis jus exemplumque statuisse rati. Proculus in Tim. V. 295. *πρώτην νύμφην ἀποκαλεῖ Ὀρφεὺς τὴν Γῆν καὶ πρώτιστον γάμον τὴν ἕνωσιν αὐτῆς πρὸς τὸν Οὐρανόν — καὶ ἔοικε διὰ ταῦτα καὶ Οὐρανῷ καὶ Γῇ προσήκειν ὁ γάμος· ὃ δὴ καὶ οἱ θεσμοὶ τῶν Ἀθηναίων εἰδότες προσέταττον Οὐρανῷ καὶ Γῇ προτελεῖν τοὺς γάμους.* Sequentia verba *τὴν Γῆν καὶ τὸν Ἥλιον, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα καλεῖ, γονεῖς αὐτῶν. ἠπίσταντο οἱ τότε ἄνθρωποι, τοὺς δὲ ἐκ τούτων τρίτους πατέρας*, nescio an hanc habeant sententiam: terram novellam et ab ortu recentem solis ardore tepefactam vitalia concepisse semina, primoque nixu edidisse Tritopatores, cunctorum mortalium pa-

rentes et quasi protoplastae. Pro τὴν Γῆν Etymologus substituit τὴν Σελήνην, alios fortasse auctores sequutus, non certe Philochorum, qui quum Apollinem eundem esse Solem pronunciaret, nihil aliud egit, quam ut Apollinis πατρῴου cultum genti suae publicum ad Solem, deorum principem, transferret eoque Athenienses Solis satu Terraeque conceptu editos demonstraret. Sic Anecd. Bekk. p. 292. οἱ πρῶτοι Ἀθηναίων γεγενημένοι γονέας ᾤοντο εἶναι γῆν καὶ ἥλιον· ὁ δὲ Ἀπόλλων ἥλιος εἶναι δοκεῖ[nn] καὶ διὰ τοῦτο πάτριος Ἀπόλλων (leg. πατρῷος Ἀθηναίων). Schol. Aristid. p. 14. πατρῷος Ἀπόλλων ὁ τῶν Ἀθηνῶν ἀρχηγέτης, ὅτι πρῶτον εἶδον τὸν ἥλιον ὡς αὐτόχθονες[o] quibus concinit Schol. in Plat. Euthyd. p. 98. Ruhnk. nec refragatur Cicero Rep. III. 14. 243. Arcades et Athenienses tanquam hos ex arvis musculos extitisse referens; Lucianus Philops. III. 251. T. VII. dicere maluit καθάπερ τὰ λάχανα, quod de primis hominum generatim dixit Empedocles e terra natos esse ut blitum. v. Sturz. p. 436. Quod ad Exegetici auctorem attinet, qui Tritopatrum nomine Centimanos declarari credi-

[nn] Has antiquariorum inventiunculas operosius quam oportebat exornat Platnerus in Symbol. ad Jus Att. p. 88. de Sole Apollinari sive Apolline solari multa symbolice profatus, quibus Pausoniæ correctio adhibenda; εἰ γοῦν τις αὐτὰ στρέψει, ὀρθότατα ἔχει.

[o] Statius Theb. XII. 510. Athenas celebrat

Ceu leges hominemque novum ritusque sacrorum
seminaque in vacuas hinc descendentia terras.

Πρωτόγονοι vocantur Athenienses in Schol. Rav. ad Arist. Eqq. 42. cum sole ipso nati Menand. de Encom. II. 3. p. 81. ubi nil utimur Heerenii acumine: omnes illas antiquorum hominum gloriationes, quum se vel sole vel luna antiquiores dicerent ad solam prisci sermonis indolem referendas esse.

dit, non adeo a ceteris discrepat. Nam Centimani Titanum antiquissimi fuerunt; Titanes autem, quia post naturales deos, Coelum et Terram, primi extitere quibus nomina propria et actio quaedam vitae tribueretur, animantum omnium parentes habiti sunt, quemadmodum in Homerico hymno dicitur in Apoll. 335.

Τιτῆνές τε θεοὶ τῶν ἐξ ἄνδρες τε θεοί τε

et in Orphico XXXVI.

Τιτῆνες — ἡμετέρων πρόγονοι πατέρων
ἀρχαὶ καὶ πηγαὶ πάντων θνητῶν πολυμόχθων.

Deinde Centimanos ipsos fuerunt qui ventos esse dicerent. v. Schol. Hes. Theog. 139. In hoc igitur omnes consentiunt, Tritopatres generis humani auctores esse, sive deos sive homines a dis genitalibus tertio gradu ortos; unde etiam nonnulli nomen eorum derivasse videntur; alii fortasse a numero suo vocatos putarunt, aut (quae simplicissima ratio) quia *τριτοπάτωρ*, Polluce teste, proavum significat (sicut quartus pater abavum Virgil. Aen. X. 619.) proavi autem in majorum numero principatum obtinent, unde fit, ut pater, avus, proavus proprie *γονεῖς* dicantur et iidem apud Romanos universe parentes; eademque de causa Athenienses ingenui quamlibet veteris et numerosae prosapiae, tamen haud plures quam tres indigenas majores ciere solebant, satis habentes si *ἐκ τριγονίας Ἀθηναῖοι* viderentur [oo]. Sed

[oo] Apud Indos, ut Philostratus narrat V. Apoll. II. 30. p. 80. si qui philosophiam profiteri volunt, primum parentes eorum qui fue-

sive *Τριτοπάτορες* illi vocati sunt sive *Τριττοπάτορες*, Orpheus certe his nominibus, quorum unius nullus, alterius unicus casus, numeri pluralis tertius, versum heroicum intrare potest, non est usus.

§. 3.

Exposita nostra sententia breviter, quid alii senserint, subnotabo. Hemsterhusius igitur in notissima illa de Cabiris disputatione Tritopatores eosdem fuisse putat Dioscuros, locumque Ciceronis ita constituit: **P r i m i t r e s** (Dioscuri) **q u i a p p e l l a n t u r A n a c t e s A t h e n i s e x J o v e a n t i q u i s s i m o e t P r o s e r p i n a n a t i, T r i t o p a t o r e s, Z a g r e u s, E u b u l e u s, D i o n y s u s** [p], cui conjecturae stabiliendae nihil ille affert, nisi quod Anaces Dioscurorum nomen

rint, inquiritur, *εἶθ' οἱ τούτων γονεῖς καὶ τρίτον γένος εἰς ἄνω*. Homo ignobilis *οὐδὲ εἰς τρίτον πάππον ἀνενεγκεῖν ἔχει τὸ γένος* Dion. Hal. IV. c. 47. 759. *οὐκ ἀναγράφω τὸν πάππον* Callimach. in Schol. Arist. Avv. 765. Ad Aristidis verba *ἐκ τριγονίας ἐδούλευον* T. II. 169. graecus interpres haec adnotavit: *ἀντὶ τοῦ ἐκ τρίτης γενεᾶς, οἱονεὶ ἀπὸ προγόνων· βούλονται δέ τινες τὴν γενεὰν κε ἐτῶν εἶναι, τὸν δὲ τρίτον ἀριθμὸν ἐπὶ πλήθει ἐκδέχονται*. Philo Quod omn. prob. p. 866. C. *οἱ ἐκ τριγενείας στιγματίαι*. Eurip. Andr. 637. *ἐκ τρίτης μητρὸς δοῦλος*. Libanius Decl. T. III. 277. *ἄνωθεν ἐκ τριγονίας*, unde translatum *εἰς τριγονίαν διδασκαλίας* Aelian. H. An. II. 18. Est tamen etiam nobilis *ἐκ τετραγονίας* ap. Liban. T. II. 899. et nonnulli adeo ab usque septimo gradu genus suum repetebant. Hesychius: *Ἐνδουτίναι* (indigenae) *οἱ ἀπὸ ἑπτὰ πατέρων καὶ μητέρων ἀστῶν κατάγοντες*. Plato Gorg. p. 175. F. *γενναῖός τις ἑπτὰ πάππους πλουσίους ἔχων ἀποφῆναι*. Hipponax nescio quem *ἑπτάδουλον* dixit Eustath. 1542. 47. Libanius T. I. 140. *λέγει τίτθας, τιτθίδας, πάππους καὶ ἐπιπάππους εἰς εἰκοστὸν καὶ τριακοστὸν πρόγονον*.

[p] Ciceronis editores, qui eam praeterierunt, Creuzerus in Dion. p. 161. his verbis increpat: „Nempe talia parum cordi sunt iis, qui „in Germania jubentibus Bibliopolis, adducti lucri libidine in veterum „libros tumultuaria opera a se edendos infausto bonis literis impetu „certatim involant.“ Fortiter dictum et fortasse vere, sed nollem a Creuzero.

esse demonstrat, hos autem ventorum flatus regere; quanquam poterat etiam hoc afferre a Luciano testatum in Conviv. p. 66. T. IX. in Anaceo vota pro nuptiarum successu concepta esse. Verum hae Dioscurorum et Tritopatrum similitudines fortuitae sunt et levissimae; nam Aeolus quoque et dii marini omnes ventorum imperium habent; dissimilitudo autem inter utrosque maxima. Quid enim omnium quae de Castorum ortu, numero, fatis, artibus et muneribus prodita sunt, convenit illis Solis Terraeque filiis? Quid Zagreus, quid Eubuleus et Dionysus cum his commune et conjunctum habent? Nisi forte placet ejusmodi argumentatio: sunt, qui Dioscuris Curetum nomen tribuant, Curetes vero nonnunquam cum Cabiris confunduntur, inter hos autem unus est, quem nonnulli Dionysum interpretantur, qui ipse Eubuleus dicitur et Zagreus; ergo itaque haec Tritopatrum sive Dioscurorum nomina fuisse sumendum est. At hoc modo argumentari solent ii, qui lectoribus incautis fucum facere cupiunt. Equidem nomen Zagreus quin vere ab Hemsterhusio interpositum sit, haud dubitaverim, idque in illo ipso Tritopatreus occulte comprehendi puto, unde si postremas syllabas recideris, superat Trito, quo leniter correcto hanc efficimus sententiam: Jove et Proserpina nati Brito; id autem Proserpinae vel Hecatae cognomen fuisse, colligi quodammodo potest ex his, quae Grammatici de nominibus *Βριτόμαρτις* et *Μελιτώδης* praecipiunt, Mello-

nam significantibus, quod non ineptum videtur Brimus hypocorisma. Sed jam nimis multa de re neque magna neque unquam, ut arbitror, in apertum evasura.

Altius evehitur Welckeri conjectura, Tritopatrum nomine Trittyarum patres significari putantis in Trilog. Aeschyl. p. 152. quod qui fieri possit, a viro docto mihi subjici cupio. Num constat Trittyas aut singulas proprios aut universas communes coluisse parentes? aut si hoc nimis anguste interrogare videor, num Demorum aut Phratriarum aut Gentium aut Tribuum patres demonstrari possunt? Certe non possunt; nam *Ζεὺς φράτριος* et *Ἀθηνᾶ φρατρία* atque Eponymi neque *φρατριοπάτορες* neque *φυλοπάτορες* unquam vocantur. Itaque ob solam nominis similitudinem Welckerus repugnat antiquariis atticis, qui de industria, ut apparet, hanc rem scrutati sunt et Trittyarum sacra, si qua Tritopatoribus instituta erant, certe cognita habuerunt, ab illa autem conjectura longissime aberrant. Ceterum, ut verbo expediam, Trittyopatores illi dicendi fuissent, ut *τριττυάρχαι*.

Ad ultimum Lambecius et Bartholinus de Puerper. p. 11. in Himerii Or. I. 21. 366. *Γενεθλίοις παίδων γένεσιν δοῦναι προσεύξομαι*, Genethliorum nomine Tritopatres significari contendunt, similiterque Musgravius in Eur. Ion. 635. (655.) ubi Erechtheus *θεοῖς γενέταις* se sacrificaturum dicit, eos intelligi vult. Verum Tritopatrum cultus a solis Atheniensibus, ut Phanode-

mus ait, receptus dubitari potest an unquam Himerio innotuerit; Euripidis quidem aetate Athenis ipsis in tantum exoleverat, ut antiquarii nominis in veteribus sacrorum monimentis traditi vim et significationem conjecturis quaererent. Sed Genethliorum religio celeberrima omnibusque communis fuit. Aristides Genethl. in Apell. p. 68. T. I. die natali preces fieri dicit τοῖς γενεθλίοις καὶ πατρῴοις θεοῖς. Sopater Diaer. p. 320. ηὐχόμην γενέσθαι μοι παῖδα καὶ πολλὰ τοὺς γενεθλίους θεοὺς ἐλιπάρουν. Aristaenetus I. Ep. XIX. παιδοποιεῖν προςεύχετο πᾶσι τοῖς γενεθλίοις θεοῖς, qui locus satis monstrat, multos deos hoc nomen munusque inter se partitos esse. Et possunt fere omnes huc referri, quos Dio Chrys. Or. VII. 568. T. I. recenset cum exsecratione eorum, qui pueros puellasque populi in libidinem prostituunt αἰσχυνόμενοι οὔτε Δία γενέθλιον, οὔτε Ἥραν γαμήλιον οὔτε Μοίρας τελεςφόρους ἢ λοχίαν Ἄρτεμιν ἢ μητέρα Ῥέαν, οὐδὲ τὰς προεστώσας ἀνθρωπίνης γενέσεως Εἰλειθυίας, οὐδὲ Ἀφροδίτην, et quicunque demum foeturam, conceptum partumque tueri crediti sunt [q]. Nuptias ipsas Maximus Tyr. XXVI. 6. p. 22. T. II. θεσμὸν θεῶν γαμηλίων τε καὶ ὁμογνίων καὶ γενεθλίων vocat; Dianam et Ilithyiam potissimum significare videtur Aristoteles Polit. VII. 14. (16.) p. 309. Schneid. quum mulieres gravidas quotidie templa adire jubet πρὸς θεῶν

[q] Πέντε δεῖσθαι θεῶν τοὺς γαμοῦντας οἴονται, Διὸς τελείου καὶ Ἥρας τελείας καὶ Ἀφροδίτης καὶ Πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δ' Ἀρτέμιδος Plutarch. Quaest. Rom. II. 311. T. VIII.

θεραπείαν τῶν εἰληχότων τὴν περὶ τῆς γενέσεως τιμήν. Sed plerumque nulli certi dii sed ipsa vis et notio necessitudinis, quae parentes et liberos sibi invicem devincit, hoc nomine declaratur, sicut a caeteris quoque officiis, quae natura inexpiabili religione sanxit, dii denominari solent, eorum officiorum quasi praesides. Ita Julianus Or. II. 86. *θεῶν ὁμογνίων* appellatione summam omnium, quae consanguineis tribuenda sunt, comprehendit, *ἀδελφοῖς εὔνους καὶ αἰδούμενος ὁμογνίους θεούς*, hoc est, *ὁμογνίων θεῶν δίκαια*, quo verbo utitur in Ep. ad Athen. p. 272. D. Plato autem Legg. V. 728. D. *ξυγγένειαν καὶ θεῶν ὁμογνίων κοινωνίαν τιμᾶν*. Pariterque jura hospitalia dii hospitales vocantur Liv. XXXIX. 51. Tacit. Ann. XV. 52. Valer. Max. I. 7. 53. [r] hospitii dii Ovid. Met. V. 45. sociales dii Liv. XL. 22. Sic igitur parentum religionem *θεῶν γενεθλίων* nomine consecrarunt, quo Plato Legg. IX. 879. D. juniores admonet, ut omnibus natu majoribus reverentiam exhibeant parentibus debitam. Et Veturia apud Appian. L. II. Ital. 5. 36. Coriolanum per *θεοὺς γενεθλίους* obtestans aliis verbis idem dicit, quod pater ille apud Livium XXIII. 9. per ego te, fili, quaecunque jura liberos jungunt parentibus, precor quaesoque; Ovidius Met. X. 321. di, precor, et

[r] Distinctius Servius I. 736. diis hospitalibus et Jovi libabatur in mensam. Pro hoc Statius Achill. II. 286. per sacra fidemque hospitii. Ammianus XXIX. 6. hospitalis officii sanctitas. Id. XXX. 1. hospitali numine contuente occisum est i. e. ad mensam.

pietas sacrataque jura parentum. Quae jura qui violat, patrios lacessere divos dicitur Gratian. Cyneg. v. 452. ubi Catulli locum LXIII. 405. divos scelerare parentes Wernsdorfius adhibet; sed ibi meliores libri penates praebent, neque ferri potest vulgata nisi in parentum mutetur, ut in lege regia, quae dicitur, sei parentem puer verberit, ast oloe plorasit parenteis, puer diveis parentum sacer esto (de scriptura v. Bouchaud sur la loi des douze tables T. II. p. 54. Lanzi Sagg. T. I. 146.) quanquam hoc nomine potissimum Manes parentum significantur, quos Lucianus de Mort. Peregr. 36. 298. *δαίμονας πατρῴους καὶ μητρῴους* dicit. Cicero II. Verr. I. 3. Agunt eum praecipitem Poenae civium Romanorum quos —necavit; rapiunt eum ad supplicium dii patrii, quod ille inventus, qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, ubi non dii significantur, ut Turnebus putat Adv. VI. 11. qui pietati praesunt patrum, sed dirae parentum ultrices. Cornelia in Epistola ad Gracchos filios ap. Cornel. Nep. Fr. XII. ubi mortua ero parentabis mihi et invocabis deos parentum[8]. Livius XL. 10. qui occisurus fratrem fuit, habeat etiam iratos

[8] Sic scribendum pro deum parentem, non deos Manes parentum, ut Salmasio visum; sequitur enim: eorum deorum preces expetere. v. Sell. Observ. c. XIV. Similiter Graeci pluraliter dicunt *τοὺς Ἀλεξάνδρου δαίμονας* Joseph. Antiqq. XIII. 16. 677. *τοὺς τοῦ μακαρίτου δαίμονας* Lucian. de Luct. §. 24. 218. T. VII. v. Dorvill. ad Charit. II. 4. p. 308. *Ὦ πατρῷοι δαίμονες* o pater defuncte! Liban. Decl. T. IV. p. 770. *τοῖς Βρούτου δαίμοσι* Lydus Mens. p. 71.

paternos deos. Illam vero paternae necessitudinis religionem Graeci non solum *θεῶν γενεθλίων* sed etiam *Διὸς γενεθλίου* nomine consecrarunt. Plutarchus Amator. XX. 53. T. XII. *γονέων ἀρὰς ὁ Γενέθλιος διώκει καὶ μέτεισι.* Hieronymus adv. Jovin. L. I. 191. T. IV. Martian.. Ridicule Chrysippus ducendam uxorem sapienti praecipit ne Jovem Gamelium et Genethlium violet; isto enim modo apud Latinos ducenda uxor non erit, quia Jovem non habent Nuptialem; quo modo Porphyrius Ep. ad Marcell. c. II. 282. Orell. dicit se *τοὺς γενεθλίους θεοὺς ἀπομειλίξασθαι*, quod matrimonium inire defugeret. Quemadmodum igitur Jupiter Hospitalis fas hospitum tuetur, jura maritalia Conjugalis, honorem amicis debitum Amicalis, sic pietatem et justitiam adversus parentes nomine Jovis *Γενεθλίου* atque etiam *Πατρῴου* designarunt tum alii Graecorum tum etiam Athenienses. Cujus pervagatae observationis immemor Porsonus ad Med. 1314. hunc Jovem Patroum omnibus viribus Atticae finibus exterminare nititur, Scholiasten Aristophanis, qui hujus nominis usum Atheniensibus asserit, infringit Platonis auctoritate, hoc ipsum negantis in Euthyd. alio quidem loco Jovem illum a Platone Legg. IX. 881. nominari sed in legibus nimirum fictis reipublicae fictae praescriptis; Tragicos autem omissionem corrigere cupientes *Δία πατρῷον* saepe ingessisse, eamque sententiam sat rhetorice exornatam sequitur Heindorfius ad Euthyd.

p. 403.[t]. Verum enim vero si diversas epitheti illius significationes teneamus, nihil egemus isto perfugio. Tragici his quibus ortus a Jove est, Jovem patrium inscribunt, Aeschylus Tantali gentilibus, Sophocles Herculi, Euripides Orestae. Sed hoc significatu Athenienses Δία πατρῷον invocare non poterant, quia non a Jove genus ducebant sed ab Apolline; hunc igitur πατρῷον appellarunt, sicut Elei Martem Oenomai patrem Schol. Pind. Ol. XIII. 148. Heraclidae Jovem Apollod. III. 8. 4.[v]. Si quis vero Atheniensium Jovem hoc nomine citat, is paternae necessitudinis religionem fasque sanguinis obtestatur, ut Strepsiades filii auxilium implorans Ναὶ ναὶ καταιδέσθητι πατρῷον Δία. Qui versus si ex tragoedia, ut Porsono placet, translatus est, ab Hercule Hyllum obtestante vel a Priamo Achilli supplicante vel

[t] Aliam conjecturam Platnerus protulit in L. Beiträge zur Kenntniss des attischen Rechts p. 100. Jovem patrium antiquis quidem Atheniensibus ignotum, postea autem nescio unde arcessitum esse. — His omnibus diu editis ex quadam Hermanni adnotatione cognovi jam olim Grammium in Histor. deor. e Xenoph. veram illius nominis notionem tradidisse. Librum hunc consequi non potui, sed rarum est, ut duo omnia eadem dicant.

[v] Eleusine fuit templum Ποσειδῶνος πατρός Paus. I. 38. Emendavi πατρῴου· vulgatam defendit Siebelisius, causam inferens, quod Arcades Neptunum Proserpinae patrem crediderint. Verum hoc nihil pertinet ad Eleusinios, qui certe in hac re cum universis Atheniensibus consenserunt, neque memini deorum aliquem ob filiam sibi natam cognomen πατήρ adoptasse. Πατρῷος autem Eleusiniorum Neptunus cognominari potuit vel ob Hippothoontem Eponymum Schol. Eur. Or. 952. Nicand. Alex. 128. Hellanic. Fr. p. 57. vel quia Eumolpidarum generis auctor fuit; majorum vero gentium deos sensim totius populi Penates publicos factos esse nemo mirabitur aut negabit. Megarenses coluere Διόνυσον πατρῷον Paus. I. 43. fortasse ab Alcatho consecratum, Spartani Neptunum Γενέθλιον III. 15. aut quia Taygetae pater aut ob similem quandam causam; nam θεοὶ πατρῷοι iidem vocantur γενέθλιοι Schol. Aesch. Sept. 645. et fortasse etiam γενέσιοι. Carthaginenses coluere sacrum genitricis Elissae Silius I. 25.

ab alio patre in simili casu constituto pronuntiatus videtur. Sic Amphitruo Herculem obtestatur per sancta generis sacra Senec. Herc. Fur. 1244. et versa vice Argia Adrastum patrem, Jura deum genitalia testor teque pater! Stat. Theb. III. 690. Libanius Apol. Caeci p. 751. T. IV. *ἐγὼ πρὸς πατρῴου καὶ γενεθλίου, τὸν ἐμὸν πατέρα διεχρησάμην;* Arrian. Epict. III. 2. 6. 403. *οὔ μοι θέμις πατέρ' ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες τοῦ πατρῴου — καὶ οἱ ἀδελφοὶ πρὸς Διός εἰσι τοῦ ὁμογνίου.* Similiterque *θεοὶ πατρῷοι* varie intelliguntur; primum hi, quos omnes ejusdem urbis cives venerantur sive ut generis sui auctores sive ut civitatis conservatores [w] tum genii parentum omniumque retro majorum, tum Jupiter diique omnes paternae auctoritatis tutores et vindices [x], postremo hujus ipsius paterni no-

[w] V. P. III. c. III. §. 3.

[x] Justinus X. 2. dum patri insidias parat deprensus poenas parricidii diis paternae majestatis ultoribus dat. Livius I. 59. invocati ultores parentum dii. Et L. II. 6. dii regum ultores adeste, qui a Graecis vocantur *θεοὶ βασίλειοι*. Hos Cambyses invocat Herodo. III. 66. et Darius Plut. de Fort. Alex. II. 6. 65. per hos Seleucus jurat Appian. Syr. LX. 628. et Histiaeus cum Dario colloquens Herodo. V. 106. et rex ipse ap. Dion Chrys. Or. LXXIV 399. regales deos vocat Justinus XI. 15. Eodem intellectu *Ζεὺς βασίλειος* Lucian. Navig. §. 32. p. 183. T. VIII. quem Darius obtestatur ap. Arrian. Alex. IV. 20. *ἀλλ' ὦ Ζεῦ βασιλεῦ ὅτῳ ἐπιτέτραπται νέμειν τὰ βασιλέων πράγματα.* idque injuste reprehendit Saintecroix in Exam. p. 427. pro Jove Mithram invocandum fuisse contendens cf. Dorvill. ad Charit. V. 7. 491. Jupiter enim regalis omnium regum communis tutor est. Ei pater Midae sacrificat ob somnium, quod filio regnum portendebat, Arrian. III. 5. 155. Alexander Memphi *θύει τῷ Διῒ τῷ βασιλεῖ*, qui idem est *βασίλειος*. Themist. Or. XVI. 201. A. *Ζεὺς βασίλειος καὶ μετὰ τοῦ Διὸς αὐτὸς βασιλεύς.* Sophonisba Massinissam obtestans per majestatem regiam Liv. XXX. 12. si graece loqueretur, *τὸν Δία τὸν βασίλειον* vel *τοὺς βασιλείους θεούς* appellaret. Curtius IV. 10. 30. hos deos patrios (regis) nominare videtur.

minis sanctitates et religiones. Sed ab hoc excursu rursus ad Tritopatores me referam.

§. 4.

Etenim una pars ad explicandum restat, de nominum illorum, quae Orpheus ventorum janitoribus imposuit, significatione. Quorum si primum, Amalcidae, a malacia ductum arbitrer (v. Vales. ad Harpocr. p. 122.) vel alteram scripturam (Hamaclides) sequens tum hoc tum ceteris nominibus primivocos et primigenios quosdam significari conjectem, nimis quam vereor, ne id plerisque hominum obsoletum nostroque seculo parum dignum videatur. Alia nunc est literarum facies, alia lectorum palata. Ac caeterae quidem artes, cultorum scilicet negligentia, adhuc antiquis radicibus modice haerent; sed mythologia tum semper Libyae simillima fuit, quae singulis annis aliquid novi monstri parere dicitur graeco proverbio *Ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον τίκτει*, tum nostra aetate eos progressus fecit, quos veteres illi sophi ne suspicione quidem et conjectura attingere potuerunt. Posteaquam enim Academiae Calecutanae praeses doctissimus, Jonesius, cum Graecorum mythologia, quam quidem ex Lilii Gyraldi syntagmate se didicisse profitetur, sacras Indorum fabulas miris modis congruere profatus est, haec veluti de coelo missa vox hominum ora ac studia ita in se convertit, ut jam omnes, qui aliquid sapiunt, omissa Graecorum Romanorumque librorum lectione ab unis Pan-

ditis eorumque Hypophetis antiquitatis interpretandae adjumenta et auxilia petant. Qua via semel patefacta intra perpaucos annos tot, tantae, tamque incredibiles res in lucem prolatae sunt, ut si paullum aliquid annitamur, nihil in hac tota doctrina, quod nesciamus, remansurum videatur. Itaque etiam spes est illa Orphica vocabula quorsum pertineant, mox clare intellectum iri. Mihi quidem samscritica esse videntur. Nam primum Orpheum samscritice scripsisse ex Hymni VIII. in Lunam clausula

Ἐλθὲ μάκαιρ᾽, εὔφρων, εὐάστερε, φέγγεϊ τῷ σῷ
λαμπομένη, σώζουσα τεοὺς ἱκέτας ἐς Λοχούρη.

manifestissime intelligitur; quo in loco insanum valde hallucinantur Grammaticorum Coryphaei, J. Scaliger, qui locum mutilum esse statuit, Ruhnkenius, qui conjectura sanandum (*ἱκέτας σέο, κούρη*) Hermannus denique qui hoc adeo in contextum recipere ausus est. Quid verbis opus? Orpheus non aliud scripsit, quam quod cascae editiones repraesentant:

— — — — *φέγγεϊ τῷ σῷ*
λαμπομένη σώζουσα τεοὺς ἱκέτας ἐς Λοχούρη.

quem versum si quis neget cum lege Pedia constare posse, sciat has leges Grammatistis scriptas esse non Mythologis. Sententia longe optima est: Shining with thine own light, shelter in Locure those who humble call an thee, ut Wilfordus interpretatur in: Essay on the sacred Isles in the West Asiat. Research. T. XI. p. 43. Locure, si quis nescit, est nomen Paradisi

lunaris samscriticum, proprie ambram significans, ex quo multa tum antiquae Geographiae tum recentioris derivata sunt, Liguria, Laceria, Loire, Leicester.

Huc accedit, quod in Eleusiniis mysteriis, quae ab Eumolpo, Orphei condiscipulo, condita esse scimus, oratores sacri lingua samscritica usi sunt. Nota loquor. Sciunt omnes, qui Meursium trivere, in exitu hujus sacri, quum pia mitteretur concio, abeuntibus acclamatum esse *Κόγξ Ὄμπαξ.* Id qualem vim haberet, usque ad hoc aevi nemo odorari quivit. Quin fuerunt, qui *κόγξ, βόμβαξ* emendandum censerent, genuinam lectionem impie adulterantes. Nam illa vocabula sanissima et ipsa Samscredanica esse idem qui cetera docuit Wilfordus, Symbolicorum deliciae, in brevi dissertatione Remarks on the Names of the Cabirian deities T. V. Asiat. Research. p. 297. At the conclusion of the mysteries of Eleusis the congregation was dismissed in these words: *Κόγξ, Ὄμ, Πάξ.* These mysterious words have been considered hitherto as inexplicable; but they are pure Sanscrit and used to this day by Brahmens at the conclusion of religious rites. They are written in the language of the Gods, as the Hindus call the language of their sacred books, ***Candscha, Om, Pacsha.*** ***Canscha*** signifies the object of our most ardent wishes. ***Om*** is the famous monosyllaba used both at

the beginning and conclusion of a prayer or any religous rite, like *Amen*. *Pacsha* exactly answers to the obsolete Latin word *Vix*; it signifies change, course, stead, place, turn of work, dury, fortune etc. p. 300.[y]. Hanc interpretationem exosculati sunt Fr. Muenterus (Erklärung einer griechischen Inschrift. p. 18.) Fr. Creuzerus in Symbolica T. IV. p. 573. Vir illustris, Uwarow in Essay sur les mysteres d'Eleusis p. 26. sq. Schellingius: Ueber die Gottheiten von Samothrake p. 91. aliique praeterea. Illa jam significatio est, literarum samscredanicarum cognitio vel levissima vel etiam nulla quantum habeat ad doctae antiquitatis interpretationem momenti. Cui enim omnium graece doctorum haec suspicari in mentem venit? Hesychius scripsit sic: *Κόγξ, ὄμπαξ· ἐπιφώνημα τετελεσμένοις. Καὶ τῆς δικαστικῆς ψήφου ἦχος, ὡς ὁ τῆς κλεψύδρας. παρὰ δὲ Ἀττικοῖς βλόψ*[z]. Jam

[y] Eodem artificio Drummondus, qui nuper demonstravit duodecim Patriarchas et totidem Caesares, quorum vitas Suetonius scripsit, neque Patriarchas neque Caesares sed signa Zodiaci esse', Euripidis locum in Bacchis egregie illustravit. Leguntur ibi 581. verba obscurissima *σέβομεν ὤ*, quae Hermannus et Elsmlejus sicco pede transeunt, nimirum quia non intelligunt; significant vero, sicut ille nos docuit incomparabilis magister in Diario Class. A. 1814. N. 18. 363. veneramur O. O enim sive Ou sive Hou sive Houa est nomen sanctum, quo Arabes aliaeque Orientis gentes numen summum invoçant. Sine dubio in scriptoribus graecis romanisque multa millia talium vocabulorum leguntur, quae Critici ridicule librariorum mendis adnumerant.

[z] Phavorinus *βλώψ*. Eustathius p. 768. 12. *βλόψ συνέσταλται, ὅπερ ἐστὶν ὁ τῆς κλεψύδρας ἦχος μιμητικῶς ὥςπερ φασὶ καὶ κύξ ἐπὶ τῆς ψήφου κατὰ μίμησιν καὶ αὐτό*, Idem p. 855. alia *ἐπιφθέγματα* affert *ἀρῦ*, *ὄπ*, *χύῤῥε*, sive ut Hesychius scribit, *χύῤῥα*, quorum primum *ἀῤῥυ* scribit Gramm. in Bekk. Anecd. p. 1341. s. v. *γοῖ* Antipatr. Ep. IV. b. 96. *ψό* Etym. M. *ὑέ*. Suid. s. v. *φνεί* Etym. Gud. p. 796. *βλόψ* Etym. M. *γιγρί* Eustath. p. 1880. 60.

istorum aliquem in consilium adhibe, qui se Grammaticos dicunt; succum prius e pumice eliciat, quam ex Hesychio hoc extundat, initiatis acclamatum esse *Κόγξ*, *Ὄμ*, *Πάξ*. Primum dicet *κόγξ ὄμπαξ* non esse composita verba sed unum alterius interpretamentum, ut in similibus glossis *Εἶα δὴ ἄγε δή*, *Ἔχε δὲ ἄγε δή*, neque magis *κόγξ ὄμπαξ* unquam continuo pronunciatum esse quam *Εἴπερ γὰρ ἐὰν γάρ*, et quae sunt eodem modo a Glossographis conjugata. Deinde mysteriorum Eleusiniorum nec caput nec volam comparere pertendet, ut omnino sciri non possit, utrum *τῶν τετελεσμένων* nomine Cereris Liberaeque, an Hecatae, an Cabirorum, an Mithrae, an denique ipsius christianae religionis sacramenta significentur. Mox eo progredietur audaciae ut ne ullos quidem initiatos in isto loco intelligi confirmet sed *τετελεσμένοις* esse dativum generis neutrius, *τετελεσμένα* autem idem significare quod *ἐξειργασμένα* negotium confectum, actum, transactum, et *ἐπὶ τετελεσμένοις* idem quod *ἐπ' ἐξειργασμένοις*, re confecta [a]. Denique Hesychii verba puncto temporis in hanc declinabit sententiam, *Κόγξ ὄμπαξ* esse vocabulum factitium, *ἐπιφώνημα* (*ἐπὶ*) *τετελεσμένοις* [b] ad significandum

[a] *Ἐπ' ἐξειργασμένοις* Aristid. T. I. 240. A. alia exempla congesserunt Wesseling. ad Herod. IV. 164. et Matthiae in Gramm. Gr. §. 565. *ἐπὶ τούτοις τελεσθεῖσι* Plutarch. de Mul. Virt. p. 309. *ἐπὶ ταῖς πράξεσι συντελεσθείσαις* Id. V. Timol. c. VI. *ἐπὶ πεπραγμένῳ τῷ ἔργῳ* Lucian. Pseudol. §. 26. p. 81. T. VIII. *ἐπὶ τετελεσμένοις τοῖς γάμοις* Dionys. Hal. Rhet. IV. 1. *ἐπ' ἐκείνῳ τετελεσμένῳ* Liban. ad Eust. T. III. 169.

[b] Praepositionem iterari non necesse est. Hesychius: *Σίττα ἐπι-*

satis de hoc, confectum est, eamque significationem habere Latinum pax, pax periit illico, et parem potestatem Hesychium tribuere graeco vocabulo *Πάξ, τέλος ἔχει*, quod idem valere ac si scripsisset *πάξ ἐπιφώνημα τετελεσμένοις*. *Ὥς ποτέ τις ἐρέει* — ex illa Grammaticorum cohorte. Nos vero priusquam bellissimum inventum [c] nobis de manibus extorqueri patiamur, denuo diligentius verba consideremus, si qua adversus cavillatorum captiunculas sustentari possit.

Primum igitur erat *Κόγξ*, quod Hesychius tum clepsydrae sonitum tum calculi judicialis crepitum significare scribit, vocabulum naturaliter effutitum imitando plangori guttarum ex alto in aquam decidentium sonoque arguto calculorum e camo in urnam transmissorum. Cujusmodi vocabula factitia omnes linguae habent plurima, raro tamen inter se consensu, ut glut glut murmurat unda sonans Anthol. Lat. V. Ep. CXXIX. *puls* sonat quum massa aquae ferventi insipitur Varro L. L. IV. c. 22. bilbire dicitur aqua lente et singultim [d] stillans, quae sonorum naturalium imitamenta a nostris plus minusve recedunt, quo facilius adducimur, *κόγξ* id

φώνημα αἰξίν· et omittit saepe in interpretatione: *Ἀπόθεστος, κείμενος*, pro *ἀποκείμενος*, ubi plura Albertius.

[c] De toutes les decouvertes nouvelles — la plus importante Essai l. c. Muenterus in Comment. Antiq. p. 229. es kann nicht anders als in Erstaunen setzen, wenn man bei Wilford lieset, dass diese Worte reines Sanscrit sind. etc.

[d] Plinius IV. Ep. 30. ampullae pronae atque vergentes per quasdam obluctantis animae moras crebris quasi singultibus sistunt, quod effundunt.

exprimere quod Hesychius tradit, licet nos alio sono utamur[e]. Proxime vero ad naturae veritatem accedunt *βλόψ*, quod cum scloppo cognatum videtur, et *πάξ* a *πήσσω*, pacio, derivatum ut a tago tax, ab *εὐάζω* evax, plausum significans tum aliorum corporum tum etiam talem fortasse, qualem manus cum manu collata vel tabulae illisa reddit; quo nostri quoque homines, qui sunt in gesticulando paullo vehementiores, uti solent ad significandum hoc: Sic volo! tantum est! pausa! Sed *κόγξ*, utut varias res expressit, tamen illud, quod Wilfordo placet, the object of our most ardent wishes, nec significavit unquam nec significare potuit.

Itaque hoc praesidio omisso nos tanquam ad arcem sic ad vocabulum *Ὀμ* recipiamus, quod quia nulli graecorum vocabulorum simile est, impune e samscriticis fontibus repetere licebit. Verum enim vero dubito an hoc nobis diuturnum sit futurum profugium. Quid enim, quaeso, respondebimus, si quis hoc monstrificum *ὄμ* ex adverbio *ὁμοίως* decurtatum esse dicat? quod Hesychius componendis ejusdem stirpis aut significationis vocabulis adhibere solet: *Ἀφηγήμων, ὁδηγός· ἀφηγητὴς ὁμοίως. Ἔδαπτον ἤσθιον· ἔδαπτεν ὁμοίως· Ἐνδόσιμον τὸ κιθάρισμα· ἔνδοσις ὁμοίως. Εὐσέλμοιο, εὐσανιδώτου, εὐσέλμου ὁμοίως. Θάοντα, θεωροῦντα· θαοῦνται ὁμοίως. Παραβα-*

[e] Quanta sit in diversis linguis onomatopoieticorum diversitas maxime apparet ex vocibus animalium, quas Marius Matius Adnot. in Var. Auct. c. XLVII. et Sturzius in Opusc. T. I. collegerunt.

λῶ, συγκρίνω· παραβαλὼν ὁμοίως παραθείς. Παραβλῶπες ὁμοίως διάστροφοι τὰς ὄψεις. Atque sic etiam pro Ὀφρυάζει ταῖς ὄφρυσι νεύει· Ὀφρυγνᾷ ὅλως Βοιωτοί legendum videtur Ὀφρυᾷ ὁμοίως et nostro in loco ubi praecedit Κογκυλεύοντες, κογκύλιον ἐκπιάζοντες, illud quod modo dicebam; Κόγξ ὁμοίως, πάξ· ἐπιφώνημα. sequitur enim continuo Κογχαλίζειν· πεποίηται ἀπὸ τοῦ ἤχου τῶν κογχῶν. Neque quisquam mirabitur, quomodo ex ὁμοίως factum sit ὅμ. Nam hujusmodi vocabula, quae omnibus paginis repetuntur, librarii ad paucas literas redigere solent initiales. Supra, ubi legebatur Ἀβδίου Ἑρμοῦ δοῦλος Bentlejus in Ep. ad Biel. p. 227. principio ἑρμηνεύεται compendio scriptum, dehinc in Ἑρμοῦ depravatum putat. Ipsumque hoc adverbium ὁμοίως propter notae tachygraphicae ignorationem saepius omissum, alias vitiose exscriptum est v. Schaefer ad Dion. Comp. XII. 138. Neque hoc solum pro illo braminico scindapso supponere licet sed etiam brevius οἷον, quo Hesychius in vocabulorum explicatione utitur, velut Ἐλέπουν, οἷον ἐλέπιζον. Hoc autem concesso repuguare non possumus, quin Hesychii glossa Κόγξ ὁμοίως vel οἷον πάξ, in hunc modum accipiatur: utrumque esse vocabulum πεποιημένον, ut Rhetorici loquuntur, ad similitudinem soni qui fit flictu, planctu, plausu, et hinc per quandam significationem transfertur ad id quod fractum, abruptum decisum absolutumque est. Jam non video, quid spei reliquum sit. Nam quod unum restat, πάξ, id, velimus

nolimus, concedere oportet esse illud ἐπιφθεγματικόν, quod Latini iisdem literis scribunt. Atqui id genus vocabulorum sermonis plebeji et familiaris angustiis conclusum est, evax, tax pax, κνάξ [f], πύπαξ, πάπαξ, βομβάξ [g], παπαιάξ, ἰατταταιάξ. O male factum! Nam si hoc ita se habet, quid ab Hierophantae persona magis alienum esse potest, quam hoc ludicrum vocabulum Pax? quod non minore audientium risu exceptum fuisset, quam si hodie aliquis sacrae cathedrae orator pro eo quod in fine concionis pronunciari solet Amen, diceret Basta! Sunt aliarum rerum aliae clausulae, nec omnes omnibus aptae. Veteres causarum patroni quum peroratum esset, dicebant εἴρηκα; dixi; praetor, quum agendarum rerum finem fieri vellet, praeconem ilicet pronunciare jubebat; sacrorum diaconi in λαῶν ἀφέσει, ite, missa est, proclamabant; Pax nemo omnium nisi tali loco et tempore, quo hodieque Basta dicere conveniat.

Quid igitur fiet? concedimusne de mysteriis sive Eleusiniis sive aliis Hesychium loquutum non esse? vocabula ab eo exposita Conx et Pax, samscriticis illis similia non esse? Wilfordii interpretationem ex tota fictam, vanam, falsam esse? Non faciemus, opinor, sed nostrum Mumpsimus constanter retinebimus, neque ullius grammaticae rationis auctoritate nos impediri patiemur,

[f] Ammon. in Aristot. περὶ Ἑρμην. p. 11. et 23. φωνὴν ἄσημον vocat.

[g] v. Schol. Plat. Ruhnk. p. 93.

quominus Hierophantas Eleusinios quum sacras orationes haberent, samscritice loquutos esse credamus. Iisdemque etiam armis causam nostram tuebimur, si quis alteram Eleusinii carminis formulam *vἶε τοκυἶε*, quae quidem nondum a Wilfordo explicata, sed Muentero judice ex summa vetustate et peregrinis fontibus repetita est, in graecos imperativos *ὕε* et *κύε* transfigurare conetur. Ceterum, quod Wilfordus dicit illud hierophanticum exodium neminem ante se explicare ausum esse, diutius assentiri non possum. Etenim *vixere fortes ante Agamemnona multi*, et in hoc quoque genere literarum singulis fere aetatibus singuli extiterunt viri Mercuriales, qui quo breviore via ad gloriam grassarentur, lectores suos miraculis ingurgitare studerent. Hoc ex genere aureo fuit ante hos centum fere annos Francogallus Le Grand, qui in Dissert. Philos. et Crit. p. 173. haec scripsit: Varia deorum nomina in mystagogia Graecorum reperiuntur *μιξοβάρβαρα*, qualia *Titan* et *Λελιούρη* in ultimo Lunae hymni pro *ἐς Λοχούρη*, quare corrigenda Orphei editio Aldina et Stephaniana. *Titan* ex *Satan* [h] ut ait Joannes Auratus in nott. autograph. ad Hesiodum: Vetustissimus Orpheus Hebraica, Syriaca, Chaldaica, etiamque Magica permiscuit. Huic similis J. Clericus, summus Theologus et (donec in Bent-

[h] Hoc egregie confirmat Hesychius *Τιτάν* — *Ἀντίχριστος*, cui nomen illud *ἰσόψηφον* est, continens numerum bestiae Apocalypticae.

lejo genuinum fregit) Philologus summus, nostrum Conx Ompax punicum esse affirmavit et significare hoc: Vigila et abstine peccato in Bibl. Univers. T. VI. p. 86. Denique si quis veterum Etymologorum multitudinem et sollertiam respexerit, vix dubitabit quin unus aut alter vel sinicam vel cimbricam vel mea causa Mexicanam originem extuderit; sed omnes illacrimabiles urgentur ignotique longa nocte, quia vate sacro carent laudes eorum per ephemeridas spargere anniso.